E. L. T. A.


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SEVILLA



FORMVLARIVM
VARIARVM COMMISS.
Artic. Except. Interrog. Petit. Senten. & Appellat. unà cum practica Signaturæ iustitiæ circa commissionem causarum quæ in eadem Cu. committuntur illustratum.

NECNON DE DEVOLVTIONE CAVSARVM AC ORDINIS IVDICIARII

TRACTATVS.

OMNIBVS ADVOCATIS ET PROCVRATOribus causas exercere cupientibus maxime profuturum.





Ne turbata uolent rapidis oracula uentis



Nunc folio uates commodiore sonat.

Cum priuilegio summi Pontificis Iulij III. & Illustrißimi Senatus Veneti ad annos X.

IVLIVS PAPA III.

MOTV Proprio &c. Cum, sicut accepimus, dilectus filius Michael Tramezinus bibliopola Venetus nobis nuper exponi fecerit, ad communem omnium studiosorum utilitatem, sua propria impensa diuersa opera Latina, et Italica: Ipsa Italica tam ex Latino, et Hispanico idiomate translata, quàm Italica, facere, minimeq; translata, hactenus non impressa imprimi facere intendat, dubitetq; ne huiusmodi opera, postmodum ab alijs, sine eius licentia imprimantur, quod in maximum suum præiuditium tenderet. Nos propterea eius indemnitati consulere uolentes: Motu simili & certa scientia, eidem Michaeli, ne prædicta opera, hactenus non impressa, et per ipsum imprimenda, per decem annos post eorundem operum, uel cuiuslibet ipsorum impreßionem, a quocunque sine ipsius licentia imprimi, aut ab ipsis, uel ab alijs uendi, seu in eorum apothecis, uel aliàs uenalia, præterquàm à dicto Michaele impressa, uel imprimenda, teneri poßit, concedimus, & indulgemus: Inhibentes omnibus & singulis Christi fidelibus, tam in Italia, quàm extra Italiam existentibus, præsertim bibliopolis & librorum impressoribus, sub excōmunicatione latæ sententiæ: In terris uero sanctæ Rom. Eccle. mediate, uel immediate subiectis, etiam ducentorum ducatorum auri, Cameræ Apostolicæ applicandorum, & insuper amißionis, librorum pœnis, totiens ipso facto, & absque alia declaratione, incurrenda, quotiens contrauentum fuerit, ne intra decennium ab impreßione dictorum operum, uel cuiuslibet ipsorum respectiue computandum, dicta opera, tam Latina, quàm Italica, hactenus non impressa, & per ipsum Michaelem imprimenda, sine eiusdem Michaelis expressa licentia, dicto decennio durante, imprimere, seu ab ipsis, uel alijs, præterquàm à dicto Michaele impressa, & imprimenda, uendere, seu uenalia habere, uel proponere, uel eas, ut supra habere audearit. Mandantes uniuersis Venerabilibus Fratribus nostris, Archiepiscopis eorumq; Vicarij: in spiritualibus generalibus, & in statu temporali Sanctæ Rom. Eccl. etiam Legatis, & Vicelegatis, sedis Apostolicæ ac ipsius status gubernatoribus, ut quotiens pro ipsius Michaelis parte fuerint, requisiti, uel eorum aliquis fuerit requisitus, eidem Michaeli efficacis defensionis præsidio aßistentes, præmissa ad omnem dicti Michaelis requisitionem contra inobedientes, & rebelles per Censuras Ecclesiasticas, etiam sæpius aggrauando, et per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: Inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Et insuper, quia difficile admodum esset præsentem Motum proprium, ad quælibet loca deferri: Volumus et Apostolica auctoritate decernimus, ipsius transumptis, uel exemplis etiam in ipsius operibus impreßis, plenam, & eandem prorsus fidem, ubique tam in iudicio, quàm extra haberi, quæ præsenti originali haberetur. Et cum absolutione à Censuris ad effectum præsentium, & quod sola signatura sufficiat. Et ne de præmißis, aliquis ignorantiam prætendere poßit. Quòd

tecto, & aliis, signatorum. quæ inferius ante antiquas huius libri commissionum formas imprimi feci.

Addita præterea, reiectaq; sunt alia minutiora pleraq;, quæ legenti se passim ostentabunt.

Secundus tractatus.

Com

Sequuntur uarie exceptiones diuersarum formarum.

Sequuntur Petitiones uarie.

Sequuntur ſententie.

Sequuntur cedule deſignationis expenſarum.

Sequuntur appellationes.

FINIS TABVLE.

uiciat processum, dum tamen malitiose non fiat sed causa contingente.

In secunda instantia omnes termini prædicti seruantur ad primam diem excepto termino ad articulandum qui seruatur ad octauam diem.

In tertia instantia iidem termini seruantur etiam ad primam diē excepto dicto termino ad articulandum qui seruatur ad sextam diem.

Ordo terminorum substantialium in causis prophanis iuxta stilum palacii apostolici.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.

Ad libellandum ad octauam diem.

Ad respondendum libello, litem contestandum. & de calumnia iurandum ad primam. & requiritur ꝙ quatuor uicibus citetur pars. Primo simpliciter. Secundo ad primam diem. Tertio ad idem sub excōmunicationis pena. Quarto ad idē ex superabundanti alioquin ad uidendum se declarari semper ad primam diem.

Ad articulandum ad quintamdecimam diem.

Ad dicendum contra articulos ad secundā diem.

Ad producendum omnia ad secundā diē.

Ad dicendū contra producta ad.ii.diem.

Ad declarandum & ad iurandum de calumnia ad primam diem.

Ad dicendum contra declarationes ad primam si declarationes dantur facto & in scriptis. secus si uerbo tātum cum repetitione actis & non est substantialis. sed accidentalis terminus.

In secunda instantia in prophanis.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem iuridicam.

Ad libellandum ad primam diem.

Ad articulandum ad oct. diem.

Ad dicendum contra articulos ad primam diem.

Ad producendum omnia ad primam diē.

Ad dicendum contra producta ad primā diem.

Ad declarandum & iurandum de calumnia ad primam diem.

Ad dicendum contra declarationes ad primam diem. si dantur declarationes.

In tertia instantia omnes termini seruantur ad primam diem iuridicam præterq̄ ad articulandum qui seruatur ad sextam diem.

Nota ꝙ quando una sententia absolutoria lata est pro reo & due sententie pro actore & causa appellationis cōmittitur tūnc seruantur termini sicut in tertia instantia.

Ianuarius habet dies. 31.

Circuncisio usq; in crastinum epiphanie. 6
Antonii. 17.
Fabiani & Sebastiani 20.
Agnetis uirginis 21.
Vincentii martiris 22.
Conuersionis sancti Pauli. 25.

Februarius habet dies 28.

Purificationis beatæ Mariæ 2.
Blasii Episcopi & martiris 3.
Agathe uirginis 5.
Cathedra Petri apostoli 22.
Mathie apostoli 24.

Marcius habet dies 31.

Thome de Aquino 7.
Gregorii pape 12.
Benedicti abbatis 21.
Annunciationis beatæ Mariæ 25.

Aprilis habet dies 30.

Iulii Pape primi 12.
Georgii martiris 23.
Marci euangeliste 25.

Maius habet dies 31.

Philippi & Iacobi apostolorum 1.
Inuentionis sancte crucis 3.
Iohannis ante portam latinam 6.
Apparitionis sancti angeli 8.
Iuonis aduocati pauperum 19.

Iunius habet dies 30.

Barnabe apostoli 11.
Iohannis baptiste 24.
Petri & Pauli 29.
Commemoratio sancti Pauli 30.

Iulius habet dies 30.

Visitationis beatæ Mariæ 2.
Translationis sancti Thome 7.
Maria Magdalene 22.
Iacobi apostoli 25.

Augustus habet dies 31.

Petri ad uincula 1.
Dominici & festum Niuis 5.
Laurentii 10.
Assumptionis Marie 15.
Ludouici 19.
Bartholomei apostoli 25.
Augustini Episcopi 28.
Decollationis Io. baptiste 29.

September habet dies 30.

Natiuitas beatæ Mariæ 8.
Exaltatio sancte crucis 14.
Mathei apostoli 21.
Michaelis archangeli 29.
Hieronimi confessoris 30.

October habet dies 31.

Francisci 4.
Luce euangeliste 18
Simonis & Iude apostolorum 28.
Vigilia omnium sanctorum in qua fit mutatio capparum. 30.

Nouember habet dies. 30.

Omnium sanctorum 1.
Commemorationis animarum 2.
Dedicatio sancti saluatoris 9.
Martini Episcopi 11.
Dedicatio basilicarum Pe. & Pauli. 18.
Ceciliæ uirginis 22.
Clementis pape 23.
Catherinæ uirginis 25.
Andreæ apostoli 30.

December habet dies. 31.

Nicolai Episcopi 6.
Ambrosii Episcopi 7.
Conceptionis beate Marie 8.
Lucie uirginis 13.
Thome apostoli 21.
Vigilia natiuitatis domini cum omnibus diebus usq; ad festum epiphanie domini.

FESTA MOBILIA.

Dies lune ante carnis priuium ac dies carnis priuii.
Dies cinerum.
A die lunæ hebdomadæ sanctæ usq; ad octauam pasche.
Vigilia Ascensionis Domini in qua est alia mutatio capparum; & dies eiusdem.
Dies Pentecostes cum duobus diebus sequentibus.
Dies corporis Christi.
Dies creationis & incoronationis pontificis uiuentis.
Dies Anniuersarii pontificis immediate defuncti.

FESTA INCERTA.

Quando est consistorium publicum.
Quando aliquis legatus de latere ad urbē reuertitur.
Quando noui Cardinalis publicantur.
Quando aliquis Cardinalis qui nunq̄ fuit in urbe in illa prima uice intrat.
Exequie Cardinalium.
Quando intrat aliquis orator ad præstandam obedientiam.
Quando pontifex æquitat.
Item festa principalia illius loci ubi Papa cum sua curia resederit.

DE DEVOLVTIONE CAVSARVM AD ROMANAM CVRIAM SECVNDVM IVRA COMMVNIA ET VERAM PRACTICAM TRACTATVS.





VPLEX est modus de uoluendi siue trahendi causas ad curiam Ro. ut in ipsa curia tractetur. Vnus per cõmissionẽ factam in curia cum potestate citãdi extra curiam. Sed isto modo inter beneficiales & nõ beneficiales nulla est differentia postq̃ commisse sunt nisi in diuersitate modi procedendi & obseruationibus terminorum prout infra dicetur. licet leuius & facilius causæ beneficiales etiam non deuolute per appellationem cõmittãtur in curia quàm alie. & inter alias citius causæ spirituales & ecclesiasticę quàm prophane. & inter prophanas citius ille quæ uertuntur inter clericos quàm inter laicos. Sed postquam placet papæ nulla est differentia nisi in modo procedendi & obseruatione terminorum. ut infra.

Alius est modus deuoluẽdi per appellationem. Et isto modo magna est differentia inter beneficiales & non beneficiales, quia beneficiales per quancunque appellationẽ interpositam ad sedem apostolicam deuoluuntur ad Ro. curiam dummodo dicta appellatio interponatur iuxta formam cle. causam. de elec. §. quando interponitur in præsentia appellati uel eius procuratoris specialiter in causa illa constituti aut eorũ alteri infra mẽsem ab interpositione ipsius uel postea quàm cito potest commode intimetur appellato uel procuratori prædicto data sibi scriptura autentica uel publicato sibi tenore appellationis cum copia sibi tradita si petita fuerit. alioquin in absentia appellati uel procuratoris talis appellatio intimanda est in domo habitationis illius appellati, uel si domus est in remotis in ecclesia cathedrali in cuius ciuitate uel diocesi situm est beneficium de quo agitur. Et utroque casu nihilominus est intimanda in ecclesia uel benefic.o. de quo agitur. & semper est danda copia appellationis quãdocũque petita fuerit. Et hoc est uerum ꝙ sic debet intimari nisi esset metus appellati uel suorum. tũc. n. sufficit ꝙ intimatio fiat in aliquo loco publico ubi in absentia appellati uel citandi debeat fieri intimatio appellationis seu citationis de quo uerisimile sit ꝙ ueniat ad notitiam appellati.

Item est sciendũ ꝙ si aliqua appellatio debet intimari alicui habenti parocchialẽ ecclesiam uel aliud beneficium curatum requirens residentiã de iure tunc in absentia appellati uel citãdi sufficit ꝙ intimatio uel citatio fiat in ecclesia cathedrali, & in ecclesia siue beneficio curato, & non in aliqua alia domo habitationis. Vide ad præmissa deci. Ro. de commis. quæ incipit Item uoluerũt. & de citati. quæ incipit item in causa beneficiali.

Aliæ uero causæ nõ beneficiales siue sint spirituales siue ecclesiasticæ. ut de usuris de decimis. de matrimonio. & de similibus. siue mere prophane. & tunc siue sint inter clericos siue inter laicos uia appellationis duntaxat non deuoluuntur ad Roman. curiam nisi secundum formam distinctionis infrascriptæ. Nam aut appellatur ante sententiam diffinitiuam. aut post. Si ante. aut appellatio est recepta a iudice uel approbata a parte. aut non est recepta a iudice uel approbata a parte. Primo casu. aut nullus terminus fuit statutus ab homine scilicet a iudice uel appellante. Et tunc sufficit ꝙ appellatus mittat

procuratorem ad agendum & defendendum in curia, nec in tali causa uirtute appellationis talis procedi posset nisi de speciali mandato domini nostri. Papæ committeretur in curia extra eam & ad partes & decreta citatione & executione reproducta nō ui appellationis sed ui citationis proceditur in huiusmodi causa. Aut terminus fuit statutus ab homine, & tunc iterum dico idē quod in casu supra proximo. Si autem appellatio fuit recepta a iudice uel approbata a parte. Iterum distinguo aut nullus terminus fuit statutus ab homine & tūc sufficit mittere procuratorē ad expediēdū articulū grauaminis ut illo expedito in negocio principali procedi non posset absque noua citatiōe nisi alias partes ambæ essent in curia uel procuratores essent sufficientes & partes tacitæ uel expresse prorogarent iurisdictionē iudicis alias auctoritate uel uia appellationis non potest procedi in negotio principali sed solum in grauamine, aut terminus fuit statutus ab homine, & tunc aut appellatus petiit quod principalis appellās per se ueniret instructus cum iuribus & munimentis ad Ro. curiam ad totam causam & tunc causæ censentur per talem appellationem ad Ro. curiam deuolute etiam ad finem ut in negotio principali per audientiam contradictarum procedi possit ui talis appellationis. aut appellatus hoc non petiit & tunc non est deuolutus articulus grauaminis nec in negocio principali illo finito ui appellationis procedi posset. Et sic tātum uno casu appellatio ante sententiam deuoluit negocium principale ad curiam, ita quod in illa sine alia citatione in curia procedi posset per audientiam contradictarum contra absentem, scilicet quando appellatio est recepta a iudice & a parte approbata & terminus statutus est ab homine & petitum fuit per appellatum ꝙ appellās ueniat cum iuribus suis & munimentis totā causam concernentibus & iste modus raro accidit. Si autē est apellatum in causis non beneficialibus a diffinitiua tūc aut appellatio fuit acceptata a iudice uel approbata a parte uel nō. Primo casu siue terminus fuerit statutus ab homine siue non causa est deuoluta. ita ꝙ per audientiam contradictarū contra absentem procedi posset etiam in negocio principali. In secundo casu. s. quando non est recepta a iudice uel approbata a parte non est causa deuoluta ad curiam ita ꝙ per audientiam cōtradictarum in negocio principali procedi possit. Sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum. & contradicendum Modo ex præmissis habetur plene quando causæ etiam non beneficiales in Ro. cu. uigore appellationum interpositę in articulo grauaminis uel negotio principali per audientiam contradictarum tractari possint.

In causa deuoluta per appellationem modus procedendi.

Postquam autem causæ in Romana curia per uiam appellationis ita ut ī ea tractari debeāt deuolute sunt hoc modo procedendum est. Primo committenda est causa appellationis & negocii principalis alicui auditori uel iudici & præsentata commissione producatur appellatio coram iudice si habetur alias detur uerbo ac petatur & obtineatur processus per audientiam contradictarum qui decernitur dummodo causa est legitime deuoluta & non alias. & tunc debet pars citari per audientiam contradictarum ad dicendum cōtra commissionem & iura pro deuolutione facientia ad causam ad primam diem iuridicam tunc proxime sequentem, & hoc est uerum secundum modernam practicam licet olim secus erat. quia auditor pronuntiabat causam esse deuolutam.

Et licet ista practica seruetur quādo appellatio etiam uerbo tantum producitur tamen illa non est secura practica nec iuridica immo bene ualet quia omnino requiritur ꝙ producatur facto ante sententiā alias iudex non pronuntiat nisi constet de appellatione. Deinde citatione in audiētia literarum contradictarum reproducta & accusata contumacia partis nihil dicentis contra commissionem & iura huiusmodi obtineatur si in grauamine proceditur siue sit beneficialis, uel non ad impugnandum & iustificandum ad primam diem. Si uero in negotio principali pars uelit procedere tunc si causa beneficialis est procedendum est iuxta reformationē bullæ Martini papæ quinti. s. ad libellandum ad primam Ad iurandum de calumnia. ad primam uero diem etiam de mero iure. Si aliqua partium uelit abbreuiare litem in termino ad libellandū

potest iurare de calumnia. caueat tamen ut non remittat expresse iuramentũ alteri parti sed tantum tacite. quia tacita remissio iuramenti ualet & expressa uitiat processum ipso iure. licet hoc casu cõmuniter notarii scribentes in causis errant, a seipsis enim sepe scribunt ꝙ iuratus remisit parti iuramẽtum. Et ideo procurator sit attentus quãdo iurat in termino ad libellandum ꝙ auiset notarium ut scribat hoc expresse. Deinde ad articulandum ad duodecimam diem in beneficialibus. Ad dicendum contra articulos ad secundam diem. Ad producendum omnia ad secundam diem. Ad dicendum contra producta ad secundam diem. Ad declarandum ad primam diem. Et deinde si alique declarationes dentur ad dicendum contra eas ad primam diem. Et deinde tunc uel ante termino elapso. Ad dicendum contra articulos. Articuli admitti in curia ad probandum communiter infra. xv. dies si sint articuli de iure. Alie materie ad placitum iudicis parte aduersa præsente uel uocata & contumaciter absente possunt factis autẽ probationibus si est actor uel si est reus et actor probauit factis defensionibus contrariis releuantib. uel si nihil probat actor. etiam si reus non probauerit & certus sit de absolutoria sententia potest peti concludi ad statim in eadem audientia. Postmodum autem cum iudex deliberatus fuerit potest ferre sententiam. Et licet conclusio in beneficialibus non sit de substantia. tamen stilus curie habet ꝙ semper cõcludit ẽt in beneficialibus & in aliis summariis causis. Tenet tamen sententia sine tali conclusione. nec in hoc stilus contra dicit. Et quo ad istam materiam uidelicet admissionem articulorum exceptionũ uel aliarum materiarum præterquam de conclusione. Deinde cum illa in causis pecuniariis siue prophanis sit de substantia. Idẽ in talibus causis ordinariis siue prophanis seruetur.

In secunda & tertia instantiis.

ITem in secunda instãtia omnes supradicti termini seruantur ad primam diẽ excepto termino ad articulandum qui seruatur ad octauum diem. et eodem modo in tertia instantia: dempto termino ad articulandum qui seruatur ad sextam diem.

In causis beneficialibus deuolutis per commissionem.

ITem eodem modo seruãtur termini in causa beneficiali quando est deuoluta per commissionem cum potestate citandi in curia uel extra. Et executione citationis facta in partibus quæ executio fienda est eodem mõ quo appellatio interponẽda secundum formam cle. cãm. de elec. hoc dempto ꝙ tunc non oportet producere iura pro deuolutione facienda. sed reproducitur citatio cũ eius executione facto uel uerbo. Deinde citatur pars ad dicendum contra illam. utputa contra commissionem citationem & eius executionem ad primam diem. Deinde ad libellandum ad primam diem ut supra. & exinde procedunt taliter ꝙ si sint ambe partes præsentes sufficienter fundate per se uel suos procuratores. tunc procedendum est inter eas per cursorem. alioquin pars præsens procedat per audientiam contradictarum cõtra absentẽ si causa est deuoluta ut supra. Et hoc idem seruetur in causis non beneficialibus, de quibus supra dictum est.

In causis non beneficialibus.

IN causis uero non beneficialibus. aut ille sunt de decimis, matrimoniis uel usuris. Et in illis procedendum est ut in causis beneficialibus mõ quo supra dictũ est quo ad terminos, sed non quo ad deuolutionem. ut etiam prædictũ est. aut ille cause sunt prophane. & tunc si ꝑ appellationẽ sunt deuolute mõ quo supra dictum est. cõmissa causa producatur appellatio facto uel uerbo & citabitur pars ad dicẽdũ cõtra commissionem & iura pro deuolutiõe causæ facientia ad primam diem. Si uero est deuoluta per citationem executam tũc illa citatione & eius executione facto uel uerbo reproducta citabitur pars ad dicendũ contra commissionem et eius executionem ad primam diem. Et deinde utroq; casu deuolutionis huiusmodi primo termino seruato ad dicendũ contra iura deuoluentia uel executionem citationis citabitur pars secũdum antiquam practicam ad libellãdũ ad octauam diem. Secundum modernam uero quæ iuxta antiquam seruatur ad libellandũ, ad litem contestandum, & iurandũ

de calumnia ad primam diem. in quo termino dabitur libellus & citabitur pars ad respondendum libello & super eo litem cōtestandum necnon ad iurandum de calumnia primo ad primam diem. ac deinde secūdo ad idem etiam ad primam diem. Sin autem tunc ista facit citetur ad idem tertio sub pena excomunicationis ad primam diem. si nec tunc facit citetur ex superhabundanti quarto. ad idē ad primā diē. & si tūc libellans affirmat narrata in libello suo fore uera & petita in eodem fieri debere animo litem contestandi & nisi tunc aduersarius dederit exceptiones releuantes aut nisi libellus de se sit ineptus compellatur pars respondere alias excomunicetur. Exceptiones autem quæ opponi possunt ad impediendū litis contestationem sunt tantum tres. s. de re iudicata. de re trāsacta, & de re finita. Etiam exceptio solutionis quæ reputatur anormola opponi posset ad impediendū litis contestationem. De exceptionibus autem dilatoriis quæ opponi possunt ut excomunicatio pactum de non petendo ad tempus & similes. Si uero iudex cause compellit te ad respondēdū libello cui de iure non est respondendum quia est ineptus & tunc quia uel aliquæ obstant exceptiones tue & tunc nō respōdeas nisi metu excōmunicationis & simili metu durāte iures de calūnia & deinde appelles ab illa compulsione metu excōmunicationis ad respōdendū libello facto. & in casu quo exceptiones date fuerint & non admisse petita admissione exceptionum a non admissione & repulsione dictarum exceptionum & cōiunctim & diuisim appellari potest etiam ante & post compulsionem talem. & si tibi, placet prosequi grauamen quia iustum est quādo libellus est ineptus uel quādo exceptiones date sunt pertinentes uel forsan appellatio est minus legitima uel alia de cā legitima recedere uelis a iudice, quia forsan tibi suspectus est uel alia de causa tūc facias committi causam appellationis ab illo grauamine una cum toto negocio principali in forma quæ infra. Et licet appellatio quādo est legitima committatur una cū negocio principali non tamen uenit negocium principale nisi in euentum grauaminis. tamen leuius sepe obtinentur commissiones quando processum est coram iudice ꝙ in omnem euentum manet iudex.

Commissa uero cā grauaminis hmōi termini seruētur sicut in aliis quoruncunqꝫ grauaminum. s. primo ad dicēdum contra commissionem ad primam & ad dicendū cōtra appellationem etiam ad primam diē q̄ repetenda est in termino quo accusatur contumacia nihil dicentis contra commissionem. & deinde ad impugnandum & iustificādū ad primam diem in quo termino debet dari petitio ad minus uerbo. s. si est appellans petēdo pronuntiari bene appellatum & male processum. Si appellatus econtra. s. bene processum & male appellatū. sed cautius est & utilius ꝙ in illo termino ad impugnandū & iustificādū detur petitio facto et priora in grauaminibus quo ad terminos procedunt quando appellans ꝓsequtur cām appellationis. sed si appellatus eā ꝓsequitur ille poterit quando citatus est ad dicēdumcontra cōmissionem consentire in iurisdictionē iudicis si sibi placet uel de surreptione cōmissionis obiicere et ipsius iudicis iurisdictionem impugnare casu quo possit. Si autem uoluit in iudicem & eius iurisdictionem consensum prestare tacite uel expresse tūc debet in illo termino repetere appellationem partis aduerse in quantum facit, pro parte sua & contra partē aduersam & inquantum facit contra se excipere generaliter contra eam & obtineat ad impugnādum & iustificandum ad primam diem. quem terminum seruet ut supra.

De prima instantia in prophanis.

DEinde continuando terminos in negocio principali si grauamen nō iustificetur uel iustificatum est & per sentētiam interlocutoriam expeditum quæ transiuit in rem iudicatam quia ab ea non est appellatum si late sunt sententiæ cōformes super grauamine tunc obtineatur & citetur pars aduersa ad articulandum in prima instantia ad. xv. diem. Ad dicēdum contra articulos ad. viii. diem. Ad perducēdum omnia ad octauā diem. Ad dicēdum contra producta ad octauum diem. Ad declarandum ad octauum diem. Et ad dicendum contra declarationes si quæ dātur ad octauam diem. alias non. Deinde potest peti concludi. & hoc si est reus & aduersarius

actor non probat.uel si est actor & probauit & in istis causis pecuniariis siue prophanis presertim quando quis timet commissionē uel futuros testes tunc instet pro conclusione,& deinde deliberato iudice petat pronunciari.

De secunda instantia.

IN secunda instātia postquam a prima sententia appellatum est et causa appellationis commissa citabitur pars ad dicēdum contra commissionem ad primā diem.& si placet appellato statim appellatus potest facere citari partē aduersam,ad libellandum ad primam diem,alias poterit excipere contra commissionem uel non excipere & permittere currere litem in arte sua.Quo termino adueniente quælibet partium potest dare libellum.s.appellatus appellatorium petendo confirmari sentētiam & petendo pronuntiari bene processum & sentētiatum & male appellatum,uel si aliquid deest ita ꝙ iudex plene non pronūtiauit iuxta petitionem suam illud potest nūc addere in suo libello. Appellans uero poterit petere contrarium & dare petitionem illam quam dedit in prima instantia. Et deinde citabitur pars ad respondendum libello & litem contest. etiam ad primam diē. & in illo termino accusabitur contumacia non respondentis libello. & hāc cautelam teneat uolens prosequi iudicium. quia si altera pars est absens a iudicio non requiritur litis conte.in secunda instātia ubi facta est in prima.secus si est præsens. Teneat ergo talem ordinem uolens continuare iudiciū & accelerare ꝙ in illo tempore uadat quādo alia pars non est præsens & seruet terminum.& tunc citetur pars ad iurandum de calumnia ad primam diem. uel seruet illū terminum ad iurandum in eodem termino,ut supra dictum est. Deinde ad articulandum ad duodecimam. Ad dicendum contra articulos ad secundam. ad producendum omnia ad secundam. ad dicendū contra producta ad secundam. Ad declarandum ad primam,ad dicendum contra declarationes si quæ fuerint producte etiā ad primam.

De tertia instantia.

IN tertia instantia omnes termini seruētur ad primam.dempto termino ad articulandum qui seruetur ad sextam. & teneatur etiam cautela in termino ad libellandum & respondendum libello,ut dictū est in secunda instantia.

In causis nullitatum.

IN causis nullitatum.s. quando committitur & petitur annullari aliquis ꝓcessus uel sententia uel alius actus extraiudicialis.tunc si est actus iudicialis.aut nullitas constet ex eisdem actis.& tūc causa commissa & citata parte ad dicendum contra commissionem & producto processu siue actu iudiciali qui annullari petitur & parte citata ad dicendum contra. non requiritur alia obseruatio terminorum quam sententia. In aliis uero nullitatibus siue extraiudicialibus siue iudicialibus quando non constat ex eisdem actis de nullitate requiritur plenus ordo iuris & plena obseruatio terminorum secundum causæ naturam ut si causa est benefitialis uel alia summaria de quibus supra proceditur ut in illis in quibus supra declaratum est. Si est prophana ordinarie proceditur ut supra dictum est. Et est notandum ꝙ iudex uel auditor cui commissa est causa appellationis a diffinitiua potest cognoscere de nullitate sententiæ licet hoc non exprimatur in commissione sibi facta.secus in iudice appellationis a grauamine uel interlocutoria.cautum tamen non est ꝙ semper exprimatur in commissione licet ex post facto in iudice appellationis a diffinitione sustineatur ut supra.

In causis restitutionis.

IN causis restitutionis quæ de iure peti debet infra quadriennium. aut petitur restitutio ad appellandum ab aliqua sententia uel grauamine. uel petitur restitutio in integrum aduersus aliquem contractum uel actum & hoc principaliter uel incidentaliter. Si petitur restitutio ad appellandum ab aliqua sententia uel grauamine.uel petitur restitutio aduersus sententiā & intentetur iudicium rescindens & non

rescisorium & tunc citetur pars ad dicendum contra commissionem dentur articuli secundũ uiã iuris cõis deducentes casum esse quæ restitutio de iure conceditur p uiã cõmissionis de gratia petitis & cõcessis. tũc deducantur articuli facientes pro uerificatione commissionis & citetur pars ad dicẽdum contra articulos ad primã diẽ. deinde accusata contumacia in illo termino petantur admitti articuli & producãtur iura uel testes secundum materiam subiectam. Et est sciendum circa hoc ꝙ petens restitutionem semper antequam restituatur debet doceri de aliquo suo iure uel interesse uel saltim summarie de lesione. Item deinde factis probationibus super articulis petatur restitutio. si uero petitur restitutio in integrũ principaliter & intentetur rescisorium simul. s. articulus restitutionis & negocii principalis quod fieri potest de iure & utile est fieri tunc seruãdi sunt termini ad longum. uide ad ista cle. i. de resti. in inte. secundum naturam causæ si est summaria & ordinaria ut supra dictum est.

In causis desertionum.

IN causis desertionum. s. quãdo appellatio a diffinitiua sñia uel interlocutoria dicitur deserta. & tunc si sit deserta in manibus domini auditoris cui commissa est cã appellationis cũ incidẽtib. &c. & tũc requiritur noua cõmissio qua facta & præsentata citatur pars ad dicendũ contra ad primam diem. & elapso illo termino citetur pars ad docendum et fidem faciendum de diligentia prosecutionis appellationis primo ad primam diem. Deinde si non docuerit de diligentia prædicta citetur ad idem secundo. pro secunda dilatione. & similiter ad idem tertio. & si iterum non docuerit de diligentia prosecutionis appellationis citetur ad idem quarto & exsuperhabundanti & tunc iudex habet optionem an uelit confirmare primam sententiam, si constat in actis & termini sunt seruati uel pronuntiare tantum super desertione.

In causis attentatorum.

IN causis attentatorum quæ fiunt post appellationem uel illa pendente semper requiritur noua commissio si occurrunt talia attentata post primam commissionem quia regulariter commissiones & rescripta se non extendunt ad actiones & ius creatum siue post appellationem & lapso termino ad dicendum contra commissionem qui est ad primam diem dãtur articuli super attentatis. Et citetur pars ad dicendum contra articulos & in termino ad dicendum contra uel post petantur & obtineantur admitti & fiant probationes per testes uel per instrumẽta & deinde illis factis non requiritur obseruatio terminorum nisi ꝙ petitio detur & sententia proferatur.

In causis reductionum.

IN causis ubi petitur reductio cõtra aliquod laudũ latum per aliquos arbitros uel arbitratores ad arbitrium boni uiri. si est causa benefitialis uel summaria seruãdi sunt termini ut in illis supra dictum est. Et nihilominus ultra hoc dandus est libellus concludens iniquitatem & reductionẽ secundum dispositionem iuris. Si uero causa uel negotium in qua petitur reductio nõ est benefitialis uel summaria. tunc seruãdi sunt termini sicut in causa ordinaria uel ꝓphana & est lis contestanda.

Remissio ad partes.

IN causis remissionum ubi petitur remissio ad partes decerni si habetur cõmissio ꝙ decernatur & decreta expediatur sub sigillo. tunc fiet litera sub sigillo. alias fieret sub plumbo. Et quando decreta est remissio citatur pars ad primam ad concordandum de loco in quo iudice coram quo & termino infra quem remissio debeat expediri in partibus & remitti. & fiat concordia de uno uel duobus iudicibus prout occurrit. deinde citetur ad dandum interrogatoria per illam & totam diẽ sequentẽ uel ad primam diem. & tunc in illo petantur includi articuli parte uocata. & si portitor habetur paratus iuret tunc uel alias quando occurrerit.

Nota ꝙ semper secundum stilum curie dantur tres menses pro expeditione remissionis in partibus. uidelicet duo obtinenti remissionem ad probandum intentum suum. & unus mensis parti aduersæ ad

reprobandum. & ultra istos tres menses datur terminus competens secundam distantiam loci ad eundum ad partes & redeundum. super quo termino partes debent concordare.

Practica circa remissionem.

ITem circa istas remissiones notandum ꝙ practicatum est in curia & habetur una decisio ad hoc quod iudex potest remissionem decretam sub sigillo expedire uigore nouæ commissionis; alias non sine commissione. & ēt commissarius suus in partibus non potest subdelegare. Quando uero remissio expeditur sub plumbo papali tunc ille commissarius bene potest sub delegare alteri uices suas. & tunc reportata remissione iudex qui decernit non potest de ea cognoscere nisi fiat commissio noua. & illa fiat sub forma huiusmodi. Pater sanctæ tali causa pendente inter tales iudex decreuit remissionem propter appositionē manus. V.S. iudex sine noua commissione. S.V. de causa ipsa se intromittere non potest. dignetur igitur. S.V. eidem priori iudici uel surrogato suo committere ut remissionem recipiat aperiat & ulterius in causa procedat.

Item nota si remissio est decreta sub plumbo & expedita licet articuli non sint inclusi & partes renuntient commissioni. tamen auditor non potest ulterius procedere sine noua commissione propter appositionem manus papæ. & desuper habetur decisio rotæ.

Pro interesse.

ITem alius est modus ueniendi ad causam. s. pro suo interesse. & tunc certius qui uult interuenire pro suo interesse uideat an sibi hoc expediat. quod considerare potest. si enim iura producta & probationes in causa factæ plus sibi prosunt quam nocent tunc est bonum ut ueniat pro suo interesse. alias melius est ut inchoet nouam litem siue nouum iudicium coram eodem uel alio auditore. & si expediat sibi uenire pro interesse uideat an ipse sit comprehensus in prima commissione data iudici nominatim. uel sub clausula generali scilicet alios sua interesse putantes. & tunc ueniat coram iudice cum iuribus & articulis suis & dicat quod sua intersit producat ea petens partem citari ad dicendum contra ad primam diem. & tunc in illo termino petat se admitti pro interesse in eo statu in quo est causa. & hoc procedit in causa benefitiali.

Si uero non sit comprehensus in prima commissione tunc obtineat nouam commissionem in qua petat se admitti pro suo interesse & producat iura & articulos suos & obtineat citari partem ad dicendum cōtra & petat se admitti. ut supra.

Quid autem operatur generalis clausula quæ ponitur in commissione & alios sua interesse putantes. an sententia præiudicat eis contra quos fertur. dic ꝙ sua interesse putans non tenetur uenire licet possit uenire ad causam nisi sit citatus in specie & nominatim secundum formam cle. causam. & tunc præiudicat sibi sententia. Et circa hoc nota ꝙ quando una uel duæ sententiæ contra possessorem late sunt & alius uenit pro suo interesse non propterea impeditur causa si sit expedibilis inter priores partes quin expediatur & etiam fiat executio nisi possessor fuisset uocatus uel ille qui ueniret pro suo interesse diceret se posside re uel in commissione per quam quis uenit pro interesse sit clausula ꝙ causa inter omnes partes simul & semel ac unico contextu eademq; sententia terminetur & tūc etiam requiritur signatura correspōdens. s. ꝙ admitrat & procedat ut petitur & simile & sis cautus iudicando & retinendo commissionem tali forma.

Etiam circa hoc nota ꝙ sine illa clausula & alios sua interesse putātes in principio originalis commissionis siue primo ponatur puta contra & aduersus. a. b. & alios sua interesse putantes siue ponatur dū taxat in fine circa illud cum potestate citandi. a. & b. alios sua interesse putantes. tenet modo practica Rotæ ꝙ utroque casu datur iurisdictio quod tamen creditur esse contra. §. in cle. appellanti. de appella. & ad tollendum dubium ponas clausulam in principio.

In causis criminalibus.

IN causis criminalibus quæ deducuntur per quadruplicem uiam.s.accusationis.inquisitionis, denũtiationis & exceptionis. Si per uiam accusationis si talis est causa ꝙ ueniat aliqua pœna corporalis imponenda illa non potest tractari per procuratorem sed tractanda est per principales personas nisi ille principales personæ uel earum alique sint in carceribus iudicis.

Si uero aliqua alia pena sit imponenda tunc tractari potest per procuratores & dãdus est libellus ac in eo specificanda sunt crimina & excessus exprimendus etiam locus loci annus & mensis. sed non requiritur dies in quo ponenda est in scriptio actoris libellantis ad pœnam talionis si actor illã pati potest alias ad pœnam ordinariam ad arbitrium boni iudicis & ante inscriptionẽ non tenetur reus conuentus respondere libello. & in talibus causis per accusationem etiam si agitur ad priuationem benefitii seruandi sunt termini ut in prophana secundũm ordinem prout supradictum est quia tunc talis causa non dicitur benefitialis. Si per uiam inquisitionis & hoc fit dupliciter. Aliquando est ad instantiam partis & tũc procedendum est sicut in accusatione. Aliquando ex officio iudicis & tunc iudex habet deputare aliquam instigationem uel ꝓmotorem officii. Et tunc primo inquirendum est de infamia quæ si probatur tunc procedendum est ulterius ad cognitionem ueritatis omnium criminum & danda est copia capitulorum & indiciorum & nomina testium & pars citanda est ad dicendũ contra. Et in istis causis inquisitionum ex officio proceditur summarie non obseruando aliquem ordinem terminorum causarum siue benefitialium siue prophanarum.

Si per uiam denuntiationis iudicialis q̃a de his non est ad propositum tunc illa est præparatoria ad inquisitionem quæ fieri potest dupliciter ut supra. Si per uiam exceptionum quod fit quando agitur de confirmando electum uel instituendo præsentatum.uel admittendo prouisum in possessionem tunc per modum exceptionis danda sunt crimina & non requiritur inscriptio. requiritur tamẽ specificatio ut supra dictum est in libello accusatorio. Est etiam tamen sciendum ꝙ contra prouisum ne mittatur in possessionem non possunt opponi crimina cum infamia. Et ideo sit cautus procurator excipiens uel in tali materia articulans aut articulet crimina & ꝙ addat ꝙ illa erãt notoria. & ꝙ petens possessionem beneficii de illis erat notoriæ infamatus uel diffamatus.

Super notorio.

IN causis ubi tanquã m super notorio ꝓceditur post citationem ad dicendum contra commissionem dandi sunt articuli super notorio & pars citabitur ad dicẽdum contra articulos & deinde ferenda est sententia nec alia obseruatio terminorum requiritur.

In causis appellationum.

ITem notandum est ꝙ ubi prima uel secunda sententia in partibus uel per auditorem cameræ lata est tunc in causa appellationis quæ committitur in rota uel extra rotam alicui commissario apostolico seruandi sunt termini sicut in prima instantia.

De inhibitione quando fieri debeat & post quos terminos.

ITem quando a grauamine uel interlocutoria sententia uel per uiam inquisitionis causa commissa est alicui auditori tũc ille auditor statim inhibere potest auditori cameræ uel alteri commissario in curia uel extra eam sed non coauditori suo uel alicui ex dominis cardinalibus quia illis non inhibetur nisi seruatis terminis in appellatione in grauamine uel interlocutoria seruari solitis de quibus supra & tunc in termino ad impugnandum & iustificandum citari potest pars illo termino seruato ad uidendum inhiberi ad statim & tunc parte uocata debet decerni inhibitio.

Taxatio expensarum.

ITem nota ꝙ expense nunquam petuntur taxari nisi quando sunt tres sententiæ late uel quando prima uel secunda transiuit

transiuit in rem iudicatam & tunc iudex q tulit snīam uel surrogatus eius debet taxare expēsas parte uocata ad statim uel ad primam et non taxātur expense in Ro.cu.nisi pro commissionibus simplicibus non consistorialibus procursoribus pro aduocatis si aduocatus est in causa & cautum est quod aduocatus scribat aliquam scripturā quæ producitur in iudicio alias non taxarentur expense pro eo nisi hoc ꝓbaretur & deducceretur et expense pro procuratore & pro notario. Et iste expensa peti debent & taxari per cedulas secundum ordinationem Ro. Pontificum. secundum tamen reformationem Martini papæ quinti in cedulis porrigendis iudicibus. & quando una uel duæ sententiæ sunt latæ in partibus. uel ꝙ pars uult ꝙ unus auditor taxet omnes expensas hoc obtineat & coloret per commissionem quia alias auditor siue iudex non potest taxare nisi expensas factas in instātia coram ipso habita.

De terminis substantialibus.

ITem sciendum est ꝙ in causis benefitialibus & summariis non sunt nisi quatuor termini substātiales. s. ad articulandum ad dicendum contra articulos ad ꝓducendum omnia & ad dicendum contra producta aliorū terminorum ommisio nō reddit processum nullum. In prophanis tamen siue pecuniariis causis multi alii termini sunt substātiales ultra prædictos quatuor .s. ad libellandū ad respondendum libello ad litem contestandum. Item ad concludēdum qui tamen pro nunc etiam in benefitialibus omnes attente seruantur excepto termino ad respondendum libello.

De grauamine.

ITem nota ꝙ quando in Ro.cu. alicui auditori commissum est aliquod grauamen & negotium principale principaliter non autem in euentum puta quia appellatum est in partibus uel ab auditore cameræ ad curiam. & commissa est causa appellationis grauaminis uel interlocutorie una cum negocio principali. quia tunc de more curiæ est licet sit contra ius ꝙ iudex appellationis in curia etiam si pronunciat male appellatum & bene processum, non tamen remittit causam ad priorem iudicem sed retinet eam determinando in curia. uel quando causa grauaminis & negotii principalis est auocata ab uno & commissa alteri. uel quando appellatum est a grauamine & interlocutoria & diffinitiua simul & uni commisse sunt causæ huiusmodi. tunc nisi grauamen sit incompatibile siue contrarium processui & negocio principali seruari possunt termini simul & semel in grauamine & negocio principali de stilo curie. secus est de iure.

De materiis obiectiuis.

ITem nota ꝙ materiæ obiectiuæ quando dantur principaliter per uiam positionum & articulorum. semper dande sunt in termino substantiali ad dicendum contra producta ad tardius, licet bene dari possint per uiam exceptionum contra iura partis alterius semper dari possunt in termino ad hoc statuto. & tales materiæ obiectiue quales sunt quæ impugnāt ius partis aduerse & impugnant ius ꝓprium sunt specificande in tempore & loco & in aliis circunstantiis. sicut supra dictum est in libello accusationum.

Appellatio a diffinitiua.

ITem nota ꝙ quando appellatur a diffinitiua non est necesse exprimere aliquam causam in appellatione. nec quā do appellatur a sententia habente uim diffinitiue ut est sententia super attentatis. sup desertione. sup nullitate. & plures similes q̄ non spectant aliam diffinitiuā post se respectu desertionis suæ licet ordinatum & cautū sit ꝙ in illis si procurator uelit aliquam causam exprimat saltim in genere.

Circa dilationes probatorias.

ITem circa dilationes probatorias & alias quæ dantur in causa est sciendū ꝙ si aliquis conueniretur in Ro.cu. tūc nisi causa prius sit deuoluta ad curiam per appellationē aut si ipse est Legatus aut nūtius alicuius domini tunc habet ius reuocādi domum nisi conueniretur super contractu facto illo tempore quo nuncius fuit. alias datur sibi tempus siue inducie ad ha

B

bendum iura siue defensiones de partibus & interim supersedetur in cā, & illud tempus datur magnum & paruum secundum distantiam loci a cu. Ro. ad locum domicilii illius qui conuenitur. Et notā ꝙ ista dilatio ad habendum iura non solum datur ad habendum iura ipsius rei qui cōuenitur. sed etiam ipsi reo datur ad habendū informationem & defensionem contra iura partis sibi aduerse. & ideo sepius uiget pratica non obstante ꝙ actor dicebat se uel se confiteri gratiam, processum, acceptationem & prouisionem uel alia iura rei. Nihil ominus reo dabuntur inducie si ipse allegabat se uelle habere informationem & defensionē cōtra iura partis aduerse. & in hoc sit cautus procurator ut sic petat. Itē nota circa dilationes probatorias ꝙ oēs dilationes ꝓbatorie iudiciales sunt arbitrarie ꝑ auditorē uel iudicē preterq̄ quando excipitur de excōicatione. ibi. n. iura dant terminum octo dierū ad probādū qui terminus incipit currere postq̄ exceptiones admisse sunt ad probandum. etiam communiter super articulis de iure in prima instantia ad probandum dantur. xv. dies. in secunda instantia octo uel decem. in tertia similiter sex uel octo. aliquando decem aliquando plures aliquando pauciores dies. secundum ꝙ placet auditori uel iudici.

Occasione hereditatis.

ITem est notandum ꝙ si uis aliquem conuenire occasione hereditatis: anteq̄ porrigas libellum facias unā paruā petitionē in qua sine interrogatione cōtineatur ꝙ iudex interroget reū an sit heres defuncti cuius nomine cōuenitur. an sit solus uel ꝓ parte & ꝓ qua parte. Itē quando aliquis cōuenitur rei uēdicatione uel quacūq; actione reali semp. si pars rea uel eius ꝓcurator est ꝑsens in curia facias eā interrogari an possideat et tenebitur respondere, et istud multū releuabit te alias. n. si quis cōuenitur possessor alicuius rei. s. beneficii siue alterius licet ipse patiatur iudicium: ex hoc nō posset cōdēnari ut possessor ad dimittēdū possessionē nec in fructibus cōdēnari nisi probetur possessor. Et istud nota. qa sepissime uenit in practica et multi in hoc errare solent. Et hoc idē tenet Spe. in ti. de interr. quæ fiunt ante lite. contest. in § ergo pone.

Super spolio.

ITem nota ꝙ quando aliquis super spolio benefitii siue possessorio siue iudicio recuperande possessionis agit aut agit in causa prophana & tunc non est necessariū ꝙ producat aliquem titulū siue aliquod ius. sed sufficit ibi ꝙ ꝓbet se posse disse: & alium nunc possidere. In causa uero benefitiali siue matrimoniali uel aliqua alia non potest haberi possessio iusta sine titulo ideo in iudicio recuperande possessionis oportet ꝙ agens producat titulum suum: uel saltem summarie uerificet illū. secus si beneficiatus non dicat se spoliatū beneficio sed fructibus beneficii in toto uel in parte aut aliqua possessione uel iure beneficii. tunc enim non requiritur ꝙ producat titulum, sed sufficit ꝙ probet se possidere beneficium cuius noīe agit. & sic ēt talis causa non est benefitialis respectu ꝓcessus & obseruatione terminorum. sed termini seruandi sunt sicut in causa prophana. Et not. circa hoc etiam ꝙ in causa spolii siue possessionis recuperande. ubi ius cōmune facit pro reo & contra actorem. licet non sit causa beneficialis uel matrimonialis: oportet ꝙ agens producat titulum suū uel præscriptionem tāti temporis quod in memoria hominum contrarium non existat & probet. & iste est casus in. c. ad decias. de resti. spo. li. vj.

Super titulo beneficii.

ITem nota ꝙ licet quando agitur super titulo beneficii siue petitorio siue possessorio proceditur summarie sine lite. contest. ut supra dictum est. Secus quando agitur de proprietate beneficii. puta si una ecclesia dicit sibi aliam ecclesiam unitam. idem si agitur super aliqua re ut iure particulari spectante ad beneficium. Et circa hoc uidi dubitare. Quid si unus dicit se habere titulum in beneficio. & alius beneficium beneficio suo incorporatum an procedat. ir summarie ut in causa beneficiali uel plenarie, ut in prophana. Istud sepe occurrit in practica. quia ex alia parte causa beneficialis est ex alia prophana. Egidius de Bella. Dicit in dictis suis ꝙ illa causa regulanda est secundum na-

turam actionis actoris. ut si actor agit ut de titulo beneficii erit summaria. si de proprietate erit cognitio plenaria. & hoc bene probat. Et si actor agit ut de proprietate beneficii, actio sua erit plenaria, & seruabuntur termini ut in prophana. & reconuentio rei poterit esse summaria se deducenti principaliter ius suum.

Cui commissum est procuratorium.

ITem sit attentus procurator. habens causam aliq̃ in curia cui cōmissum est procuratorium generale ꝙ illud non producat in iudicio. nec cum protestatione nec sine protestatione. sed tradat ipsum alicui amico suo quo praesente illud tradat notario. quia alias non reciperet illud notarius. & tunc ille procurator praesens dicat. Ego intelligo me constitutum generaliter per talem ad multas causas & negocia ego intendo solum onus recipere in ista causa pēdentia corā illo domino Auditore & non aliis & in ista solum accepto onus. & substituo si uult substituere. & una cum substituto agere A.B.&.C. trāsfero onus in eos. & ꝓtestor ꝙ nihil fiat nisi & eis uocatis. Si solum uult substituere dicat in publico. Ego solū accepto onus ad substituendum & nō alias. & substituo talem &c. Et ista doctrina ideo datur. quia si procurator per se produceret procuratoriū: uideretur acceptasse onus quo ad omnia cōtenta in illo. nec postea posset se exonerare. iste est casus in cl. ex literis. de ꝓcu.

Diffamatio procuratoris.

ITem nota ꝙ nihil est quod tantum diffamat. & inhonestat procuratores sicut ꝙ ipsi dimittunt appellationes deseri per negligentiam. & hoc contingit per duplicem uiam in appellatione a diffinitiua. Primo auditores et iudices communiter dant terminum. x. dierum ad prosequendum. & tunc infra illos decem dies appellans debet facere committi causam alicui alteri iudici uel auditori & facere praesentare cōmissionē. ꝙ si hoc nō poterit uel sibi non expedit tunc uadat ad cancellariā cum notario & habeat commissionem duplicatam & unam tradat ad manus uicecancellarii uel regentis cācellariam. quam tradat notario. uel in absentia uicecancellarii uel regentis ponat eam in causa ubi tales cōmissiones ponuntur. & aliam commissionem det notario praedicto & faciat fieri instrumentum diligentie praedictae infra decem dies. ꝙ si ista non facit procurator appellantis deseritur appellatio.

Sublata causa desertionis.

ITem commissa causa & sic sublata dicta desertione infra .x. dies. uel facta protestatione ut supra. tunc istud est commune ꝙ in appellatione a grauamine uel interlocutoria ubi nullus terminus praefigitur saltem in curia: tunc omnes termini debent seruari infra annum a die appellationis interpositae. & debet dari petitio per procuratorem appellantis. ut in dec. Rotae cccx. in antiquis. & hoc non sufficit nisi protestetur infra annum de diligentia sua: uideat ꝙ petat causam expediri in iustitia primo secundo tertio, instanter instantius instantissime. & ꝙ nō stat per eum quo minus expediatur. & protestetur de diligentia sua. & hanc protestationem quia notarii saepe sunt negligentes: scribat per se in domo & producat in iudicio. & per plures dies ante lapsum termini primi anni producat eam eodem modo faciat in secundo fatali & in tertio alias nisi in primo fatali omnes termini sint seruati data petitione & facta protestatione huiusmodi appellatio est deserta & similiter nisi fiat ꝓtestatio in secunda instantia: non obstante diligentia praemissa primi fatalis etiam appellatio deseritur. & ista est maior uerecundia quā procurator habere potest si deserit appellationem. Si uero procurator indiget remissione ad partes in secunda instantia: tunc seruet terminos. & super articulis & exceptionibus datis in prima instantia uel etiā illis & nouis tunc datis si expedit petat sibi decerni remissionem citius quo potest: & illam petat in iudicio. & illam petitionem det in scriptis. quia notarii sepe indebite scribunt & in eadem cedula qua hoc petitur protestetur quod nō stat per eum quo minus remissio non decernatur & remittatur ad partes & expediatur & reportet

ut causa expediatur in primo fatali & non deseratur appellatio sua. ꝙ si secus factum fuerit protestatur ꝙ non stat per eum sed per iudicem uel partem aduersam.

De publicatione dictorum testium.

Item in publicatione dictorum testium procurator teneat hanc cautelam ꝙ quando testes producuntur per partem aduersam nihil protestetur contra eos sed taceat. alia's si aliquid pro eo deponerent non prodesset sibi. Sed postquam sunt examinati si uellet eorũ dicta facere publicari tunc uocata parte ad audiendum uolũtatẽ iudicis super publicatione prædicta primo antequam aliquid petat de publicatione præmittat protestationem quam scribi faciat per notarium uel secum portet cedulã in scriptis protestationem dicendo. R. p. d. auditor. Ego protestor ꝙ intendo opponere contra personas & dicta testium per partem aduersam productorum in hac causa qua protestatione premissa peto mihi publicari dicta testium ex aduerso productorum & terminum statui ad dicendum contra & si timet ne iudex concludat & sententiam ferat habeat secum appellationem paratam a non publicatione & non præfixione termini huiusmodi.

Quando causa beneficialis deuoluitur uidendum est ne processus ruat.

Item nota ꝙ nisi bene aduertas multi processus ruent. quando autem causa beneficialis per appellationem deuoluitur ad Ro.cu. tunc ius dat unum mensem appellato ad præparãdum deinde tempus arbitrarium. i. tempus quantum homo indiget ueniendo ad curiã de illo loco ubi appellatũ est & deinde. xx. dies. ita antequã procedi posset in causa oportet expectare per mensem per tẽpus abitrariũ. & per. xx. dies. Et si ante proceditur processus est nullus & istud notatur & probatur extra. c. i. de elect. li. vj. & c. cupientes eo. li.

De materia obiectiua.

Item no. ꝙ materie obiectiue debẽt dari in termino substãtiali ad dicẽdum contra producta postea uero date nõ admittuntur. Sed si in illo termino non dederis & postea uelis dare talem tenebis cautelam. seruabis articulos super gratia si neutri etiã si nullam habeas & tũc ad omnes meliores fines et effectum deduces talem materiam & admittetur cum aliis si probari posset. uel dabis instrumenta probantia illam materiã & postea articulos ꝓ uerificatione et repetere debes illa instrumenta.

Quando quis absoluitur ab instantia iudicii.

IN causis ubi pars absoluitur ab instantia iudicii & obseruatione terminorum.

Nota ꝙ quando aliquis causam aliquã cõmitti obtinuerit & eiusdem commissionis uigore partem citare procurauerit & post citationem huiusmodi pars impetrans causam huiusmodi prosequi non curauit ex tũc pars rea & citata comparens faciat citari partem impetratam ad procedẽdum & procedi uidendum prout de iure primo ad primam diem. deinde secundo ad idem etiam ad primam diem. ac subsequenter ad idem tertio. & postremo ad idem quarto & ex superabundanti ad idem etiam ad primam diem alioquin ad uidendum & audiendum se uidelicet partem contra quã commissio impetrata est absolui ab instantia iudicii & obseruatione terminorum in quo termino pars dabit petitionem suam & iudex iuxta formam eiusdem quando deliberatus fuerit potest pronuntiare & cõdemnare partem aduersam in expensis.

Et quoniam lites super quibusuis causis beneficialibus prophanis & aliis q̃ pro tpe per quascũque personas ecclesiasticas uel seculares in Ro.cu. apostolica commissione mouentur atque tractantur intendimus fieri breuiores & ut litigantes ad ipsam curiam pro defensione suorum iurium uenientes & huiusmodi causas prosequentes releuentur a laboribus & expẽsis. Statuimus & ordinamus ꝙ in causis in quibus de iure uel alias per scriptum siue commissionem proceditur summarie simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicii talis ordo seruetur uidelicet ꝙ fundata iurisdictione in prima instantia causæ principalis terminus seruetur ad libellandum ad primam diem ad iurandum de calumnia ad

idem ceteri seruentur prout in præcedenti tractatu plenius habetur tam in secunda ꝙ in tertia instantia.uerum tamen termini ad articulandum dicendum contra articulos producendum omnia & dicendum contra producta de substantia iudicii censeantur existere statuimus atque decernimus ꝙ ipsorũ omnissio reddat eo ipso processum nullum. aliorum uero terminorum ommissio alicuius dum tamen malitiose non fiat sed tamen aliquo contigendi processum non uitiat. In aliis autem causis in quibus proceditur in figura iudicii seruentur etiã termini secundum modum in prædicto tractatu notatum.

De modo deuolendi causam in partibus ad curiam per appellationẽ in partibus interpositam.

SCiendum est ꝙ quando appellatio interponitur in præsentia partis principalis idest partis appellati uel eius legitimi procuratoris tunc cã eo ipso est deuoluta.dummodo super hoc appareat presens cum instrumento confecto et constet de mandato procuratoris. Sed si appellans presentiam principalis partis.i.partis appellate commode habere non potest circa appellationem interponendam . ac ut causa bene deuoluatur seruabit appellans hunc modum.uidelicet ꝙ faciat appellationem suã in scriptis in bona forma.qua facta accedat ad notarium publicum in præsentia testium & legat appellationem huiusmodi de uerbo ad uerbum.& lecta petat apostolos instanter sibi dari si est aliquis qui uelit dare ꝑtestãdo ꝙ si partis appellate præsentiã cõmode habere posset uelit sibi legitime intimare & insinuare appellationem prædictam.& super hoc petat instrumentum publicum. Et hoc facto idẽ appellans tenetur intimare & insinuare huiusmodi appellationem parti appellate seu eius procuratori si ipsorum aut alterius eorundem præsentia commode haberi posit infra mensem post interpositionẽ dicte appellationis uel post mensem quanto citius potest. Circa quam insinuationem hmõi appellationis seruabit hunc modũ.uidelicet q appellãs assumet sibi notarium publicũ & testes & accedat ad partem appellatam uel ad ipsius procuratorem si ipsorum uel alterius eorum præsentiam habere põt.alioquin protestãdo de ipsorũ absentia huiusmodi appellationem per ipsum ante interpositam ut præmittitur per notarium publicum legi & publicari parti appellate faciet seu eius procuratori legitimo & copiã huiusmodi appellationis tradat requirẽdo notarium ut super premissis publicum conficiat instrumentum.alioquin si illius partis uel procuratoris eiusdẽ presentiam habere nõ poterit tunc si causa fuerit beneficialis expedit ꝙ in loco beneficii super quo agitur uel in loco ubi pars appellata beneficiata fuerit infra missarum solemnia uel quando dicuntur hore diei in loco beneficii uel partis appellate in præsentia duorũ beneficiatorũ in ipsa ecclesia per partem appellãtem uel eius procuratorem aut per notarium publicum legatur publice.& pars appellans petat apostolos instanter nihilominus ꝙ si partis appellate præsẽtiam haberet eidem appellationem huiusmodi insinuaret. & sic similiter faciet in domo appellati si commode & tute accedere poterit ad domũ . Sin autem in ecclesia cathedrali in loco beneficii & in ecclesia parrochiali sub qua deget & morabitur.& bonum est affigere copias earum in ualuis ecclesie & etiam in domo habitationis partis appellate . & alias adhibere talem diligẽtiam circa insinuationem huiusmodi appellationis qualis adhibenda est in executione citationis legitime in partibus faciẽde. Si pars appellans prosequi noluerit appellationem suam & pars appellata uellet prosequi eam in Ro.cu. expedit ꝙ pars appellata instet pro copia habẽda appellationis sub forma publica notarii. s. ipsius qui instrumentum appellationis confecit. ꝙ si ille notarius negauerit sibi tradere copiã illius sub publica manu.accedat pars appellata ad officialẽ curie episcopalis uel ad alium iudicem super hoc ꝑtãtem habentem ut compellet notarium ad tradendum copiam producendo instrumẽtum originale appellatiõis predicte & citari faciat appellantem ad uidendum dictam copiam appellationis illius sub manu publica tradi & dominus interponendo decretum dummodo præsentiam partis appellantis habere potest. Sin autem in ipsius notarii præsentia petat sibi decerni copiam appellationis illius sub manu publica & dominus interponendo decretum suum man-

det notario præsenti ꝙ scribat copiam illius appellationis sub manu publica qua habita pars appellata potest prosequi appellationem in curia & causa censetur ad curiam deuoluta.

De commissionibus causarum ad partes.

Causis ut prædictũ est ad Papam & Rom.curiam deuolutis plerunque remittuntur ad partes per rescripta desuper impetrata, per literas in forma breuis, uel per bullam ex officio literarum contradictarum plerunque committũtur in ipsa curia per speciales commissiones ab ipso Papa, uel a Cardinali qui pro tempore præest signaturæ iustitiæ signatas. Circa commissiones autem faciendas ad partes seruantur hæc quæ sequuntur.

Circa qualitatem personarum quibus possint committi causæ per rescripta apostolica est semper menti tenenda dispositio Bonifacii.viij.uidelicet. c.statutum de res. lib.vj.nam illa est nunc in uiridi & uigenti obseruantia Cancellariæ. Sed circa quæda dubia posita ibi per doct. stylus habet quæ dicentur. Archipresbytero rurali non committuntur causæ nec officiali Capitulo expresso nomine Capituli.nec Conseruatori de quibus dubitarunt glo.in cle. & si principalis de rescrip. Inquisitoribus autem & prælatis mendicantium possunt committi cum clausula quæ est in quinterno iustitiæ quamuis non soleant committi. uide.c.cum olim de maio.& obe. Plebanis autem Collegiatarum committuntur. Et in partibus Venetorum solet dici ecclesiæ. In Tuscia uero plebis. Preceptoribus autem maioribus sancti Antonii per constitu. Sixti papæ.iiii.committuntur causæ.& aliquibus Canonicis Collegiatarum in Alemania & sancti Petronii Bononiẽ. & alibi per constitutiones descriptas in quinterno Cancellariæ de gratia de quo fit mentio in prima regula Cancellariæ sub ti.de dispen. Monachis autem ecclesiarum cathedralium non solent committi de stylo hodie uide quæ habetur in.c. causam quæ. de iudi.

Circa loca autem ad quæ trahuntur personæ in rescriptis est etiam obseruanda forma.d.c. statutum cũ distinctione aut actor & reus sunt eisdem diocœsis uel diuersarũ &c. Item an allegetur perhorrescentia & dantur tunc literæ extra cum clausula perhorrescentiæ. Dantur etiam literæ extra si actor dicat quod Ciuitatis & diocœsis rei intrare non audeat uel ꝙ sufficiens persona cui causa committi possit in Ciuitate seu diocœsi rei non resideat. Aut quod uniuersitas, Episcopus, uel Capitulum. Et breuiter in his est seruanda forma. d. c. statutum.& etiam cle. abbates de rescrip. quæ disposuit quomodo superior impetrat rescriptum uolens agere ratione membrorum sibi subiectorum quæ sunt in alia diocœsi quam dignitas principalis cui illud membrum subest. Ad cuius cle. intelligentiam lege quæ scribit Collec.& alii doc. Gallicani in.c.nonnulli de rescrip.et in.c.ex parte de for.compe.ubi inter alia dicunt, ꝙ si quis Abbas ratione membri in alia diocœsi ꝙ̃ sit abbatia sua siti uelit impetrare contra quẽdam tertiæ diocœsis. & habere iudices in diocœsi abbatiæ tanꝙ̃ in tertia non debent ei dare iudices in illa ne fiat per fictam & indirectam uiam contra dispositionem.d. c.statutum.

Et nota ꝙ causæ appellationum matrimoniales sententiæ late ab ordinariis possunt committi extra Ciuitatẽ uel diocœsim etiam si actor & reus sunt eiusdẽ diocœsis de stylo, nec solẽt committi nisi Episcopis. Simplices autem commissiones causarum matrimonialium, hoc est, in quibus non est appellatum iudicialiter a iudice, licet esset forte appellatum extraiudicialiter a parte committuntur de stylo Episcopo diocœsano rei uel reæ & non datur in tertia quamuis actor & reus sint diuersarum dioc. nisi fuerit suspectus diocœsanus impetranti, & tunc dantur extra cum clausula. Cum in ciuitate &c. non sit aliquis Episcopus qui de huiusmodi causa ad presens tute cognoscere posit fraternitati tuæ &c. Et debet prius narrari causa suspitionis. Sed si forte Episcopus diocœsanus agat in remotis, & hoc narretur, committitur de stylo causa matrimonialis simplex alteri Episcopo in dioc. rei cõmoranti uel uicinıori ad quod facit clem. de foro competen. & .c. eos qui de tempo.ordi. libro.vi. uidetur tamen tũc posse committi maiorem dignitatem in ecclesia habẽti ut in.c.literas de resti.spo.

Præterea aduerte quod aliqua uniuersitas impetret contra aliam uniuersitatem possunt iudices dari extra de stylo si pars petat: uide Collect. de hoc in.d.c.nonnulli, si autem causa est prophana includens matrimonialem non habetur constans stylus super commissione fienda.uide tamen no. p gl.in Cle.dispendiosam.& per Lud.consi.ccxlix.& per Oldra.consi. cccxx. de partium uero consensu causa etiam non matrimonialis trahitur extra, debet tamen fieri mentio in rescripto de dicto consensu.uide ad hoc decis. Egid.de Bellamatre siue Bellamere. & fit fides de consensu per Auditorem contradictarum Correctori si partes sint præsentes in curia.

Et aduerte, quod ratione rei immobilis super qua impetratur rescriptum, siue agatur actione reali,siue psonali debēt dari iudices in loco ubi est sita res illa, & ita obseruat cancellaria interpretando. d.c. statutum nihil immutasse quo ad immobilia de iure antiquo, & sic remanet dispositio.c.dilectus de rescrip.&.c. fina.de foro compe.nec tunc attenditur de stylo locus domicilii rei, licet docto. communiter teneant,quod sit in electione actoris conuenire reum in loco rei site, uel loco domicilii ipsius rei. & not. in.l. fina. C. ubi in rem actio & sic immobilibus discendimus dispositionem.d.c. statutum uidelicet, quod non fiat differentia, an actor, & reus sint eiusdem diocœsis &c. sed semper dentur iudices in loco immobilium, non autem in loco domicilii rei etiam si pars peteret, adeo quod si in eodem rescripto impetrentur iudices super immobilibus & mobilibus non dabuntur iudices nisi in loco immobilium ne uideantur etiam dari in loco seu domicilio rei, & si pars uelit in loco mobilium non dabuntur iudices per Cancellariam contra diuersas personas, nisi in diuersis rescriptis: nec etiam curat Cancellaria de loco ubi fuit appellatum, uel grauamen illatum quo ad hoc, ut non dentur in tertia, quia dari possunt in tertia si actor, & reus fuerint diuersarum diœcesum,nec etiam si reus originarius appellans uelit iudices contra appellatum in loco eiusdem rei non dantur ei de stylo, licet contrarium uideantur uoluisse docto. in.d.c. statutum. Contra eum autem qui interdum moratur in una diocœsi interdum in alia dantur iudices in utraque si hoc exprimat impetrans. In laico autem qui iurisdictioni cuiuscunque iudicis ecclesiastici se submisit non dantur iudices, nisi in diocesi rei uel tertia,& alias iuxta formam c.statutum formam supradictam in immobilibus. Et in causis prophanis laicorum subiectorum ecclesiæ etiam seruatur forma.d.c. statutum de stylo licet aliqui uideantur uoluisse contrarium, uide eos in.c. decernimus, de iudi.&.c.sua nobis de appell.& Bellam.in.d.c.statutum. In testibus autem ad perpetuam rei memoriā solēt dari iudices in loco impetrantis. uide ad hoc doct.in.c.si quis contra.de for.compe.&.c.significarunt.de testi.in forma autē humilibus quæ plus taxatur & habet in hoc aliquid gratiæ potest de stylo absq; signatura papæ causa committi extra diocœsim cum derogatione.d.const.statutum. Et in rescriptis ea quæ debonis super reuocandis indebite alienatis,& rescripto significauit & post iter arreptum dantur iudices ubi pars petierit,quia non exprimuntur rei.

Item aduerte, ꝙ non solet Cancellaria dare iudices in loco contractus uel destinatæ solutionis etiam si impetrans dixerit reū ibi inueniri nisi commoretur, uide ad hoc no.in.c.dilecti,de foro comp.& in.l.quæro. ff.de sol.presertim cum non appareat de cōsensu ordinarii rei.uide etiam ad hoc Speci de compe.iudi.§.i.uer.in clericis autem, qui uidentur etiam in hac tacita prorogatione requirere consensum ordinarii.& uide text.iii.q. vi. non liceat & Ang.in.l.i.de iudi. Et nota ꝙ si reus est unius diocœsis,& commoratur in alia Cancellaria non dat iudices,nisi in loco commorationis.etiam si impetrans petat in utroque. In loco autem prædicto commorationis. dantur iudices etiam si non dicatur reum habere ibi domicilium, & stylus iste facit pro opi. Inn. & aliquorum in. c. ex parte. B. de for.competen.& uide doc.in.c. quod clericis eo.tit.& text.in.l.est uerū.C.de incol. lib.x.Contra heredem autem alicuius defuncti non dat iudices Cancellaria, nisi in loco dioc.hæredis uel ubi ipse hæres conueniatur ratione legatorum soluendorum siue ratione debitorum defuncti, nam non dat iudices in loco ubi defunctus fuisset

conueniendus de quibus in.l.hæres absens &.l.si fide commissum.ff.de iudi.& in.c. si.de for.compe.per doc.& ita stylus cancellariæ interpretatur.d.c.statutum, plura sustulisse de dispositis per iura antiqua saltem quo ad effectum commissionum, q̃ faciant interpretationes doct. qui in multis contrarium sentiunt, nec etiam dantur hodie literæ per Cancellariam laico contra laicos raptores aliarum rerum, q̃ ecclesiarum, nisi tales raptores, uel fures essent occulti, & tunc dantur literæ excommunicationis generales ad satisfactionem in forma significauit. uide ad hoc not.in.c.cum sit. generale.de for.compe.& fundantur dictæ literæ generales excõmunicatoriæ ex multis iuribus, uidelicet, ex.c.ii. de off.ordi.& v.q.j.quidam.& cle.uolentes de hæreti.& glo.in cle.maiorum eo.ti.& ex not.per Hosti.in.c.nobis de sen.excom.& per Io.An. in.c.cũ in multis.in nouel.& not.xxxv.q. vj.Episcopus in synodo.& in.c.ad nostrã de iureiurand.&.c.constitutus.de testi.& c.tuæ.de pœnis per Collect.Et in prædictis literis in forma significauit interdũ denunciatur quis excommunicatus ipso iure generaliter, & monetur ad satisfactionem interdum monetur per duos terminos, & deinde excommunicatur, & hoc ultimum fit in casibus in quibus non est quis excommunicatus ipso iure.

Vlterius nota, ꝙ nõ solet etiam cancel. dare iudices in loco delicti, & in summa non dat iudices, nisi in loco domicilii, seu commorationis & in loco rei immobilis sitæ, adeo ꝙ ministris & general.ord. comitibus & baronibus, & huiusmodi non dat iudices, nisi in locis ubi commorantur, uel in loco unde denominantur si illa prouincia cõcluditur una dioecesi.tantũ.uide Abba.ad hoc in.c.dilectus, de rescr.col.iij.& not.in.l.ij.C.ubi senator.& in.c.omnes de maio.& obe.& in.c.quoniam de offi.dele.

Nota etiam ꝙ si actor impetret contra plures reos diuersarum dioc. quamuis illi rei sint diuersarum prouinciarum, & etiam sit causa communis dãtur iudices in singulis dioecesibus. reorũ uel in tertiis si actor sit diuersæ dioecesis ab eis non sufficit dare in una ex dioecesibus reorum in simplicibus commissionibus secus in causa appellationum in quibus non est necesse accipere iudices, nisi in altera ex dioecesibus reorum. Neque actores computantur, nisi pro uno si dicant se esse litis consortes. uide ad hunc stylum no.in.c. dilectus de rescri.& c.ex parte de for.cõp.&.l.j.ij.&.iij.si unus ex plur.ap.& in.l.j.de di.res.C.&.l.j.&.ij si plu.una sen.&.l.sæpe de re iudi.&.l.j.si. in commu.eademq; cau.& in.l.scire debemus, de uer.ob.ff.&.l.de.pupillo.§. si plurimi.de no.oper.nun.& clemen.j.de appel. Et dicit Io.Ganfredi cum aliis docto.gallicanis fuisse determinatum in cancellaria, ꝙ si quis habet impetrare contra duos, quorum unus est de dioecesi impetrantis, alius de alia, ꝙ deberi dari iudex in tertiam cum minora sequantur inconuenientia, & addit longe minorem esse inconuenientiã. ꝙ ubi duo uel plures rei conuenti sunt in eadem causa, ꝙ censeantur loco unius.q̃ plurium, arg.c.cum in multis, li.vj. de rescrip.& de iurepat.c.j.eo.li.de elect. scriptum, & uide ad hoc no.per Inno.& alios in.c. pastoralis de res.hodie tamen fit ut supra dictum est. Dicunt etiam prædicti doc. gallicani in.c.causam.de off.deleg.& Bella.in.d.c. statutum. Cancellariam committere causam matrimonialem etiam si sit super fœdere episcopo, & aliis nõ episcopis cũ clausula tu frater episcope, & quomodo appellatur a grauamine uel interlocutoria in matrimonionialibus etiam cõmittitur episcopo, ut ibi per eos, & ita seruatur hodie, facit contra.c.constituit.ij.de appell. Sed si maritus impetret literas contra aliquem detinentem uxorem suam inuitam potest tunc absq; dubio committi aliis, q̃ episcopo cũ talis cognitio sit mixti fori.uide Io.An.& alios in.c.nõ est de spon.&.c.illud de præsump.& An.de bu.in.c.tuam de ord.cog. Et nota ꝙ si priuilegiatus traxit me extra suam dioecesim, & ego appello a sententia committebantur olim causæ per Cancellariam extra dioecesim appellati per no.in.c. prudentiam, de mut.peti. Verum postea uisum est obstare.d.c. statutum & negata est commissio extra dioecesim, Et iterum postea Cancellaria in similibus casibus dedit extra tempore Clementis.iiii. interpretando stylum per ius commune per not.in c.cum dilectus.de cons.quare stylus in Cãcellaria fuit in hoc inconstans & in his & pluribus aliis indigeret declaratione Pontificis.d.c. statutum ꝙ uidetur confuse & generaliter tollere multas æquitates iuris

antiqui. Et nota ꝙ si Episcopus impetret literas una cum alio suæ diocœsis pro re cōmuni contra eius subditum dantur iudices extra, etiam in simplicibus, ar. d. c. unici de iurepatro. libro. vj. &. ff. de qui. re. ad eund. iud. ea. l. i. &. c. per tuas, de arbi. &. l. si ita de liber. & postu. &. ff. si seruit. uend. l. si cōmunem. &. C. de temp. in integ. resti. peten. & de conces. præbend. auctoritate. li. vj. &. l. i. C. si in commu. eademq; cau. in integ. resti. post. &. l. inter de mino. l. per fundum. ff. de seru. rusti. præd. de condi. & demō. l. pater. & faciunt dicta supra de litis consortibus.

Personæ autem quæ possunt impetrare literas sunt laicus contra laicum in terris ecclesiæ. uide in. c. si duobus. de appe. Item laicus contra clericum, & clericus contra laicum etiam de antiquissimo stylo. & clericus cum laico contra laicum si ad eos communiter res pertineat, sed non econtra, sed in hoc ultimo casu contrariū uidentur uoluisse doc. in. l. præcipimus. §. eodem. C. de app. & in. l. fi. de hono. non conti. C. Mathes. in quodam not. & Abb. recentior in quadam disput. de quo per Colect. post Fede. in c. forus de uer. signi. In causis autem feudalibus non dantur literæ etiam clerico, uide. c. cæterum. de iudi. &. c. ex transmissa &. c. uerum. de for. compe. Dantur autem literæ laicis contra laicos super usuris uel contractibus in fraudē usurarum initis uel iuramento uallatis. Itē super iurepatronatus uel præsentatione, aut iure funerandi, aut dote, uel donatione propter nuptias, & super administratione rerum piarum, & propterea dantur confraternitatibus, uide ad hoc Pau. & Abb. in consilio. Dantur etiam ratione uoti uide ad hoc in. c. licet de uoto. & quomodo laicus conuenitur super re quam tenet ab ecclesia uide ad hoc Spec. in ti. de com. iudi. adi. §. i. & no. in. c. nullus. de for. compe. & no. in c. si clericus laicum dantur etiam pro & cōtra executorem ultime uoluntatis laicum etiam in non piis causis, licet quo ad hoc ultimum uideantur obstare huic stylo no. in. c. tua. de testa. Et breuiter dantur literæ inter laicos super causis ecclesiasticis, & alias absq; dubio forum ecclesiasticum cōcernentibus. Super obseruatione autem pacti inter laicos non dantur, nisi diceretur in illis locis tales causas de antiqua consuetudine pertinere ad forum ecclesiasticū uide ad hoc Collec. in. c. i. de pact. Super infamatione autem de crimine incœstus inter laicos cum peterentur literæ tpe meo a Cancellaria de cōsilio dominorū de Parco negauimus eas, quis mihi uideretur esse cōcedēdas pluribus rationibus, & inter alia, qui a Cancellaria maxime innititur textibus allegaui. c. fi. de sepul. sed quia non inuenimus exemplum alicuius formæ antiquæ acquieui opinioni eorum, sed contra feci in crimine contra naturam, cum peterentur literæ inter laicos iuxta formam. l. diffamari uide de his doc. post glo. in. c. nos inter, de purg. cano. & in. c. clerici de excess. præla. &. c. in Archiepiscopatu de rapto.

Et nota etiam, ꝙ iudæis uel saracenis cōtra laicos Christianos, uel contra non dātur literæ per Cancellariā, nisi super causis concernentibus forum ecclesiasticum simpliciter uel mixtim, nec fit mentio de negligentia iudicum secularium, sed si essent de terris ecclesiæ bene dātur. uide ad hoc not. in. c. quod super his de uoto, per doc. & in d. c. in Archiepiscopatu.

Magistris, seu præfectis fabricæ ecclesiæ & perpetuo oblatis & rectoribus hospitaliū laicis pro bonis ad fabricam uel hospitale spectantibus bene dat literas Cancellaria, & contra eos pro dictis bonis & fratribus et sororibus etiam tertii ordinis sancti Francisci & contra eos, simplicibus autem heremitis non solent dari literæ nec seruitoribus clericorum laicis. Bizocaris autem seu mātellatis dantur, uxori clerici coniugati, & multomagis contra, cum uidetur dari posse per. l. i. C. de incol. li. x. & de dignit. l. mulieres. li. xii. ff. de senat. fœminæ.

Et nota, ꝙ laico de terris ecclesiæ non dantur literæ contra laicum extra terras ecclesiæ, sed econtra sic.

Et attēde ꝙ in tutore, & curatore, & pro curatore in rem suam consideratur persona pupilli uel adulti, seu furiosi, aut procreatoris, an sit clericus uel laicus non ipsius tutoris uel curatoris super impetrationē. Idem ad hoc ut trahatur extra, nam in hoc, uidelicet, quo ad commissionem, non solet attendi diocœsis uel locus commorationē, tutoris uel curatoris, sed pupilli uel adulti, faciunt ad hoc no. in. l. fi. si ex plu. tuto. C. & an. l. i. §. libelli. de app. ff. &. l. i. quā. nup. inter pu. & no. l. i. de admi. tuto. &. l. ad ea. ff. de re. iu. & in. c. sua nobis. &. c. ex parte.

de appel.& in.c.querelam.de elect.& in.l. i.C.de sent.& inter iudi.& in.c.i. de procu.li.vi.ubi non attenditur qualitas procuratoris.& de procuratore in rem suam,uide no.in.c.licet, de off. dele.&.l.apud.de doli mali excep. In patre autē laico administratore bonorum filii clerici non habetur firmus stylus. Aliqui ex correctoribus considerarunt personam patris propter interesse eius in usufructu, & non dederunt literas contra laicum, alii dederunt quasi pro rē quasi communi patri laico & filio clerico, & hanc partem nos sequuti sumus, tamen quo ad trahendum extra, impetrante literas patre, aut si contra eum ratione prædictorū bonorum impetrentur semper attenditur dioecesis patris non filii si fuerint diuersarum,quia consideratur uexatio & cura cōparendi per iura supra alleg. & uerbum trahere,ut not.doc.Galli.in.d.c. statutum. & in executore quo ad hoc,&uide ad hoc gl. & Bar.in.l.j.C.de Agric.& censi.li.xj.

Dantur etiam literę laico cōtra laicum qui subest iurisdictioni temporali alicuius Episcopi uel prælati si hoc narretur, quam uis olim Cancellaria non dederit literas, nisi inter laicos Ecclesiæ Romanæ tantum, quod Collect.in.c.ad petitionem. de accu. dicit obseruatum fuisse uel ex affectu præsidentium in literis expediendis uel ex errore Abbreuiatorum.

Et si laicus percusserit laicum in ecclesia non dantur literæ ad instantiam percussi,sed rectoris ecclesiæ. & uide ad hoc not. in.c.cum sit generale.de fo.comp.

Dantur quoq; literæ contra laicum mulieri conquerenti super dote, siue cum uiro quando est nupta,siue absq; uiro soluto matrimonio,uel uiro ipso ad inopiam uergente,& debet fieri mentio,in rescripto,ꝙ res super quibus laicus mulieris pertineant. Viro autem contra laicum dantur etiam literæ pro dote sibi promissa.uide ad hoc.c.ꝑ nostras,de don.inter uir.& uxo.& formā quinterni Cancellariæ iustitiæ in ti.de matri. Viro etiam contra uxorem ad dotē ꝑꝑ adulterium uxoris perditam uidetur posse dari literas per.c.plerūq; de don.inter uir.& uxo. &.c.ex parte de consti.& no.per Abb.in.c. cum sit generale de for.comp.& idem forte uidetur si agatur super parafrenalibus per mulierem non contra tertium, sed accessorie ad dotē,seu una cū dote.ut in.c.plerūq;. &.c.significauit.&.c.& si necesse.de dona. inter uir.& uxo.ar.l.si ego.§.dotis. de iur. dot.ff.&.l.fi.C.de pac.cōuē & ar.l.si sponsa.ff.de iur.dot. & de priuil.credit.l.ij.§.fi. sed si mulier est uidua uel pauper orphana bene impetrat literas etiam nulla facta mētione de dote cum clausula illos sub quorū iurisdictione &c.quæ datur quando paup orphanus uel uidua non possunt consequi iustitiæ complementum a iudicibus secularibus,& uocatur pauper orphanus miserabilis persona, ut no.in.c. super quibusdam de uerb.sign.iuncto.c.j.lxxxvij.dis.&.l.orphanotrophos.C.de epi. & cle.&.c.grandi.de sup.neg.præ.li.vj. &.c.j. ne cleri.uel mon. Nec capitur orphanus,ut in.c.admonere.xxxiij.q.ij.pro eo qui caret patre. Et datur etiam pro orphano quamuis habeat tutorem uel curatorē ut uidi in forma Martini de Ebulo.uidetur obstare.d.l.orphanotrophos.sed potest esse pauper miserabilis etiam si habeat tutorem uel curatorem pro nobili paupere orphano etiam dantur literæ.uide not.in.c. significantibus. de offici dele.&.l.humilem.C.de incest.nup. Item dantur literæ pro clerico cum unica & uirgine coniugato,& contra eum de stylo, licet uideatur obstare.c.unicum de cler.coni. li.vj.tamen.pro stylo faciunt not.per Abb. c.j.de uit.& hone.cler.

Et nota,ꝙ pauper, orphanus, uel uidua non impetrat in eisdem literis contra clericos & laicos simul cum diuerse sint conclusiones.

Et aduerte etiam,ꝙ laicus non impetrat literas contra clericum generaliter super iniuriis,sed est necesse specificari iniuriam.ui de no.in.c.grauis.de resti.spol.&.c.olim.de iniur. Nec clerico & laico dantur literæ simul super iniuriis etiam si diceretur communiter. Item si conquerentes sint plures ēt si pater uel filius uel fratres debent poni super bonis & rebus aliis ad eos communiter spectantibus,sed in uniuersitate conquerente uel alio corpore seu collegio non dicitur communiter spectantibus.

Monachis autem uel aliis religiosis, aut mendicantibus non dantur literæ nomine proprio,sed superioris & conuentus,nisi talis religiosus habeat al quod officium obedientiarum, uel administrationem, aut beneficium sui ordinis,uel ex dispensatione apostolica, uel impetret super absolutione

ab excõmunicatione uel infamatione aut alimentis, alias non datur etiam si sit in studio. Et etiam olim obseruauit Cancellaria, ut per Collect. in. c. dilectus. de rescrip. & uide Rot. de iudi. in nouis & in decis. Bella. Mihi tamen semper uisum fuit posse dari literas pro existente in studio si asserat se de licentia prælati & conuentus esse in studio per no. glo. in. c. non dicatis. xij. q. j. & si longius de iudi. & per Arch. & Ioa. An. in c. ij. ne cler. uel mona. dummodo narret iniuriari sibi super debitis ratione studii contractis. Aliqui tamen Correctores sequuti sunt exacte stylum antiquum, nec sub hoc prætextu studii detur occasio monachis impetrandi literas super aliis debitis & administratione proprii, & noluerunt dare etiam cum dicta narratiua. Contra religiosum autem hodie bene dantur literæ sub nomine proprio indistincte in loco commorationis. & uide no. in. c. quanto. de off. ordi. Mendicantibus uero dantur literæ pro erogatis eis uel ecclesiæ eorum in elemosinam cum possint implorare officium iudicis ad habenda illa bona, & etiã agere si dixerint se posse obtinere bona ex priuilegio sedis apostolicæ cui non sit derogatum. ad quod uide no. in. c. fi. de pactis li. vj. olim tamen Cancellaria non admittebat appellationes sup immobilibus mendicantium, quamuis allegarent priuilegiũ apostolicũ sup eis ut not. Collecta. in c. significãtibus. de noui operis nunciatione. Abbati autem soli dantur pro spectantibus ad mensam Abbatialem si fuerint ordinis sancti Basilii uel Benedicti, alias autem non dantur absq; cõuentu. Præceptoribus autem siue Commendatoribus militaribus dantur indistincte etiam pro pluribus commendis sed non pro pluribus prioratibus in militibus Rodiensibus, seu fr tribus Hierosolimitanis. ut uidi in eorum statutis, seu stabilimentis dum peterẽt confirmationem eorum. & uide no. in. c. qa nos. de app. per Inno. & Hosti. uide ad hoc no. in. c. cum deputati de iudi. & Oldra. in consi. cxxviij. uiro autem & uxori dantur literæ absq; uerbo communiter.

Non dantur literæ si quis uelit impetrare contra homines talis loci nisi dicatur, uniuersi homines uel uniuersitas hominum talis loci. uide ad hoc not. in. c. cum in multis. de rescript. libro. vi. Oldra. consil. cccxv. & no. glos. in. c. cum dilectus. de ordi. cogni.

Et quando ignoratur an quis sit clericus uel laicus solet poni disiũctiue clericus uel laicus. pro quo stylo facit. l. j. §. quia aũt. ff. quorum leg. & de rest. in inte. constitutis & c. unico. de post. præ. li. vj.

Filio autem familias non solent dari literæ contra patrem, nisi exprimat sibi iniuriari super Castrensibus, aut alimẽtis, uel alias in casibus in quibus possit agere contra patrem. uide ad hoc. l. lis nulla. ff. de iudi. & l. actiones. ff. de acti. & gl. xxiij. q. iiij. si ecclesia. & in. c. quæritur. ij. q. vij. nam prohibito consequenti uidetur prohibitum anteccedẽs uidelicet, impetratio literarũ. facit quod no. Inno. in. c. ij. de dila.

Emancipato autem bene dantur cũ non prohibeatur agere, nisi non præterita uenia quæ per impetrationem literarum non tollitur, & iudex hoc examinabit, arg. l. sedet in hac. §. præter. & l. quanuis. in. fi. ff. de in ius uoc. & facit. l. fi. C. eo.

Super furto uero uel falsitate cõmissa p patrem aduersus filium ꝙ possunt dari uide. l. cõgruentius. C. de pat. pot. & no. in. c. prohibemur. ij. q. j. & in. d. §. prætor.

Cistertiensibus non dantur literæ super castris, hominibus, uassallis, uel de decimis, nisi abiiciatur, ꝙ habuerint illa anteq̃ ipsorum monasteriorum Cistertiensis. ordo reciperet instituta. uide. c. recolentes. de stat. mona. & not. in. c. cum ordinem. de rescrip.

Super diuersis beneficiis contra diuersos reos non datur unum rescriptum. nec cum clausula, & quidam alii. Sed est necesse exprimere reos, nec ubi agitur super beneficio non debet hodie addi in rescripto super rebus aliis, q̃ fructibus illius.

Cancellaria non dat literas conuentui, uel Capitulo, uel contra eos, nisi super bonis discretis & aliis quæ uacante sede per eos necessario expediuntur, ut per Collect. in. c. illa ne se. uacante.

Et pro iniuria illata ecclesiæ cathedrali, uel intra ipsam, uel in eius cymiterio non dantur literæ Episcopo, siue capitulo, uide Collect. in. c. cum deputati de iud. sed contra sic.

Nec in aliquo rescripto ponuntur ultra tres ciuitates, siue dioc. computatis actoribus & reis uel quatuor si iudex fuerit ex illis quatuor.

Item non ponuntur ultra octo nomina reorum absque clausula & quidam alii secum ea septem nomina uero conquerentiũ possunt esse quot placet.

Contra reges & principes, seu magnos duces non dantur literæ sine signatura papæ faciunt no.per Specu.ti.de leg §. nunc uidendum.uer. Item non obstat.

Et nota, ꝙ communitas, seu uniuersitas de stylo computantur pro quatuor personis, licet.l.mortuo.ff.de fideiuſ. & ex qui. cau.mai.l.ait prætor.§. item inquit.cũ aliis iuribus faciant contra. & ideo non dantur literæ in uno rescripto, nisi contra duas uniuersitates si uelis ponere clausulam, & quidã alii, & cõitas dicitur ciuitatis. Vniuersitas uero castri uel uille aut populi uidetur facere cõtra cle.uni.& de usu.& no.p Ba. in extraua.ad reprimendã. Nec dantur literæ nisi contra tria monasteria tãtum, uel domos in eodẽ rescripto. Nec sup iniuriis uerbalibus dãtur literæ per Cãcel.uide ad hoc c.cum te de re iudi.& dec.Rot.

In ciuilibus plures agentes appellantur litisconsortes.

In criminalibus uero plures rei complices facit contra glo.in.cle.i.de pœnis.uide tex.& Io.an.in.c.cum oporteat.de accusa.

Quando agitur super pecuniarum summis ponitur in conclusione post illa uerba appellatione remota usuris cessantibus de quo in.c. dilecti.de for.cõp.nisi conqueratur Epũs, capitulum, conuentus, uel psona ecclesiastica ratiõe beneficii, aut religiosus. uel familiaris papæ, uel de cu.Ro. qa præsumitur pro eis.uide no.in.c.cum in iuuentute.de præsumptio.c.cũ ex iniũcto de no. ope.nun.lxi.di.miramur.ix.q.ii.Lugdunẽ. nec hodie ponit̃ in rescriptis appellationũ.

Mortuum non appellat papa dilectum filiũ de stylo nec Venerabilem fratrẽ, sed quondam talem & bo.me. Episcopum.

In rescripto super defectu natalium ponitur clausula ita tamen &c. alias est falsum, & committitur diocœsano nisi sit suspensus, quia tunc committitur officiali ultra montes.& hodie etiam idem quãdo diocœsanus agit in remotis & hoc exprimitur facit.c.daturũ.de præb.li.vj.si uacet ecclesia tũc scribitur maiorẽ potestatẽ in ea obtinẽti.uide de hoc in quinterno.ti.de defect. nat.Spec.ti.de dispen.§.nunc de episcoporum & in fi.& quis dicatur diocœsanus uide glo.in cle.unica.de for. compe.& datur hodie hæc dispensatio tam præsentibus in curia, q̃ absentibus, etiam pro genitis ex nõ soluto & soluta.& de dicta clausula ita tamen uide Old.cons.clxv. & Rot.in antiquis & glo.in.c.si pro clericis.de præbend. li.vj.& in.c.non potest.& Sal.in.l.præscriptionũ.C.si contra ius uel uti.pub.

Et in confirmationibus in forma communi nunquam ponitur in narratione diocœsis in qua est beneficium, sed in salutatione tantum.

Nec datur post iter arreptũ mulieri, sed religiosi sic si habeat administrationem.uide.no.in.c.cum deputati.de iudi. & glo.in cle.& si principalis.de rescrip.

SECVNDVS TRACTA.



CVM a personis quæ digniores ipsis rebus sunt.ut insti.de iure na.gen.& ciui.§.fi.præmittendum est & sciendum ꝙ in quocũque iudicio seu arbitrio quatuor personæ sunt necessariæ.s. iudex actor reus & notarius. ut.c.forus.extra de uer.sign.&.c.quoniam contra.de proba.& interdũ dictis testium uel alia probatio loco testiũ.ut.c.i.iiii.q.iiij.

Item sciẽdum est ꝙ actor est ille qui petit uel agit. Et reus est ille qui defendit se. Iudex est superior eorum ordinarius uel delegatus.ut extra de off.dele.per to.

De oblatione libelli.

ITem est sciendum ꝙ actor dat.i. tenetur dare suum libellum in scriptis. præsertim in causis arduis. ut.c.i.de libel. obla.narrantem factum suum & concludẽtem, uel petitionem uerbalem in qua pariter narret & concludat ut in auten.offeratur.C.de li.contest.&.c. offeratur.iii.q.iii. & notarios seu scriba per iudicem deputatus eam recipiat & teneat. & etiam omnia alia quæ per partes ipsas uel earum procuratores uel aduocatos seu alios nomine earum.& pro eis seu iudicem dicuntur. ut in c.quoniam contra.de proba.& redigit in actis & debet continere libellus seu etiam uerbalis petitio quinque.s.quis petit. a quo petitur quid petit.& causam quare petit.& hoc in actione personali. In reali uero desi-

gnationem conformem iuxta.l.si in rem.ff. de rei uendi.confirmationis. Vnde uersus. Quis quid coram quo quo iure petatur & a quo. Recte compositus quisque libellus erit. Hos uersus ponit textus cum glo.in.c. i.extra de libel.obla. Et interdũ ipse actor dat libellum articulatum per positiones & articulos & in fine dat conclusionem.& ulterius in fine petit responderi per reum inquantum dicitur in libello seu petitione iusticiam sibi ministrari implorando iudicis officium in his in quibus fuerit oportunum quod est latissimum in.l.i.ff.de iuris om.iu.

De petitione copie libelli.

Reus uero citatus prius per seruientem uel curatum uel alium nuncium iuratum uel alias in iudicio repertus petit copiam libelli uel petitionis contra eum oblatorum uel articulorum cõtra eum datorum & diem ad deliberandũ an debeat cedere uel contendere ac, quid & qualiter debeat dicto libello respondere sibi assignari & iudex eundem terminum sibi assignat.nec debet uel põt sibi hunc de negare ad.1.alleg. Auct. offeratur. & dat sibi dilationem ad octauam uel interdum ad primam diem iuridicam si tale negocium requirit celeritatem ut cum agitur de alimentis præstandis uel reparatione uel sustentatione domus ruinose minantis ruinam & dantis damnũ domui uicini uel arrestatione hominis fugitiui & similibus uel aliter secundum stilum curie.

Quæ hic dicta sunt de libelli oblatione, & eius copiæ petitione remoueri poterant, remotis(ut antea dictum est) ipsorum libellorum formulis.attamen relicta sunt cõsulto.ut uestigium antiquitatis ostendant.

Hæc etiam quæ sequuntur de litis contestatione superflua sunt,cum hodie omnibus ad breuitatem directis, ea litis contestationis solemnitas non sit in usu:eadem ratione qua & libellorum usus est intermissus.

De litis contestatione.

Item adueniente dicta die ipsi reo præfixa & assignata si non cõpareat actor nec reus talis terminus circũducitur idest stat sic in suspẽso.& nihil aliud fit ex quo neuter comparet. Si uero actor non cõparet nec procurator pro eo tunc reus absoluatur & actor in expensis per reum factis condemnetur ut.c.1.de dolo & contu.li.vi.nec amplius actor auditur nisi prius prædictis expensis solutis & data cautione ꝙ de cætero in causa compareat & eã prosequatur.ut.c.actor. præall. Si autem non comparet reus sed actor.tunc per actorem defectus uel contumacia contra reum accusatur & conceditur per iudicem ulterior processus si non se excuset reus aliquo legitimo impedimento.quia tunc habetur pro excusato.quia legitimum impedimentum semper excusat per communia iura.ut puta si esset captus uel infirmus uel per superiorem suũ detentus uel per hostes. & similia.tũc assignatur sibi alia dilatione ad cõparẽdum.s.ad primam uel aliam secundũ distantiam uiarum & causæ ac temporum & patriæ ac personarũ qualitatem. & hoc est ad arbitrium iudicis.facit ad hoc.c.fin. de transac.&.c.cum sit.de appel. Die adueniente comparẽte actore requiratur reus ut respondeat libello actoris cum respondere tenetur uel causam dicere quare respondere non tenetur.& ad hoc terminus sibi assignatur ad aliquam diem sequentem nec hoc potest sibi denegare.quia die adueniẽte debet ipse reus uel eius procurator per eũ in principio causæ uel post in iudicio uel extra constitutus legitime qui onus assumpsit uel per eius aduocatum dare in scriptis uel proponere uerbo exceptiones quare nõ tenetur respondere libello ipsius actoris cõtra eum dato ut puta quia ipse libellus est nimis generalis indebite specifieans uel incertus obscurus uel alternatiuus negatiuus seu captiosus,uel dicere ꝙ actor est excommunicatus maiori excommunicatione. sic non potest agendo stare in iudicio.& iste & similes exceptiones sunt dilatorie.uel posset opponi exceptio declinatoria. ut quia est clericus conuentus in iudicio seculari super actione reali de quo in illo iudicio non tenetur respondere.uel quia est laicus conuẽtus in iudicio ecclesiastico.ut.c. causam ii.qui filii sint legitimi.uel in actione personali ubi non est iuratum.& similia. & nisi cõsuetudo curie haberet ꝙ laicus super bona fide potest ibi conueniri ꝙ ualet & petat se remitti suo iudici competenti. & iste exceptiones declinatorie uel recusationes

iudicis fieri possunt & propom usq; ad litis conte. exclusiue. Sed tutius est ꝙ in principio & in prima dieta uel in secunda proponatur per communia iura præsertim recusatio iudicis. quia si consensisset in aliquem actum qui non potest fieri per iudicem uel coram eo non posset postmodum talem iudicem recusare, quia quem semel approbaui non possum ex post reprobare. c. i. de iudi. et c. cuius in agendo. iii. q. viii. cum si. ad hoc. c. inter monasterium, & ibi glo. ple. que incipit quicunq;. extra de re iudi. et facit. c. infirmitate. de offi. dele. ubi dicitur ꝙ post litis conte. ex causa mouetur super cuētu, uel ad eius noticiam deducta pōt iudex recusari. uel etiam potest opponi contra talem libellum una cum tribus exceptionibus peremptoriis. s. de lite finita uel transacta uel iudicata uel concordata uel pactū de non petendo factum per actorem reo uel solutionem si imponitur offeratur. alias non impedirent iste duæ responsionem seu litis contestationem. ut in. c. i. de litis conte. li. vi. & si. Et casu quo dederit reus exceptiones contra dictum libellum. uel posito ꝙ det si non fuit sufficienter illis responsum per iudicem ordinabitur fore respondendū dicto libello per reum non obstantibus exceptionibus in oppositum. & monebitur per iudicem ecclesiasticum ut respondeat sub pœna excommunicationis. ꝙ si non respondeat excōicabitur pro contumacia & inobedentia & per iudicem secularem pignoribus uel per alia pena arbitraria ad respondendum constringitur. ut. c. tua. extra. ut lite non conte. cum si. Et tunc respondebit reus affirmatiue uel negatiue dicto libello uel petitioni contra eum datis concedendo contenta in eo uel ea negando. dicendo sic. Ego dico narrata prout narrantur & contēta in dicto libello non fore uera neq; petita fieri debere animo litem cōtestandi. Et per modos prædictos & responsionem factam libello affirmatiue uel negatiue fit litis contestatio quæ est fundamentum principale totius processus. & ea ommissa processus est nullus. & ex tali processu nulla sententia debet ferri nec sequi. imo propter nullitatē processus iudicaretur sententia nulla. ut. c. i. extra de litis conte. ut ibi in. c. dudum. ij. de elec. nisi fiat toti petitioni uel libello ut ibidem qui libellus est tanquam totum uel genus. & positiones & articuli sunt tanquā pars & species descendētes ex libello. unde uide pleniorem differentiam inter libellū & articulos.

De iuramento calumnie.

DEinde primo litis contest. statim præstatur iuramentum calumnie si actor hoc requirat. & idē si reus hoc requirat. unde si actor recuset cadit a cā. quia præsumitur eo ipso ꝙ iurare recusat ꝙ foueat cām iniquā. Si uero reus recuset illud præstare condēnari pōt. quia non præsumitur habere iustā cām defendēdi & haberetur pro confesso. ut. c. fi. de iura. calū. pōt tamen tacite ommitti si nō petatur præstari ut. c. j. §. i. eo. ti. li. vj. Et si petatur pstari & non præstatur processus est nullus. ut ibidem. et ideo cauillosi aduocati petūt illud præstari in fine libelli uel alicuius exceptionis uel scripture. Et si per aduersarium non præstetur processus iudicabitur nullus & condemnabitur ille qui recusauit præstare in expensis totius processus. unde illud iuramentum calumnie continet quatuor uel quinque. Primo ꝙ actor iuret & etiā reus ꝙ credit habere iustam cām. Item ꝙ non utetur falsa probatione. Item ꝙ si interrogatus fuerit respondebit ueritatem de his quæ sciet. Item ꝙ non corrumpet iudicem neq; testē. Item ꝙ non petit frustratoriam neq; malitiosam dilationem. unde uersus. Istud iuretur ꝙ lis sibi iusta uidetur. Et si quæretur uerum non inficietur. Vt lis tardetur dilatio nulla petetur. Nil promittetur ut falsa probatio detur. Et si quid detur dabitur ut lege cauetur. Hos uersus ponit glos. in. c. j. extra de iura. calum. unde debet præstari per partes principales uel per procuratores priuatarum personarum per iconomos ecclesiarū p sindicos uniuersitatū habentis ad hoc spetialem potestatem. c. fi. de iur. calum. lib. vj. alias ad hoc iuramentum præstandum nō deberent admitti. ut dicitur ibidem.

De iuramento malitie.

ITem sciendum est ꝙ est aliud iuramētum quod dicitur malitie. s. quando iudex uidet partem aliquam uel procuratorem petentis dilationem frustratoriam faciat illum iurare an hoc petat ex mal tia

& in similibus.& illud iuramentum potest exigi & debet præstare in quacunq; parte litis quandocunq; requiritur a iudice in causa principali et etiam appellationis.ut in.c.ij.decisor ū. supra quod datur a parte parti.& quando pars uidet ꝙ non potest ꝓbare suam intentionem in totū siue sit actor siue sit reus uult stare iuramento partis aduersæ uel iurare.hoc nō potest recusari.ut.l.manifestæ.C.de iureiu.q̃ dicit ꝙ manifestæ turpitudinis est nolle iurare uel nolle defferre. Vel quando pars altera habet semiplenā probationem per se.s.unum testem qui non facit plenam probationem.tunc iudex dat iuramentum illi parti habenti talem testem uel interdum aduersario suo inspecta qualitate personarum & qualitate & quātitate causæ.hoc est sibi arbitrium cui illud committat.ut.l. bonæ fidei.de re.cre.&.ff.de iureiuran.l. iusiurandum.&.c.fi. extra de iureiu. Et ista iuramenta dicuntur decisoria. quia decidunt litem indefectu aliarum probationum. & est magnum releuamen probationum & maxime efficacie & magnum remediū ad lites faciliter decidendū & terminādum.quæ debent cito decidi ne sint immortales.quia partes per eas releuantur a laboribus & expensis & multis aliis damnis & incōmodis liberantur.ut.c.fi.de dolo & contu.&.c.ut litigantes de offi.ordi.li.vj.

De positionibus & articulis.

Post iuramentum calumniæ præstitum petit actor terminum ad ponendum & articulandum.i.ad dandū positiones & articulos.& sibi datur communiter in Ro.cu.prout superius in alio tractatu declaratū est de terminis & actibus. sed iste terminus olim solebat teneri ad xxx.in causis ciuilibus.in aliis uero inferioribus.s. ecclesiasticis & beneficialibus ad. xx. In aliis causis inferioribus datur communiter ad.viij.uel aliàs secundum stilum curie & qualitatem negocii & partium & distantiā locorum uel longior arbitrio iudicis. unde positiones debent formari ex materia libelli quæ in prioribus ampliatur ut magis q̃ in libello declaratur specificatur & extenditur. Quibus in iudicio datis cōtra reum petitur responderi eis per reum qui petit copiam & sibi datur.& terminus sibi assignatur ad respondendum eisdem simpliciter. Qua responsione facta petit actor respōderi medio iuramento.& reus petit primo ipsos articulos adiuuari & asseri per actorem medio iuramento singulariter & diuisim. aliàs reus non tenetur respondere medio iuramento eisdem.c.præsentium.de testi.lib.vj.quia non debent actor & reus ad impararia iudicari.i.non licet uni quod non liceat alteri.c.j.&.ij.de mutu.peti.& in regula nō liceat.de regu.iur.li.vj. Et etiam ex alio qa partes principales quæ melius sciunt & scire præsumuntur ueritatem debent asserere & respondere scienter ut in.c. pastoralis.de iudi.&.l.fi.C.de procu.tanq̃ legaliores qa interdū procuratores solent cauillare & ueritatem occultare uel celare & ipsis assertis cum iuramento per actorem præsentem uel eius procuratorem instructum primo p actorem præsentem cum iuramento aut per procuratorem cum spetiali mandato de sic asserendo.tunc reus respondet & respondere cogitur dictis articulis cum iuramento suo. Qua responsione facta uel uisa per actorem si non respondit omnibus uel non respondit sufficienter & clare cogitur iterum respondere illis actore hoc requirente per remedia iuris.s.per iudicem ecclesiasticum per sententiam excommunicationis uel per iudicem secularem per arrestationem personæ uel pignorum suorum captionem. uel penæ pecuniariæ impositionem uel alias pœnas arbitrarias. Tamen si reus post iuramētum ueritatis uel calumniæ præstitum iussus a iudice respondere non respondet.& si contumaciter recederet haberetur pro confesso ut.c.ij.de confes.li.vj. Tamen positioni negatiue non tenetur respondere.nisi equitate suadente iudex eam duceret admittēdum. ut.c.j.de confes.li.vj.quia qui negat nihil ponit.& ideo negatiua positio uix potest ꝓbari.ideo dicit in.c.ueniens.extra de uerbo. signi.ꝙ plus creditur duobus testibus idoneis concordibus super affirmatiua q̃ centum super negatiua quia negantis factum nulla est directa probatio per rerum naturā. in.c.quoniam contra.de proba.in princ.& in.c.bonæ.j.de elect.ultra medium.

De ad missione articulorum & produ ctione testium.

DEinde actor admittitur ad probandum suos articulos & positiones sibi negatas per reum & tunc potest producere parte absente uel ea uocata & aduersa præsente in eius contumaciam testes uel instrumenta & citantur testes & citati producantur per ipsum actorem & recipiuntur per iudicem & iurati debent deponere ueritatem quam sciunt seu nouerint in ipsa causa. & non debent uenire spō tanei seu uoluntarii sed rogati. ut auct. Rogati. C. de testibus. quia tūc se ingererent & essent suspecti. l. Quia omnia. ff. de procu ri. ubi dicitur ꝙ qui se ingerit suspectus est siue sit procurator siue testis & eis obiiceretur per reum seu alium contra quem producerentur quia non debet eis dari fides. & debent citari. & si non comparuerint in prima citatione debent excommunicari pro contumacia & interim citari totiens quousque compareant. quia alias iudicium redderetur in inuitum. l. inter stipulantem. §. socia ff. de uer. ob. ad hoc siquis in ius uo. non ie. l. i. Si autem essent nobiles uel egregie personæ aut infirmi uel mulieres quæ non debēt uocari in iudicio nec ibi uenire præsertim religiosi uel captiui iudex uadat uel mittat ad tales. ff. de iureiuran. l. ad personas. & c. ii. de iudi. lib. vj. c. siqui testium extra de testi. & in domo talium personarum recipitur iuramentum tale. In Francia tamen ecclesiasticus iudex impetrare solet territorium a curia regia uel eius officiario ad hoc faciendum. quia rex prætendit ꝙ iudex ecclesiasticus extra loca sacra uel religiosa nullam iurisdictionem exercere pōt. Successiue quando testes sunt producti & iurauerunt. ad quæ facienda dantur tres dilationes. s. prima secunda tetria & interdū cum solennitate quarta. c. ultra tertiam. extra de testi. s. quando pars quæ testes uult producere in quarta dilatione iurare uult ꝙ in aliis primis dilationibus testes quos nunc producere intendit habere; nequiuit. quia forsan erāt extra patriam uel quia ne sciebatur ꝙ scirent aliquid in causa ipsa.
Et est ratio quare dantur quatuor dilationes ad testes producendum ne pereant copie probationum ipsi parti. ad quod iudex debet aduertere. ut. l. currēt. ff. de testi. & c. quoniam frequenter. in prin. extra ut lite non conte. & quia interdum testes diffi culter haberi uel quia partem aduersam timent contra quam debent produci & dubitant incurrere damnum & periculū uel odium. quia ueritas probata odium illud interdum parit ut dicit scriptura. Et interdum iurant si reus hoc requirat ꝙ dicent ueritatem pro utraque parte quam nouerint in tota causa. & tunc si dicant pro reo non poterit ipse reus tales testes impugnare c. præsentium. extra de testi. uel contra eorū personas aliquid obiicere quia uidetur ap probasse. & ideo nunquam potest eos impugnare ibidem. tamen bene posset obiicere contra eorum dicta & depositiones si uellet & materiam haberet sufficientem.

De interrogatoriis dandis & formandis.

TEstibus autem ut præfertur productis & iuratis assignatur terminus per iudicem parti ree contra quam sunt producti ad dandum interrogatoria super quibus testes ipsi examinentur interrogentur. & in curia solet assignari per diē productionis & diem sequentem ut dentur generalia. s. ꝙ si testes contra eum aliquid deponere uideantur ꝙ interrogentur de causa & modo sciendi & an uiderint ea de quibus deponunt uel audiuerint & a quibus personis & de circunstantibus. ut. c. cū causam. extra de testi. ut possit sciri uel perpendi si sint instructi uel subornati per sensum corporis. ut si dicat ꝙ uinum erat dulce & dicat causam quia sic uidit uel tetigit uel audiuit nihil ualet. quia per solum gustū sapor apprehenditur. & sic de similibus. Si autem uult reus dare interrogatoria specialia debet petere ꝙ actor specificet & designet articulos sup quibus uult suos testes facere examinari & hoc facere debet si ꝑ reū requiratur seu ꝑ iudicē uel notariū, & tunc de illis datur copia reo. & secundum illam specificationem formabit interrogatoria sua & communiter in omni causa dantur. Interrogantur supradicta generalia & etiam sequentia s. si testis sit de consanguinitate seu affinitate uel similia partis producentis. Item an fuerit doctus instructus uel subornatus seu auisatus per dictam partem ipsum producentē

ut sic

ut sic deponeret ut deponit. Itē an habeat partem seu interesse aliquod in ipsa causa in qua deponit uel sperat quid habere de ea directe uel indirecte. Item si uellet partem per quam producitur uictoriam obtinere in causa. uel quam partem mallet in dicta causa triumphare. An sit criminosus nōn debet interrogari. & si interrogetur nō debet respondere quia nemo tenetur se prodere siue diffamare. c. cum tibi dico. de pe. di. i. nec sibimet laqueum parare tamen si semetipsum criminosum dixerit expellitur.

De retractatione interrogatoriorū datorū.

ITem interrogationibus sic per reum datis si actor hoc requirat quod est sibi tutum debet requirere a iudice dicendo sic domine iudex mihi pro parte aduersa data sunt interrogatoria peto per uos retractari & resecari superflua ꝙ iudex debet facere præsertim per partem requisitus et etiā ex suo officio quia sicut articulus siue positio impertinens & non releuans partem dātem repellitur & a processu reiicitur ut in. c. cum contingat. in fi. de offi. dele. & . l. ad probationem. C. de proba. Interrogatoriū superfluum debet etiam resecari per iudicem. quia interdum pars contra quam testes producuntur dat interrogatoria impertinentia ad causam. puta interrogetur testis si sol est calidus. si deus est iustus & similia. formam autē interrogatoriorū uide in. c. j. de testi. lib. vj. in glos. posita super uerbo interrogata. Iudex uel notarius examinans debet interrogare testem in prædictis generalibus postq̄ præmissa sunt data & facta iudex ipsemet audit & examinat testes seorsum. i. unum post alium & separatim ad instar testium productorum contra Sasannā. Danielis. xiii. & ponit glos. quatuor in. c. ij. extra de testibus. & per se iudex debet eos examinare in causa criminali ubi agitur de statu hominis. in auten. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & . c. ij. de iudi. lib. vj. In aliis autem causis ipsorum testium examinationem committit notario causæ. Vel interdum alicui speciali commissario ut in. d. c. ij. de iudi. li. vj.

De admissione rei pro defensionibus dandis.

IPsis autem omnibus testibus auditis & eorum depositionibus per notariū causæ & scribam in scriptis redactis uel ante petit reus se admitti ad dandum suas defensiones quia quando testes actoris essent publice nec ipsemet nec actor. super eisdem articulis uel in eis inclusis uel aliis de directo contrariis propter periculum subornatis uel eosdē uel alios testes producere possent in prima uel secunda instantiis. ut in. c. fraternitatis. extra de testi. nec in causa appellationis. ut in cle. testis. co. ti. saltem in foro ecclesiastico. Et ideo tutius reo dare defensiones ante testium publicationem. Et hoc admittitur ut eas det sicut uult longas uel breues ad eludendum & eneruandum intentionem actoris. puta si solutio uel pactum de non petendo uel committato uel alias prout sibi competunt & occurrunt in scriptis uel uerbo & petat eis responderi ꝑ actorem qui eis respōdere debet primo simpliciter deinde medio iuramento sicut supra dictum est de articulis actoris. & deinde nisi reueletur per confessionem & responsionem actoris admittitur reus ad illas probandum per testes. Et alia scilicet instrumēta cedulas confessiones & alia similia. Et seruatur modus & ordo in testiū huiusmodi productione sicut supradictum est de ꝓbationibus articulorum actoris.

De publicatione depositionum testium.

TEstibus igitur sic productis examinatis & eorum depositionibus in scriptis redactis petitur hinc inde publicari & iudex partibus hoc uolentibus habet pro publicatis. i. ꝙ uult dicta testiū & depositiones quæ erant secreta sibi & notario causæ qui eos examinauit nunc fore nota & publica ipsis ambabus partibus actori ut uideat si probauit intentionem. & reo ut uideat si probauit actor contra eum suam intentionem & etiam testium rei. ut uideat actor si reus probauit suam intentionem.

De modo excipiendi contra personas & dicta testium.

DEinde ibidem conceditur copia dictorum testium ipsis partibus & admittuntur ad obiiciendum contra personas testium. s. excommunicationem.

periurium.infamiam.parentelam.affinitatem.familiaritatem cum parte producente. uel crimina & delicta contra testes & per ipsos commissa.uel ꝙ non fuerunt citati uel iurati.& similia.ut eo.ti.c. ex parte.&.c.testium.&.c.ex litteris.extra de testi.uel contra eorũ dicta & depositiones. ut puta quia sunt sibi inuicem contrarii.uel sunt singulares in suis dictis auditu dicti alieni. qd non probat regulariter nisi ad probandum gradum cõsanguinitatis in causa matrimoniali.in qua probat.ut in.c.licet ex quadã. extra de testi.uel quia deposuerint extra articulum.uel non interrogati iuxta interrogatoria data per partem aduersam quanquã fuerãt producti. ut.c.cum clamor.&.c.per tuas.extra de iudi.uel extra dilationes. uel die feriata etiam festiua dum tamen fuerãt producti die iuridica. Facit: finis clementinarum ubi est festum omnium sanctorum.

Modus respondendi exceptionibus prædictis.

QVibus obiectionibus datis per reũ contra testes per actorem productos.& econtra petitur responderi ex aduerso.& responsione facta simpliciter. quia est de facto alieno hic non agitur. respondetur medio iuramento quia est de facto alieno.s.tertii ubi cadit probabilis ignorãtia.quia factum alieni præsertim tertii potest quis uerisimiliter ignorare. & si fuerint negate tales obiectiones est opus ꝙ fuerint bene specificate de loco & loco loci & tempore & circunstantiis aliis.alids debet repelli ne nimium pergeret in præiudicium aduersarii ad probandum tales obiectiones nisi ex causa rationabili sibi darẽtur duæ uel tres dilationes si in prima facta diligentia debita testes suos nõ potuisset habere. quia ista est materia odiosa. & ideo restringẽda. ut alle.c.præsentium.de testi.li.vj.& facit regula odia.de reg.iur.eo.li. Et sicut de obiectionibus testium actoris sic fiendum est & dici potest de testibus rei.& ipse actor potest repellere testes productos contra suos testes & non econuerso. & non fit per reum alia probatio.per.c.licet.de testi. unde uersus. Quod probo tu reprobas & ego reprobo reprobandũ. Non poteris testes tu reprobare meos. In testis testem & in hunc sed non datur ultra. Et est ratio ut litium sit finis & ne sit processus infinitus qui reprobatur a iure.ut.c.ij.de rescrip.li.vj.

De productione iurium.

PRæmisis autem ut præmittitur factis actor producit alia iura sua. ut sunt bullæ autentice uel processus in causis beneficialibus instrumenta cedulas uel alia iura de archiuis antiquis extracta & alia documenta in scriptis seu alia ꝓbationum genera quæ sunt multa collecta per glo.quæ incipit omnino quatuor.in fi. in.c.cum ad sedem.extra de resti.spo.& notanda addit ibidem multa & per Specu.eo. ti.§.fi.&.c.ij.extra de præsum.

De impugnatione iurium.

DEinde citatur aduersarius si sit ꝓsens in iudicio uel eius procurator. per iudicem sibi assignatur terminus ad comparendum & ad dicendum cõtra dicta iura.& tunc potest talia iura producta impugnare ex falsitate uel ex defectu.ut quia non habuerunt locum uel locũ loci uel tempus uel annum indictionẽ mensem diem nomen principis regnantis & testes uel subscriptis uel ꝙ ille qui ea scripsit uel signauit cessat eẽ notarius publicus uel fuit de crimine condemnatus & officium notariatus est sibi interdictum ad tempus uel perpetuo seu sibi inhibitũ uel quia fuit repertum territorium illius qui talem notarium creauit ad hoc.c. Romana.§.penu.de for.comp.li.vj.uel potest obiicere ꝙ continent falsum.quia die contenta in instrumẽto uel cedula ipse reus erat alibi in alio loco diuerso & distanti ab illo expresso in instrumẽto.& ita probatur uel directe falsitatis dicti instrumenti.ut.l.optimã.ff.de contrahẽ. & commit.stip.c.ex literis.extra de testi. Et est ratio quia unum corpus naturaliter eodem tempore non potest esse in duobus locis diuersis.ut dicunt philosophus & naturales sic etiam per indirectũ probari potest negatiua.ut.c.super hoc.extra de re. pmu. ut si quis uellet probare ꝙ non resignauit beneficium sponte eo ipso ꝙ probat ꝙ fuit cõpulsus & hoc probatur uel si coactus uel inductus per metum uel alias.

De saluatione iurium.

POst hæc autem actor admittitur ad saluandum & sustinendum sua producta & iura cõtra impugnationes rei. quia saluatio repellet impugnationem seu obiectionem rei sicut exceptio repellit actorem & replicatio exceptionem & duplicatio replicationẽ &c. ut inst. de repli. §. i.

De conclusione causæ.

DEinde post pmissa sic facta si partes hoc requirant. & idem si actor uel reus solus requirat & aduersarius non allegat causam iustam quare fieri non debet renuntiatur & concluditur in cã quod importat ꝙ ipse partes renuntiant ulterioribus probationibus facti quia nil amplius possunt producere quod continet factum. ad hoc. c. cum dilectus. extra de fide instru. &. c. ij. de resti. in integr. lib. vj. & cle. sæpe de uerb. sign.

De informationibus iudicum.

POst conclusionem autem ipse partes & earum quælibet possunt dare instructiones iudici & allegationes iuris ad partem quæ non scribentur in processu. Sed pro auisamento iudicis seu ad ipsum releuandum & illuminandum. & hoc multum prodest præsertim in iudicibus nõ iuristis uel peritis. Et fiunt huiusmodi informationes secũdum casum facti uel iuribus productis aut alias iuxta statum & merita causæ.

De sententiis ferendis.

POst hæc iudex uideat uel faciat uideri processum totum & diligenter uisitari & uideri si sit correctus. & ẽt probationes quæ omnia debent esse correcta & bene ordinata per notarium causæ & processus rubricatus in marginibus. Quibus omnibus uisis & diligenter inspectis facit iudex relationem dicti processus suo cõsilio aut suis assessoribus. uel si ipsæ non uiderit per se facit fieri relationem uel reportis coram se & suo cõsilio de toto processu. & habita matura deliberatione cum eisdẽ apunctatur & concordatur sententia diffinitiua uel interlocutoria. & scribatur deinde partibus uocatis & citatis seu alias per iudicem ad hoc assignatis sententia proferatur. & per iudicem sedentẽ si esset diffinitiua in scriptis alias est nulla. ut. c. fi. de re iud. libr. vj. Secus in interlocutoria. quia illa potest dari uerbo sine scriptis. & a iudice stãte uel sedente nisi iudex esset episcopus uel persona illustris quæ personæ possunt facere dare sententiam etiam diffinitiuam per commissarium ut ibidem uel facere eam legi in sui præsentia per notarium causæ.

De appellatione interponenda.

QVa sententia lata potest appellari ab eadem illico & uiua uoce dicẽdo. Ab hac sentẽtia uestra tanq̃ iniqua appello & peto apostolos mihi dari qui semper debent dari reuerentiales dimissorii quando appellatur a diffinitiua sententia quia iudex debet uelle ꝙ si male iudicauerit ꝙ alius superior talem sententiam corrigat & emendet ne pars condemnata lesa maneat in periculo animę ipsius iudicis. Potest etiam appellari infra decem dies qui currunt de momento ad momentum ab illa hora qua sententia lata est. ut. c. quo ad consultationem. extra de re iudi. & tunc tenetur appellare in scriptis, alias appellatio esset nulla. ut. c. cordi. de appe. li. vj. & petere in fine appellationis apostolos reuerentiales uel dimissorios a diffinitiua. Sed quando appellatur a grauamine uel ab interlocutoria tunc potest dare refutatorios & instare suum processum ut superior informetur legitime de eodem. interim proceditur in causa ulterius quando dedit refutatorios donec fuerit inhibitus per superiorẽ ad quẽ appellatur. c. super eo. extra de app. & post non posset. Sed quando est inhibitus si faceret ante omnia reuocarentur tanq̃ attempta ta & innouata ut. c. non solum. de appe. li. vj. &. ff. nil Inno. appel. penden. in ru. & nigro. Et hæc sufficiant de prima instantia. Vnde possunt esse tres instantiæ in una cã .s. prima secunda & tertia. & tres sententiæ anteq̃ possit executioni demandari si fuerit appellatum a prima & secunda sententia. quia a tertia appellari non potest.

De executione sententiarum.

ET ita in eadem causa tres possunt esse instantiæ & tres sententiæ diffinitiue uel interlocutorie & duæ appellationes etiam super eodem articulo. quia a tertia sententia non potest nec licet appellari.c.directe.extra de appel.&.c.sua nobis. & hoc est uerum ꝙ potest bis appellari nisi prima transiuerit in rem iudicatam uel nisi pars condemnata eidem aquieuit uel eam acceptauit uel expresse appellationi renunciauit facte iam uel fiende antequam appellaret.quod fieri potest per.l.fin.C.de temp. ap.§.fi.& ex glo.fi.de arbi.cum dilectus. & modis prædictis renunciatur eidem expresse.potest etiam eidem per appellantem renunciari tacite.& quia nō appellatur infra decem dies qui currunt de momēto ad momentum a tempore sententiæ. uel quia non appellat principalis uel eius procurator.uel quia non habebat talis appellans potestatē appellandi.c.non solum.ij.q.v.c.cum inter extra de elect.uel quia non est in scriptis ab interlocutoria uel diffinitiua quando appellat ex interuallo.uel quia non petiit apostolos sibi dari.uel quia licet eos petierit nō cōparuit in termino sibi præfixo per iudicem a quo ad ipsos recipiendum.c. quamuis rigor.de appel.in cle.uel quia licet appellauerit in absentia iudicis non intimauit iudici appellationem suā infra triginta dies.c. ab eodem.de appel.li.vj.uel quia post appellationem appellans comparet coram iudice a quo appellauit.c.gratum.de off.dele.&.c.cum uenisset de testi.uel quia nō exprimit iustam causam grauaminis in sua appellatione talem uidelicet ꝙ si uera esset legitima deberet reputari.ut in.c. ut debitus. de appel.&.c.Romana. eo.tit.lib.vj.§.ij.ꝑ discursum tex.uel si infra terminum per iudicem a quo sibi appellantis præfixum in suis apostolis quando dat apostolos reuerētiales uel remissorios ad iter arripiendū non obedit iuxta dictum terminum. uel quia infra terminum sibi præfixum non introduxit seu reuelauit suam appellationem coram iudice ad quem.c.geminus. &.c. suggestū. &.c.personas &.c. cum sit Romana extra de appellat.uel quia infra tempus iuris uidelicet infra annum.uel ex causa impedimenti sibi dati infra primum annum & infra primum fatale infra annum secundum non fuit prosecutus nec finiuit suam appellationem quæ summopere & diligenter est prosequenda. ut.c. cum sit Romana.&.c. excommunicationis.extra de appel.ubi uero modis prædictis uel aliis in iure expressis canonicis uel ciuili renunciatum fuerit appellationem tunc sententia diffinitiua & etiam interlocutoria transit in rem iudicatam.c.cum personas.&.c.cū sit Romana. supra allegat.& tunc potest & debet executioni demandari. Similiter quando nullo modo fuit appellatū uel etiam si fuerit appellatum sed appellationi expresse renuntiatum fuit.& tunc reus nihil potest obiicere quin sententia contra eum exequetur per communia iura quia parum esset sententiā ferre nisi executioni demandaretur.ut.c.cū personas.c.cum sit Romana.&.c.comprehensibilis. extra de ap.&.c.de executione rei iudicate.li.vj & per to.titu.Si autem fuerit renuntiatum dicte appellationi facte ex modis prædictis aliquo & tūc anteꝗ̄ decernatur executio contra reum condemnatum de mandato iudicis a quo citari debet ipse condemnatus ad faciendum fidem de diligentia prosecutionis appellationis per eum emisse.uel continebit dicta citatio quod cōpareat facturus fidem si & qualiter fuit prosecutus suam appellationem cū intimatione ꝙ alias procedetur ad executionem sententiæ contra eum late quia tunc in termino præfixo si non comparet talis condemnatus seu alius pro eo.uel si comparet & nō doceat sufficienter de diligentia prosecutionis suæ appellationis per quam apparet appellationem adhuc pendere & non esse desertam decernetur tunc & concedatur executio contra eum quia per forum ecclesiasticum monebitur pure & simpliciter ut infra viij.uel.x.dies soluat actori summā in qua fuit condemnatus sub pœna excommunicationis late sententiæ.nec apponetur clausula nisi causam &c.exquo est iudicatum uel taxatum quæ ponitur in monitionibus quæ non descendunt ex iudicato condemnato uel taxato & si hoc petatur in primo termino talis monitio resoluitur & reducitur in uim simplicis citationis alias importat grauamen & posset appellari secundū collecta in.c.personas.extra de appel.tamē poterit prius citari ipse reus si fuerit cōdemnatus in expensis sicut in principio ad uidēdum taxari expensas factas in ipsa causa cum intimatione ꝙ si non compareat taxabuntur per curiam. & ita fiet iuxta intima

ta. Si uero compareat & aliquid dicat uel excipiat petendo moderari expensas super hoc auditur & etiam actor obtinebit in contrarium. Et demum taxabuntur quando fuerint date & specificate per actorem arbitrio iudicis quibus taxatis iurabit actor quod tantum uel plus exposuit uel est expositurus in ea & pro ipsa causa & si minus uel excessiue taxarentur posset appellare reus ab excessiua taxatione ad iudicem superiorē qui si appellationem ipsam prosequatur forsan taxationem ipsam confirmabit uel moderabit. & adhuc secundo posset appellari. Deinde cum talis taxatio in rem transiuerit iudicatam tūc super principali & expensarum taxatione concedetur actori executio & fiet de facto cōtra reū per monitionem sub pœna excommunicationis late sententiæ. & si infra terminum sibi reo præfixum non satisfecerit actori de principali & de expensis aggrauabitur & deinde littera contra participantes concedetur. & deinde bis contra eos denuntiabitur & deinde portabitur tertia si fuerit opus secundum stilum curie talis & dicatur psalmus. Deus laudem meam ne tacueris &c. ante domum eius diebus festiuis. & contra hostium proiiciantur lapides in signum maledictionis eternæ. uel secūdum stilum aliarum curiarum post tertiam litteram inuocabitur brachium seculare. & requiretur ꝙ bona talia capiantur & uendātur usqꝫ ad summam talis debiti per sententiam declarati. uel si erat obligatus carceri & non competunt neqꝫ sufficiunt bona sua donec soluerit in aunione & in multis aliis locis & dicitur in litera requisitionis quando inuocatur brachium seculare clausula hæc post narrationē eorū q̄ facta sunt dicetur. cū ecclesia nō habeat qd ultra faciat. & ne talis excōicatus sit &c. Iuxta. c. cū non ab homine. extra de iudi. Etsi nō fuerit talis inuocatio brachii secularis sicut non fit in partibus tholosanis si talis reus excōicatus condēnatus & aggrauatus uel simpliciter excommunicatus sustineat animo indurato. talis excommunicatus per annum post citabitur personaliter per ordinariū ecclesiasticum uel inquisitorem heretice prauitatis compariturus coram eo tanquam suspectus de fide & est locus præuentioni inter episcopum uel eius officialem & inquisitorem cum episcopus sit inqsitor in sua diocesi. Inquisitor uero est generalis super prouinciis & in negligentia ordinarii potest tales excommunicatos tanq̄ criminales hereticos & suspectos de fide citare & corā se psonaliter uocare & ita cōseruatur cōis stilus & practica primarum per iura communia. de hæreti. extra in vj. & in cle. & si talis citatus non comparet coram eo qui eum mandauit & citari fecit & staret contumax sic per annum post posset condemnari tanq̄ hæreticus. c. cum contumax. de hæreti. li. vj. Et si episcopus uel officialis præuenisset inquisitorem in citando ipse inquisitor de hoc certificatus non debet se intromittere amplius & ita communiter seruatur unde potest etiam decerni & fieri executio sententiæ latæ cōtra reum de & super negocio principali ommissa taxatione expensarum. Et demum facta & completa executione super principali siue fuerit actum actione reali uel personali tūc poterit fieri taxatio & executio super expensis taxatis ante successiue & seperatim. iudex autem secularis exequi potest & consueuit sententiam suam unicam quæ in rem transiuit iudicatam uel quando late sunt tres conformes quia tunc non potest plus appellari. cle. ut calumniis. de re iudi. nā si fuerit actum actione reali mandat & facit poni actorem uictorem in possessione rei immobilis sibi adiudicate. & si fuerit res mobilis puta. equus liber & similia facit talem rem tradi ipsi actori per uiā facti persemetipsum uel alium executorem ad hoc per eum deputatum. Si uero fuerit actum actione personali puta super aliqua summa pecunie uel simili & tunc præcipit reo condemnato ut soluat realiter ipsi actori uictori summam infra certum terminum, quo elapso facit capi & uendi de eius bonis primo mobilibus si sufficiant alioquin de immobilibus usqꝫ ad dictam summam in qua fuit condemnatus. Deinde uero uenitur ad nomina ad debita eius. iuxta. l. a diuo pio. ff. de re iudi. & pro principali & expensis. & si reus talis nō haberet bona posset deduci in arresto seu carcere & tamdiu ibi detineri donec soluerit præsertim cū erat obligatus carceri seu arrestationi personæ suæ. Et sic est finis talis litis ꝙ causæ qui q̄ breuius potest fieri in litibus imponi debet. nam ad hoc laborant fere omnia iura.

De Apostolis.

ET quia est facta mentio de apostolis. est sciendum ꝙ apostoli sunt responsiones quas facit iudex a quo fuit appellatum ipsi appellanti & sunt triplices. quidam sunt reuerentiales qui communiter dantur a diffinitiua p hæc uerba & similia ob reuerentiam sedis apostolicæ uel superioris mei ad quem appellatur admitto uestrã appellationem uel defero uestre appellationi & assigno uobis certum terminum.x.uel xv.dierum si in partibus appellatur uel triũ aut quatuor mensium quando appellatur ad curiam Rom.quando est ultra montes. alii sunt dimissorii & illi dantur interdum a diffinitiua interdũ ab interlocutoria quando iudex a quo etiam defert appellationi & remittit causam ipsam iudici superiori ad quem est appellatum & sic abdicat iurisdictionem & tunc non potest se amplius intromittere nisi superior eandem causam sibi remitteret.c.cum apparatus.de appel.li.vj. & respondet seu dat apostolos per hæc uerba defero appellationi uestre uel admitto appellationem uestram uel remitto causam istam meo superiori uel nolo me amplius intromittere de hac cãiuel sic & inconueniens nõ credo uos in aliquo grauasse & ideo defero uestre appellationi prætense nisi inquãtum superior ad quem est appellatum duxerit admittendum inquantum a iure ei fuerit deferendum hanc responsionem pro debitis apostolis uobis faciendo. per tales apostolos abdicat a se iurisdictionẽ quia remittit cognitionem appellationis iudici ad quẽ & ideo si expost procedit totum nullũ est. & sic uidi iudicari. & dando istos apostolos reuerentiales potest assignare terminum appellanti ad iter arripiendum uel ad se superiori iudici præsentandum uel appellationem introducendum seu reuelandum uel eam prosequendum si appellans non obedit renunciat appellationi. Sed ad finiendũ causam non potest præfigere terminum. qa id non est in potestate appellantis.c.ex intimatione.de appel. Alii sunt apostoli refutatorii.s.quando iudex a quo refutat appellationem uel eam non admittit.quod fit sæpe quando appellatur ab interlocutoria.& tũc potest procedere donec fuerit inhibitus.qa si inhibitus esset non plus procederet. quod si faceret per iudicem ad quem fuit appellatum ante omnia & uelo eleuato constito tamen de processu si fuerit petitum per appellantem reuocabitur tanꝗ attemptatũ seu innouatũ anteꝗ cognoscatur de ualore appellationis propter spretum iudicis a quo.q contempsit iudicem ad quem licet fuerit inhibitus.ut.c.non solum.de app.li.vi. etiam posito ꝙ appellatio postmodum reperiatur friuola uel iniusta uel nulla. ut ibi tenet gl. & hoc est propter bonum obedientie quam debet iudex superiori suo.c. omnis anima. de sen.excom.tunc quando dat refutatorios non assignat appellanti terminum ad procedendum.nec aliud nisi ad procedendum in causa principali coram se. unde debet etiam aduertere iudex a quo fuit appellatum ꝙ exquo sunt petiti apostoli ꝙ non procedat donec eos dederit. quia facta interim essent nulla.ut.c.ab eo.de appell. & appellans tenetur dare ueram & correctam copiam suæ appellationis iudici a quo ut super ea possit deliberare quos & quales apostolos debeat dare & expensis ipsius appellantis secundum communem usum de doctrina siue practica. unde quando appellãs comparuit in termino sibi præfixo per iudicem a quo ad recipiendum apostolos corã eo semel eos paratus recipere.si tunc sibi nõ dantur non tenetur amplius coram eo comparere.sed potest prosequi suam appellationem.ut patet in gl.in.c. ꝗuis rigor.de app. in cle.& debet peti sæpe & sæpius & instanter seu cum instantia multiplicata & uno contextu ut ea clem.in principio.

Sequitur secunda instantia.s. quando fuit appellatum a diffinitiua uel ab interlocutoria iudicis & legitime nec fuit renũciatum appellationi expresse nec tacite. & primo in Romana curia.

PRimo sciendum est ꝙ quando appellatum fuit ab interlocutoria siue grauamine in Romana curia proceditur sic.quia sunt tres citationes & tenentur tres termini anteꝗ iudex ad quem possit inhibere iudici a quo Primus ad dicendum contra commissionem. quia illi iudices curiæ Romanæ censentur delegati nõ ordinarii.quia non dantur nisi per commissionem spetialem quam signat interdũ Papa & communiter uicecãcellarius aut prælatus alius ad hoc specialiter deputatus. Quo termino tento si nihil dicatur contra commissionem citatur iterum appellatus

ad dicendum cõtra appellationem ad idẽ. & si nihil contra eam dicat citatur iterum ad impugnandum & iustificandum. impugnandum scilicet appellationem per appellatum. & iustificandum processum. & econtra per appellantem. quia appellatus tenetur iustificare processum iudicis a quo. ut. l. qui ad ciuilia. de appell. C. quibus tentis. In quarto termino concedit iudex ad quẽ inhibitionem contra iudicem a quo & non ante nec ultra procedat instantia appellante & parte aduersa ad hoc uocata. Post hoc cognoscit iudex ad quem de ualore & uirtute appellationis an fuit bene uel male appellatum. & tunc aut pronuntiat male fuisse processum & bene appellatum & retinet causam principalem coram se condẽnãdo appellatum in expensis factis per appellantem in prosecutione causæ appellationis huiusmodi. aut pronuntiat male & indebite fuisse appellatum & bene processum & causam principalem remittit iudici a quo fuit appellatum condemnãdo appellantem in expensis factis per appellatum & has taxat & compellit eum ad eas soluendum. Et ita uidi ad unguem seruari in palatio apostolico.

Secundo in curiis inferioribus.

IN aliis autem curiis inferioribus. s. metropolitanis &c. Introducta appellatione per appellantem uel eius procuratorem coram iudice appellationis. Si appellatio contineat causas grauaminis. i. causas tales quæ si uere essent deberent legitime reputari. & talis appellatio recipitur. & tũc conceditur citatio appellanti contra appellatum cum narratione contentorum in appellatione cum intimatione ꝙ si non compareat nihilominus procedetur in ea iuxta priuilegium causarum appellationum. & sic iudex a quo potest procedere usque ad inhibitionem & ante obseruationem dictorum trium terminorum iudex ad quem nõ potest inhiberi nisi iudex ad quem alias esset ordinarius ipsarum partiũ & posset adiri per simplicem quærelam sicut est si appelletur a decano præposito uel Archidiacono ad episcopum uel ad Papã uel eius delegatum, quia tunc talem clausulam iudex potest licite apponere. quia non est metropolitanus qui non potest adiri per subditos suffraganeorum nisi per remedium appellationis. c. Romana. de for. compe. & c. Romana. de appel. lib. vj. quorum iurisdictionem non habet turbare uel absoluere nisi inquantum de iure & consuetudine legitima & præscripta sibi permittitur. ut c. supra allegato. attamen posito ꝙ non fuerit iudex a quo inhibitus est procedere & processit. ac appellatio postmodum pronuntietur legitima totum id quod fecerit post appellationem sibi intimatam reuocabitur per iudicem ad quem. Secus si non fuerit appellatio legitima c. non solum. in fin. de appella. in. vj. nisi fuisset inhibitum ut dictum est quia tunc uenisset per modum attemptati reuocandum. Et in tali termino præfixo ipsi appellato ipse potest dicere cõtra appellationem ea quæ sibi competunt de iure scilicet ꝙ non fuit appellatum infra. x. dies a tempore ordinat uel sententiæ late uel ꝙ non fuit appellatum per principalem uel ille qui appellauit cessabat esse legitimus procurator eius uel quia nondum constitutus nec tunc erat uel fuerat reuocatus expresse uel tacite iuxta. c. si quam de procu. lib. vj. uel quia inhibitus fuit appellare & similia. uel quia appellans acquieuit sententiæ uel eam acceptauit uel eidem tacite uel expresse renuntiauit puta comparendo post appellationem coram iudice a quo uel quia non petiit apostolos uel si petiit non comparuit uel quia non in scriptis ab interlocutoria uel etiam a diffinitiua quando interponitur ex interuallo uel quia appellatio interposita est ante grauamen illatum uel quia non continet grauamen. Hæc & similia possunt allegari contra appellationem quæ nota. per Ioan. An. in. c. j. de appella. in sexto. in nouella super uerbo reputabitur non appellans. Et concludendo dicit ꝙ non debet admitti talis appellatio per iudicem ad quem sed refutari per eundem & cum ipsa principali remitti iudici a quo & appellans in expensis condemnari.

Et si iudex ad quem recusaret dare terminum appellato uel audire eũ super istas cãs grauaret eum & posset appellari ab eo ad suũ superiorem. puta ad metropolitanũ uel ad Papã. quia faceret contra iura & tolleretur beneficium iuris appellato cõtra re-

gulam indultum.de reg.iur.in.vi. Illo autem termino seruato si appellatus nihil excipiat contra talem appellationem iudex ad quem eam admittit & recipit ac retinet tanquam emissam ex causa uel causis probabilibus licitis iuridicis & legitimis & cõcedit appellanti inhibitionem contra iudicem a quo generalem in tota causa. & tunc licite potest cõcedere & claudit seu ligat manus iurisdictionis iudicis a quo donec fuerit pronunciatum super articulo dictę appellatione.& tũc admittitur appellans ad probãdũ ueritatẽ suorũ grauaminũ in sua appellatione expressorũ.Sed sufficit sibi ꝙ licet sint in appellatione expressa quod unũ ꝓbet.c.exhibita.de iudi.c.significauit.de ap. ubi tex. ꝙ ab interlocutoria uel grauamine appellatio interiecta non potest iustificari nisi per processum iudicis a quo.& habet tres terminos seu dilationes ad habẽdum processum & faciendum fidem de grauaminibus. Et præmissis factis iudex ipse ad quem pronũciabit sup articulo dictę appellationis uno de duobus modis.uel primo pro appellato .s.fuisse male appellatum per appellantem ipsam totam causam remittendo iudici a quo condemnando ipsum appellantem in expensis per appellatum in ipsa causa legitime factis.taxationem ipsarum sibi & curiæ suæ reseruando.quas postea taxabit declaratas per appellatum. & appellantem compellet per remedia iuris ad ipsas appellato soluendum. Vel pronunciabit pro appellante.s.bene & legitime fuisse appellatum per appellantem & male processum seu ordinatum per iudicem a quo causam principalem penes se & curiam suam retinendo.&appellatũ in expensis in huiusmodi causa appellationis per appellantem factis condemnando.ut supra proxime. Et tunc procedit in causa seu negocio principali;& eam recipiet in statu in quo remansit coram iudice a quo fuerat appellatum. ut.c.significauit.de testi. & eam continuabit usque ad sententiam inclusiue. & facit omnia illa quæ iudex a quo erat facturus si non grauasset.quia iudex ad quem in eius locum succedit culpa iudicis primi a quo qui grauau t.c.dilectę.de except. Et hæc sufficiant pro nunc quando appellatur ab interlocutoria uel grauamine in iudicio.

De appellatione extraiudiciali a grauamine.

INterdum autem appellatur extra iudicium ab aliquo etiam grauamine.c.cum sit Romana.extra de ap.& in tali appellatione coram iudice ad quem introducta uocato.i.citato contra quem fuit appellatũ.& procedatur sicut in aliis causis in quibus non fuerat appellatum ordine iudiciario seruato sicut supra fuit deductum seriatim.saluo ꝙ si post appellationem factam & parti grauanti intimatam in quo processisset seu appellantem grauasset illud postmodum totum attemptatum reuocabitur ac reparabitur & ad pristinum statum reducetur.c.bone supra alle. ut si post appellationem expoliasset appellantem in sua possessione reducitur & restituitur per omnia iura communia.

Et iterum ab ordinatione iudicis ad quẽ appelletur.quod fieri potest in tali secunda instantia procedetur & in tertia sicut supra dictum est & deductum in secunda instantia nil addito nilq; remoto. & sufficiant quando appellatur a grauamine extraiudiciali.

De appellatione a diffinitiua sententia.

SI uero appellatum fuerit a diffinitiua sententia introducta ipsa appellatione coram ipso iudice ad quem & citato ipso appellato ad procedendum in causa appellationis statim appellatio in primo termino admittitur per iudicem ad quem & inhibitio contra iudicem a quo conceditur,qui sibi manus claudit omnino donec sententia sua fuerit confirmata. & pro debita executione fienda sibi remittitur uel donec sua sententia fuerit cõfirmata. quia tũc sibi amplius non remittitur per iudicem ad quem omnino retinetur. Et tunc in illa causa.s.in secunda instantia est procedendum & procedi debet sicut supra fuit & est clare deductum in prima instantia. Et si iterato a sententia iudicis ad quem appellatur quod fieri potest in tertia instantia interdũ procedetur sicut factum fuit in prima sicut prius. Sed quia in causa appellationis remisse a diffinitiua non allegata allegabo non data dabo. & non producta producã.

& non

& non probata probato.c. fraternitatis. de testi.l.per hanc.C.de tempo.appel.

Et si confirmetur talis sententia diffinitiua primo data tunc remittitur iudici a quo pro debita executione fienda eam tamen potest facere de expēsis coram eo factis debita taxatione per eum facta præcedente. Et sic est finis totius litis & ordinis iudiciarii causarum spiritualium & temporalium.

Sequitur epilogatio omnium terminorum dilationis ordinis iudiciarii.

DIctus autem ordo iudiciarius & practica cōmunis supra seriatim deductis ut melius retineā potest sic epilogari & abbreuiari. Nam in iudiciario ordine spiritualium & secularium causarum multi sunt termini.

Prima citatio idem est quod adornamentum hoc est rei ad iudicium uocatio.

Item uerbalis petitio actoris seu libelli in scriptis oblatio.

Item contra libellum porrectum ipsius rei exceptio seu impugnatio.

Item si non obstent per reum excepta ꝙ respondeat libello iudicis ordinario.

Item ipsius rei libelli responsio per quam fit litis contestatio.

Item iuramenti calumnie per utramq; partem præstatio.

Item positionum & articulorum per actorem contra reum datio.

Item affirmatiua uel negatiua dictis positionibus & articulis simplex rei respōsio.

Item eisdem positionibus & articulis cum iuramento per actorem facta assertio siue datio.

Itē positionibus & articulis negatis ipsius actoris per iudicem admissio.

Item testium per actorem nominatorum facta productio.

Item ipsorum testium productorum & iuratorum super principali & interrogatoriorum datis per reum si ea dare uoluerit siue dederit debita examinatio & interrogatio.

Item defensionem rei ad actoris intentionem elidendam datio.

Item testium rei productio receptio & admissio.

Item ipsorum testiū hincinde publicatio.

Item cōtra personam & dicta testium hinc inde data obiectio.

Item contra obiecta data contra testes rei obiectio & ipsorum testium saluatio.

Item instrumentorum & aliarum scripturarum hincinde productio.

Item contra huiusmodi producta contradictio & contra solutionem impugnatio.

Item renunciatio conclusio & deinde sententiæ diffinitiue pronuntiatio & finis impositio.

Et interdum a sententia appellatio alias expensarum taxatio & omnium iudicatorum finalis executio.

De abbreuiando processum.

VErum stilus supradictus qui communiter obseruatur & obseruari solet est longus & ex malitia litigātium aliquando plus prolongatur & ideo est aduertēdū ꝙ si reus ante litis cōtestatione cōfitetur petitionē actoris illico daretur sibi.s.reo præceptum ꝙ solueret illud quod fuisset confessus gratis & sponte ac pure actori infra.viij.uel.x.dies uel alias secūdū stilum curie & secundum quantitatem cōfessati.nā in magnis summis datur magna dilatio & in paruus modica.& de isto præcepto iudicis habetur in.c.dudum.ij.de electi.per Inn. & in.l.si debitori.ff.de iudi.in prin.Si autem nolit confiteri sic simpliciter ante litis contesttionem. possent sufficere tres uel quatuor actus.s.petitio uidelicet actoris.& responsio.s.rei. quæ si fuerit affirmatiua statim posset sequi condemnatio. quia in confessum nulle sunt partes iudicis nisi in condemnando. & tunc sententia est notoria. Si uero fuerit negatiua & illico probaretur posset dari sententia diffinitiua. & ualet processus secundum.l.prolatam.C. de sen.& inter.iudi.

Nunc sequuntur termini palatii apostolici Cu.Ro.substantiales cōsueti seruari in omnibus causis spiritualibus & ciuilibus q omnes sunt peremptorii.s.si pars non compareat semel citata ꝓcedetur semp in eius cōtumaciā ac si præsens eēt.quia si omnitteretur aliqs uel unus eorūdē terminorū ꝓcessus iudicaretur nullus.& ēt snīa diffiniti ua sup tali ꝓcessu defectuoso ferretur.& ita ad unguem seruatur in dicta Ro.cu.ꝙ ex processu nullo sequitur sententia nulla.

Ad dicendum contra commissionem citationem & eius executionem.

PRimus terminus quod pars rea citetur ad instantiam partis actoris de mandato iudicis per cursorē. in curia cursor portat uirgam argenteam uel baculum. uel per rectorem seu curatum uel notarium aut nūcium iuratum in partibus citatur ad dicendum contra commissionem actoris in quo reo comparito si uelit copiam citationis & executionis obtinebit diem ad dicēdum contra commissionem citationem & executionem ad primam diem iuridicam. in qua dat uerbo uel in scriptis illa quae uult contra commissionem & uel contra iudicem. uidelicet contra commissionem huiusmodi dicendo allegando quod est impetrata & obtenta tacita ueritate & expressa falsitate illa specificando. & si sint pertinentia admittitur ad probandum. quibus probatis interdum pronunciatur commissionem ualere. & sic liberabitur reus. uel contra iudicem. ut quia est de parētela uel familia seu affinitate partis impetrantis. uel quia dedit consilium in causa ipsa. uel quia inimicus capitalis. & similia. de quibus in. c. legitima de appell. in. vj. ubi Ioann. And. enumerat xviij. suspiciones ex quibus iudex potest recusari. & si una ex illis probetur pronunciabitur super non ualore commissionis. & sic liberabitur reus. Si autem nihil dicatur contra commissionem uel illud quod obiicitur contra eam non probatur. tunc iudex procedet ulterius in principali & omnes termini assignantur. ut supra dictum est.

Ad libellandum. iurandum de calumnia. articulandum. & dicendum contra articulos.

ET primo citatur reus ad dandum & recipiendum dariq; & recipi uidendum libellum &c. in quo termino cōparens actor per se uel procuratorem in causis spiritualibus uel beneficialibus dat libellum uerbo saluo iure dandi facto loco & tēpore oportunis. Et reus dicit idem si comparet & nihil datur in scriptis tunc regulariter. deinde obtinetur ibidem a iudice citatio contra reum ad iurandum de calumnia cū capitulis suis ad hoc per iudicem admissis. deinde fit citatio ad ponendum & articulādum in causis spiritualibus olim ad. xx. diē hodie ad. xij. in ciuilibus uero olim ad. xxx. hodie ad xv. & in termino assignato dātur positiones & articuli in scriptis. uel si pars non sit parata tenet illum terminum uerbo saluo iure dando facto suis loco & tempore oportunis. & idem facit reus. deinde citetur reus ad dicendum contra positiones & articulos ad. viij. in prophanis. & ad secundam in beneficialibus & in termino praefixo actor accusat contumaciam rei nihil dicentis contra positiones & articulos suos interdum reus dat ibi impugnationes de impertinentia contra articulos actoris ex quibus narrat & concludit ipsos esse impertinentes & inefficaces ac non releuantes partem actricem nec praeiudicant parti ree & sic non fore admittendos.

Ad producendum omnia.

COnsequenter fit citatio ad producendum omnia & in termino praefixo comparens actor producit bullas & alia documenta in scriptis si habet ea parata. alioquin producit ea uerbo saluo iure producendi facto & in scriptis suis loco & tempore oportunis & idem faciet reus.

Ad dicendum contra producta.

DEinde citatur reus ad dicendum cōtra producta ad. viij. in prophanis in beneficialibus ad. ij. ut supra in termino accusatur per actorem contumacia rei nihil dicentis contra producta & infra terminum interdum reus dat impugnationes uerbo & in scriptis contra iura partis actricis. s. de falsitate uel rasura in loco suspecto uel antidata & similia uel contra notarium qui ipsa documenta recepit & signauit. uel differentie loci uel date puta anni mēsis diei seu pontificatus & similia uel de contrarietate iuxta. c. imputari. de fi. instru. uel dat de falsitate uolens probare quod allegata in eis erant illa die de qua dicuntur recepta in aliquo diuerso loco iuxta. c. ex tenore. de test. & l. optimam. C. de contrahē. & cōmit. sti. & c. item uerborum. insunt. de in inte. resti. & similia.

Ad uidendum admitti articulos.

DEinde citatur reus ad uidendum admitti articulos ad probãdum in cu.& extra ut supra in termino p̃fixo actor comparens petit & requirit se admitti & recipi ad probandum in cu. & extra per testes & etiam documenta suos articulos tanq̃ pertinentes.ut si sint admissibiles.s.bene narrantes & pertinenter concludentes maxime si reus nihil obiiciat admittitur primo in curia & tunc citantur testes .s.quos reperit in curia si sciant factum suũ uel partem & citatur pars aduersa ad uidẽdum eos iurare & si producuntur ipsi testes qui uenientes in iudicio recipiuntur& iurãt dicere ueritatẽ quã sciuerint super tota cã.

Admissio articulorum extra curiam.

ET si actor non haberet testes in curia per quos posset bene probare intentum suum admittitur ad probandũ extra curiã & in partibus parte rea ad hoc uocata & ipsi conueniunt de iudice in partibus cui committitur receptio & examinatio testium & assignatur actori terminus cõgruus puta duorum uel trium mensium secundum locorum distantiam & temporis ac causæ qualitatem & reo ad uidendum testes iurare in partibus in uim commissorie alias remissorie quæ clauditur & sigillatur & includuntur articuli actoris & interrogatoria rei si ea dederit impugnationes uel obiectiones rei cõtra testes si ipsas dederit sub bulla uel sigillo auditoris bene specificata de tempore & loco & aliis circunstantiis.iuxta.c.præsentium.de testi.lib.vj.

De testibus affuturis & senibus.

VErũ quia actor quandoq; habet testes in curia qui uolunt se absentare extra curiã p quos intendit probare aliquid,datis aliquibus articulis super quibus posśint audiri &examinari facit eos citari & arrestari ut non recedant donec deposuerint in illa causa & facit etiam illos citari perhibituros testimonia ueritatis tanq̃ affuturos.i.absentaturos & idem esset de senibus uel ualitudinariis de quorum morte uerisimiliter timeretur & ad hoc admittitur iuxta.c.quoniam frequenter.ut lite non cõtest.ne copia p̃bationũ pereat ut ibi &c. posito q̃ lis contestata non fuerit & q̃ articuli nondum admissi fuerint.& talium testium depositio interdum facit admitti tales articulos qui alias non admitterentur in materia criminali maxime uel odiosa sæpe uidi in facto.& interdum per tales testes af futuros probat actor plene quod intẽdit. & tunc nõ oportet mittere extra curiam. & est maxima abbreuiatio causæ releuamen partis.& idem facere potest reus ad probandũ suas defensiones uel obiectus.cum actor & reus ad imparia non debeant iudicari. nec debeat claudicare iudiciũ.c.j. &.ij.de mu. peti.& in regula.non licet.de reg.iuris.li.vj.

De iuramento testis affuturi.

ET testis modo præstat duo iuramenta.primo q̃ est recessurus a curia infra.xv.dies uel.viij.quo præstito recipiatur tanq̃ testis affuturus.& tunc etiam iurat dicere & deponere ueritatem quam sciuerit in causa ipsa in qua producitur. ad hoc c.qualiter.de accu. Et debet examinari de causa scientiæ & tempore & loco & aliis circunstantiis.c.causam.de testi. Post præmissa citatur reus ad uidendum publicari dicta testium, & tunc publicantur in termino per iudicem, & reus petita copia attestationum petat se admitti ad probandum.alias non.ad hoc.c.præsentium.de test.li.vj.& si non uult obiicere procedetur ut infra.

De conclusione & sententia ferenda.

VIdelicet q̃ citatur ad concludendum & concludi uidendum in cã &c.& tunc cõcluditur. & ibidem sententia fertur parte ad hoc citata ad uidendum eam ferri.alias non ualeret.c.consuit.de off.dele.cum ibi not.

De appellatione.

DEmum si pars condemnata appellet uiua uoce. quod sufficit si est diffinitiua uel in scriptis si ab interlocutoria.c.i.de appel.li.vj.& petit apostolos & dantur sibi cõiter reuerentiales & dimissorii a diffinitiua. ab interlocutoria refutatorii, interlocutoria in ordinatione

quæ fit ante diff.nitiuã.& tunc quando appellatur ab interlocutoria iudex semper ꝑcedit donec fuerit sibi inhibitum per eum c.in causa.uel articulus appellationis committitur si non potest talis iudex inhibere donec fuerint seruati tres termini corã eo. Primus ad dicendum contra conclusionẽ. secundus contra appellationem. tertius ad impugnandum & iustificandum appellationem.s.contra nomina in ea expressa. Et tento illo termino iudex talis mandat inhiberi iudici a quo fuit appellatum ne ultra procedat.quod si faceret pars appellans faceret hoc reuocari tanquam attemptatum & innouatum contra appellationem uelo eleuato.dum tamen hoc esset probatum.c. non solum.de appel.li.vj. Et hoc est uerũ ꝙ nõ potest inhibere talis iudex appellationis nisi tentis tribus terminis.nisi esset appellatũ ab auditore camere aut iudice in partibus.quia in primo termino sublata sua iurisdictione iudex talis ad quem posset inhibere.quia talis censetur superior cui inferior debet deferre.c.cum inferior. de ma.& obe.cum si.secus inter auditores palatii uel inter cardinales uel inter auditores. & cardinales qui non possunt unus alteri nisi ꝑ tres terminos prædictos. quia censerentur pares.quia descendunt & recipiunt iurisdictionem & potestatem suam ab eodem fonte.s.a Papa uel eius uicecancellario.modo par in parem imperium non habet.c.innotuit.de elect.

De diligentia appellationis a diffinitiua.

DEinde quando appellatur a diffinitiua sententia & iudex defert appellationi quod semper tenetur facere.quia in secunda & tertia instantia pars appellans potest non dicta dicere & nõ producta producere & non probata probare.l. per hanc.C.de tempo.app.c. fraternitatis. de testi.designat terminum parti appellanti ad prosequendum & introducendum appellationem.quod si pars appellans non faceret renunciaret appellationi.& deinde talis appellatio pronunciaretur nulla.ut.c.deserta.c.cum sit Romana.&.c.personas. de appel.in co.ti.& infra dictum terminum debet dictus appellans impetrare iudicem super sua appellatione si posit obtineri. alioquin facere protestationem in scriptis de sua diligentia & qualiter non stat per eum. & tũc releuatur a desertione appellatio sua per regulam non imputatur. de reg.iur.in vj.& interdum non potest adiri Papa uel uicecancellarius.uel sunt taliter impediri ꝙ non signant commissiones propter festa solemnia infirmitates uel alia impedimenta quæ interdũ occurrunt in curia Romana.

De commissione causæ appellationis & desertionis eiusdem.

ET quando obtinuit commissionem infra tempus sibi præfixum debet eã facere præsentari cõmissario seu iudici cui causa suæ appellationis commissa est & facere citari partem ad dicendum cõtra commissionem & demum prosequi & tali tempore incipere iuxta stilum palatii ꝙ causa appellationis huiusmodi poterit esse finita infra annum uel si habent aliquod impedimentum in primo fatali.s. in primo anno uel propter iudicem uel propter partem aduersam uel propter guerram infirmitatẽ inopiam &c.habebit ipso iure secundum fatale.i.secundum annum infra quem prosequi poterit suam appellationem uel in eadem procedere & restituere ad tantum tẽpus de tertio anno per quãtum tempus fuit impeditus in secundo anno uel fatali.uel intelligitur uel practicatur.c.cum sit Romana.ac.c.sæpe.de app.per Inn. & alios.Et si infra ipsa dicta tẽpora talis appellãs nõ fuerit prosecutus suam appellationem efficietur & pronunciabitur appellatio deserta.c. ut sine appellatione.de appel.nisi staret per ipsum uel per iudicem.quia non potest cogi per inferiorẽ ad hoc.c. si electio in glo.fi. de elect.li.vj.

De sequestro ac re iudicata & executione eiusdem.

VErum lata prima sententia in causa beneficiali a qua est appellatum infra tempus iuris cõceditur & impetratur commissio ut beneficium ponatur in sequestro.s.in tertia manu in qua stabit usq; ad finem litis & causæ iuxta cle.ad cõpescendum.de sequest.poss.& fruct. dum tamen ipse reus non possederit longo termino ante citationem pacifice.& hoc est uerũ siue in petitorio siue in possessorio sententia

fuerit promulgata in Ro.cu.nõ autem habet locum quando extra cu. Ro. sententia fertur ut ibi. Et ubi a sententia lata non fuerit appelatum ipsa in rem transiuit iudicatam & manet rata & firma & facit ius inter partes.c.cum inter uos.in fi.de sen. & re iudi.& ideo conceditur commissio super ipsius sententiæ executione per quam mandatur uictorem causæ miti in possessionem beneficii uel alterius rei adiudicate &reus moneri ut soluat expẽsas de quibus est cõdemnatus qui post.x.dies a tempore late sententiæ in curia taxantur parte ad hoc citata si est in curia uel eius ꝓcuratore qui causam duxit uel per audientiam contradictarum ubi non comparuit in causa. Etiam monetur pro fructibus quos recepit in tali beneficio a tempore litis mote.s.a tempore citationis contra eum execute.quia tunc censetur lis mota cle.ut lite pen.& ubi fuit spoliator uel uiolentus intrusus condemnetur in fructibus qui percipi potuerunt.c.grauis. de resti.spo.& hæc omnia ponuntur in litteris.

De non appellando a tertia sententia.

VBi autem est appellatum a prima sententia cõcesso sequestro ut est dictum proceditur in secunda instautia & seruantur termini sicut in prima instantia fuerunt seruati & etiam in tertia instantia. si in secunda fuerit appellatum ꝑut dictum est in tertia instantia non potest appellari amplius .c. sua nobis de appell. Et si de facto appellaretur non admitteretur.alias appellanti solent dari apostoli gregoriani.s.appellãtem intrudi in carcerem. quia sic ordinauit Papa gregorius ad compescendum malitias litigantium ut finis ipsis litigãtibus imponi possit.iuxta.c. finem litibus.de dolo & contu. facit cle.j. de re iudi.quæ dicit ꝙ qui tres sententias reportauit contra se non admittitur ad agendum de nullitate ipsarum. Ex quibus apparet ꝙ in una causa possunt esse tres sententiæ diffinitiue uel interlocutorie super diuersis articulis alias non quia non debent esse duæ appellationes ab eadem sententia diffinitiua uel interlocutoria.c. differentia. & c.sua.de appell.

De differentia Auditorũ rotæ & Cameræ.

ITem est aduertendum ꝙ Auditores palatii censentur delegati & ordinarii. q̃a nullam causam possunt audire nisi per Papam uel uicecancellarium eis committatur cle.auditor de ref.in glo.fi. Sed auditor cameræ qui est iudex super laicos & seculares curtisanos ipsam Cu. Ro. sequẽtes non censetur ordinarius.quia sine commissione speciali causas audit & recipit tam ciuiles quam criminales.

De compulsoriis.

ITem est sciendum ꝙ quando pars non habet iura sua in promptu in curia impetrat in principio causæ compulsoriã iudicis cui est causa commissa.i. monitionem contra notariũ qui habet processum in partibus quo uelit se iuuare & uti pars agẽs uel rea uel contra aliquas personas quæ habent aliquas scripturas ad causam faciẽtes & si sint originalia quæ non debent produci ad curiam Papæ propter pericula uiarũ uel alia ut quia sunt iura quæ non debent manere in Archiuo ecclesiæ uel uillæ aut sunt statuta priuilegia uel exẽptiones & similia & tunc debet pars aduersa citari uel uocari ad uidẽdum extrahi similia iura de originalibus uel corrigi uel collationari cũ eis alias talia iura & processus extractus & extracta ab eis non facerent fidem.c.j.&.ij. de fide instr.l.exemplo.de proba.

De littera uidimus.

ITem notandum est ꝙ littera uidimus extracta de originalibus etiã coram iudice ordinario parte non uocata non facit fidem etiam si esset extracta signata & collationata per plures notarios. auten.si quis in aliquo documento. C.de fide instr. & ita seruatur. Et sic est finis litis & causæ in cu. Ro.uentilate.

Nunc sequitur obseruatio terminorum secundum stilum Ro.cu.ac forma libellãdi & articulandi.

Et primo epilogatio in breui terminorũ palatii apostolici seu coram dominis commissariis in dicta Ro.curia datis.

Primo terminus uidelicet ꝙ impetrata commissione per actorem citatur reus ad dicendum contra commissionem ad.i.diem iuridicam deinde impetrata iurisdictione

ad dicendum contra commissionem ad.i. diem iuridicā deinde impetrata iurisdictione iudicis citetur ad libellandū reus hoc est ad dandum & recipiendum dari & recipi uidendum libellum siue summariam petitionem in huiusmodi causa ad.viij.diem in causis prophanis. in beneficialibus ad primam diem.

Deinde ad iurandum & iurari uidendū de calumnia uitanda & ueritate dicenda cū omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumnie iuramento contentis ad.i.diem olim ad.viij.

Item ad ponendum & articulandum in beneficialibus ad.xij.in prophanis ad.xv. deinde ad dicendum contra positiones & articulos ad.ii.in beneficialibus.in prophanis.ad.viii.in.i.instantia.

Item ad producendum omnia & ad dicendum contra producta ad.ii.in beneficialibus.in prophanis.ad.viij.

Item ad uidēdum admitti articulos uel dicendum causam quare admitti non debeant ad placitum citantis hoc est ad primam uel ad statim iudice sedente pro tribunali uel per totam audientiam.

Item ad declarandum in beneficialibus ad primam.in prophanis ad octauam.

Ad publicandum dicta & depositiones testium ad placitum & ipsis præsentatis assignatur terminus parti contra quam sunt producti huiusmodi testes ad obiiciendum communiter ad octo dies a die concesse uel habite copie arbitrio auditorum.

Item ad concludendum uel dicendum quare concludi non debeat ad placitum.

Item ad audiendum sententiam ad placitum.& interdum assignatur terminus simul ad concludendum & audiendum sententiam.

Itē si appellatur in causa beneficiali impetratur sequestrum.si uero non appellatur in quacunque causa impetratur executio. Olim uero seruabatur terminus ad articulandum in prophanis ad.xxx. in beneficialibus ad.xx.& alii regulariter ad.viij. Sed hodie abbreuiati sunt.ut supra proxime ex ordinatione bo.me.domini cardinalis sancti Marci de mandato domini nostri Martini Papæ quinti.

De modo procedendi.

NVnc sequitur ordo & modus procedendi in dicta Romana curia. Et primo pro euidentia dicendorum est præsupponendum ꝙ de persona iudicis eius idoneitate & competētia est prius auisandum & quærendum. nam si non sit competens iudex ipsi reo uel sit suspectus debent hæc opponi & obiici in principio iudicii.c.causam.ii.de off.deleg.& ibi enumerantur causæ suspicionis quæ debent opponi contra iudicem per reum anteq̄ faciat aliquem actum alias tacite personam huiusmodi approbaret. nec postmodum. reprobare potest.c.inter monasterium. de re iudi.ubi gl.super uerbo subeundo iudiciū.& ibi late per Io.an.iiii.q.iii.§. siquis testibus cum si. nisi ex causa noua seu nouiter superueniente seu nouiter ad notitiam deducta.c.insinuante.de off.dele. quia tunc posset reprobari uel recusari etiam post litis contestationem.

De commissione impetranda.

PRimo stilus palatii apostolici & curiæ Romanæ qui seruatur tā in audientia sacri palatii apostolici q̄ coram dominis Cardinalibus & aliis Prælatis seu ualētibus uiris quibus interdum causæ per Papam uiue uocis oraculo. interdum cum litteris siue commissionibus eius manu signatis committuntur uel per dictū Vicecancellarium cuius est officium principale causas diuidere & committere in curia Romana uentilandas. qui supplicationes sibi porrectas in papiro pro iudice obtinendo signat in fine de eius manu taliter. De mandato domini nostri papæ audiat.n.& iustitiam faciat.aliquando addit citet ut petitur.uel etiā inhibeat.uel exequatur ut petitur.etiam cum brachii secularis inuocatione.uel aliter secundum ꝙ requirunt negocia. Deinde talis commissio mittitur uel traditur magistro cursorum qui eam tradit alicui alteri cursori inter ipsos diuidendo.uel ipsemet eam præsentat domino cui committitur ad partis impetrantis instātiā. Et ab ipso auditore impetratur citatio contra partem ream nominatam in commissione ad primam diem iuridicā si pars rea est præsens in curia.qua executa & facta relatione per cursorem die assignata agens accusat contumaciam partis reæ citate nihil

dicentis cõtra commissionem & petit eam poni in contumaciam & defectum, & hoc conceditur sibi per iudicem talem nisi comparear reus citatus posito ꝙ præsens sit in curia, & ita seruatur communiter. quandoq; citatio decernitur extra curiam & ad partes quando est reportata & executa in die assignata in ea. & tunc producitur ipsa citatio cum executione de partibus reportata & accusatur cõtumacia partis citate nõ comparẽtis. & petit sibi decerni processum per audientiam contradictarum. ut infra.

De processu per audientiam cõtradictarũ.

Deinde si nõ comparet reus per se uel per procuratorem conceditur contra eum citatio siue processus per audientiam contradictarum. & seruantur termini ad longũ in scriptis. & tandem productis iuribus partis agentis si cõstet & liqueat de iure ipsius in causis benefitialibus & spiritualibus in quibus non contestatur lis. cl. dispẽdiosam. de iud. & Cle. sæpe. de uer. sign. si omnes termini spetiales fuerunt bene seruati datur sententia pro actore contra reum & si non appelletur ab ea per reum condemnatũ uel eius procuratorem habentem spetiale mandatum ad appellandum infra decem dies qui currunt de momento ad momentum a tempore late sentẽtie. c. quo ad consultationem. de re iudi. c. concertationi. de appell. li. vj. & talis sentẽtia post lapsum. x. dierum transit in rem iudicatam. & conceditur per dictum Vicecãcellarium executio fienda contra reum cõdemnatũ & cõiter committitur eidem Auditori qui eã tulit sentẽtiã quia est informatus de meritis causæ. Sed modo nouiter est introductũ ꝙ expediatur executio sub sigillo auditoris uigore cõmissionis desuper obtente nã olim expediebatur executio siue litere executoriales sub plũbo. Si citatus sit præsens in Ro. Cu. & non cõstituiuerit procuratorẽ qui assumpsit onus causæ & comparuit corã iudice uel executore & fecit protestationem ꝙ nõ procedatur in causa nisi eo uocato tunc si alias non est constitutus procurator in quo termino dẽt citari reus alias non ualeret processus nisi recederet a curia lite inchoata & pendente & tunc facta informatione seu docto de eius recessu decernuntur & conceduntur citationes fiende in cã per audientiam contradictarum. Si uero constituerit procuratorem; qui onus assumpsit tunc fient citationes contra procuratorem usq; ad finem causæ.

Nũc sequitur modus procedẽdi in executione literarum apostolicarum. Et primo de citatione exequenda.

De executione citationis.

Nota ꝙ principales citandi in commissione descripti debent ꝑsonaliter in eorũ propriis ꝑsonis si eorũ ꝑsentia cõmode haberi põt citari. & si personaliter apprehendantur tunc hmõi citatio censetur bene & ꝑfecte executa & cã legitime ad Ro. Cu. deuoluta seu deducta. ꝙ si eorũ præsentia cõmode haberi non põt ex tunc in hospitiis habitationũ suarũ uel ubi forũ habere noscũtur dũmodo ad hmõi hospitia tutus sit accessus. & in ecclesia ubi beneficiũ situatũ est si agitur sup beneficio & si cã fuerit benefitialis. si uero tutus accessus nõ sit ad hospitia citandorũ & si cã ut ꝑmittitur fuerit beneficialis tũc sufficit ꝙ citetur in cathedrali ecclesia & in loco beneficii super quo agitur uel in aliis locis publicis ubi expediens fuerit. utputa in ecclesia parrochiali sub qua degunt & morantur uel illis locis quibus sæpius citandi cõuersari solẽt. & ibidẽ est copia ualuis ecclesiæ affigẽda.

De inhibitione exequenda.

Cum inhibitio fuerit impetrata pars impetrans hmõi inhibitionem uel aliquis alter nomine sui assumat sibi notariũ publicum unacum testibus & accedat ad illos quibus est inhibendum & ꝑsentet eis literas inhibitorias uel faciet eis per notarium publicum tenorem illarum perlegi de uerbo ad uerbum. & nihilominus copiam illarum eis tradat & assignet maxime si copiam istam petant. Et super præmissis requiratur notarius ut conficiat instrumentum publicum. hac igitur executione sic facta si contigerit per illos quibus est inhibitũ contra huiusmodi inhibitionem aliquid attemptari illud totum per dominum Auditorem ueniat reuocandum facta fide primitus per legitima documenta. s. per publicũ instrumentum de huiusmodi executione & aliis confectis per testes idoneos.

De remissione executione fienda in partibus.

APportata nāq; remissione ad partes nuncius siue portitor qui eandē remissionem a Ro.cu. portauit q̄ quandoque sub bulla quandoq; sub sigillo Auditoris de cōsensu partium fieri consueuit unacum articulis sub sigillo auditoris introclusis præsentet iudicibus in huiusmodi causa remissionis deputatis in præsentia tamē notarii & testium. Qui quidem iudices consueuerunt esse tres in numero uel duo ad minus tertio se excusante. & iidem executores seu iudices habent seruare hūc modum. Ipsa nāq; remissione per eos in partibus in præsentia notarii & testium reuerenter acceptata ut debent. tradant huiusmodi remissionem & articulos ipsi notario præsenti committendo eidem ut huiusmodi articulos & remissionem fideliter registret & alia quæ in huiusmodi causa occurrunt fideliter conscribenda diligenter colligat saluo salario suo competenti hoc itaq; facto iidem iudices ad instantiā prosequentis huiusmodi remissionem citari mandant partem aduersam ad dicendum contra iurisdictionem ipsorum iudicum & ad recognoscendum sigillum ipsi rotulo impensum. & ad uidendum rotulum huiusmodi aperiri uel ad dicendum causam quare præmissa fieri non debeant ad certum terminum competentem in quo termino si pars citata non compareat iudices in contumaciam ipsius partis & ad instantiā ipsius partis prosequētis habebunt huiusmodi sigillum rotuli pro recognito & huiusmodi rotulum aperiant seu habeant pro aperto. Quo facto iudices prædicti instante & petente parte prædicta remissionem prosequente citent uel citari mandent partem aduersam per literas uel nuncium sicut moris est ibidem iuratum. Si per literas necesse est ut super qualibet citationis executione fiat instrumentum executionis alias citatio non censetur executa. Si autem per nuncium requiritur notarius ut fiat relatio & hoc est super qualibet citatione censendum. in quo termino pars aduersa si non comparet illam ipsi iudices ad instantiam partis prosequentis reputabunt contumacem & in eius cōtumaciam & ad ipsius partis prosequentis instantiā ipsam partem aduersam citari mandant modo p̄misso ad uidendum nonnullos testes iurare. Nec non ad dandum interrogatoria & ad uidendum etiam ipsos testes ad iurandū admitti ad certos terminos competentes. huiusmodi si quidem terminis aduenientibus pars prosequens remissionem habebit suos testes ad producendum paratos & producat eosdem in præsentia partis aduersæ uel in contumaciam si non comparuerit. Qui testes coram iudicibus in manibus iudicū tactis corporaliter per eos scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurabunt dicere ueritatem. Et iudices si personaliter cōmode examinare non possent huiusmodi testes tunc committunt notario scribentis in huiusmodi causa & elapsis terminis ad dādū interrogatoria ipsi iudices siue notarius uigore commissionis sibi factæ ipsos testes examinet iuxta articulos & interrogatoria in huiusmodi rotulo descripta. Et nota q̄ huiusmodi examen testiū debet infra duos menses fieri post præsentationem cedule rotuli siue bulle immediate sequētis uel alias infra terminum ab auditore statutum alias ipsorum dicta non ualent.

De executione compulsorie.

EXecutio namq; compulsorie ad partes decrete debet fieri hoc modo uidelicet. In primis quidem pro parte impetrantis huiusmodi compulsoriam præsentetur alicui executori cui dirigatur in p̄sentia notarii & testium & requiratur ut ad executionem hmōi compulsorie sub excōmunicationis pœna & aliis in eadem contētis procedat contra detinentes seu in eorū potestate habentes nonnulla iura acta actitata litteras scripturas & priuilegia processus instrumenta ac alia munimenta &c. iuxta & secundum uim formam & tenorem huiusmodi compulsorie. Quiquidem executor in exequendo huiusmodi compulsoriam seruabit hunc modum uidelicet q̄ requirat tales & tales personas pro parte impetrantis compulsoriam nominandos detinentes & habentes aliqua iura seu munimenta ad causam ipsam q̄ agitur facientia q̄ illa sub excōmunicationis pœna in eadē compulsoria contenta infra .vj. dierum spatium post requisitionem & monitionē huiusmodi immediate sequentes omnia & singula

gula iura acta actitata seu munimenta ad causam huiusmodi facientia quæ penes se habent aut in notam receperunt aut eorum uera transumpta in formam publicam redacta nil addito uel diminuto quod facti substãtiam immutet aut uariet intellectum tradant principali impetranti compulsoriam uel eius legitimo procuratori. aut certo nuncio ad hoc deputato uel executori. Quiquidem executor huiusmodi acta &c. sub sigillo suo ad Ro. cu. transmittat introclusa. Si uero fuerint publica origin alia non expetit ut mittantur introclusa sub sigillo. Sed ut aliqua instrumenta debeant transsumi in partibus expedit ut pars citetur ad uidendum transsumi nisi forsan in curia per audientiam fuerit citata pars ipsa aut præfixus terminus ad uidendum huiusmodi instrumenta transsumi in partibus & in termino debet comparere pars impetrans cõpulsoriam aut aliquis alius nomine sui petens in præsentia partis aduersæ si præsens fuerit aut alias in contumaciam hmõi instrumẽta iura & munimenta transsumi & tunc executor mandabit ipsi notario ut huiusmodi instrumenta iura & munimenta fideliter trãsumat & de ipsis sic transumptis executor unacum notario transumente collationem debet facere diligentem & ea ad Ro. cu. transmittere sub sigillo introclusa significando auditori causæ sub sigillo suo cum subscriptione notarii publici quanta fides eisdẽ transumptis siue actis fuerit adhibenda.

Et nota ꝙ bonum est habere notabilem personam pro executore ut officialem alicuius episcopi aut aliquem alium in dignitate constitutum qui habeat autenticum sigillum. Et si non habeat sigillum sufficit ꝙ transmittantur huiusmodi acta instrumenta iura & munimenta cum subscriptione notarii hoc est per publicum instrumentum in quo acta instrumenta iura & munimenta huiusmodi inserantur & quanta fides fuerit eis adhibenda tunc per istud instrumentum ipsi auditori per executorem insinuetur. Itẽ si notarius esset mortuus uel absens oportet scripturas de prothocollo uel libris extrahi ad quod citetur aduersarius ad certum terminum ad uidendum extrahi scripturas & testes desuper citentur ad perhibendum testimonium ueritati de recognitione manus personæ & fidelitate ac legalitate notarii mortui uel absentis & ueritate reperta committit alteri notario extractionem iurium & munimentorum huiusmodi.

De executione litterarum executorialium & processuum super eisdem.

IN executione literarum executorialiũ & processuum super eisdem emanatorum est modus procedendi qui sequitur Nam facto pcessu super huiusmodi executione per executorem principalis pars prosequens huiusmodi executionem accedat cum notario & testibus ad aliquem executorem principalẽ in partibus si aliquis fuerit in partibus & petat si hmõi executor interesse uelit. Sinautem accedat ad unũ subexecutorem unacum processu & instrumẽto sententiæ seu instrumentis sententiarum hmõi executorialium emanatorum requirẽdo ipsum ut iuxta & secundũ processuum executorialium hmõi uim formam & tenorem procedat. Quiquidem executor seruabit hunc modum uidelicet ꝙ accedat illos qui fuerint pro parte prosequentis nominati & hmõi litteras executoriales & pcessus eisdem intimet perlegat seu plegi faciat requirendo eosdem sub pœnis sententiis & cẽsuris in eisdem processibus contentis ut ipsis litteris siue processibus executorialibus ac sententiæ siue sentẽtiis pareant plenarie realiter & cum effectu. & in ecclesia ubi est huiusmodi beneficium super quo agitur similiter debet fieri insinuatio literarũ executorialiũ & processuum hmõi ac instrumentorum sententiarum contra quoscunq; tam in genere q̃ in specie. & executor uel subexecutor debet partem principalem uel eius legitimum procuratorem inducere in possessionem beneficii si prius non fuit inductus & requirere omnes & singulos censuarios ac colonos & parrochianos ac alios subditos quatenus sibi de fructibus redditibus & prouentibus ipsius beneficii respondeant sine difficultate & contradictione quacunque. requirendo nihilominus quoscunq; occupatores beneficii, & alios impedientes quatenus infra sex dies post hmõi insinuationẽ immediate sequẽtes sub excommunicationis pœna in eisdem litteris executorialibus siue processibus contenta ipsum in ipsius beneficii possessionem pacifice libere & pacifice admittant & quod non impediant ipsum de cetero in fructibus redditibus & prouentibus. & quod de huiusmodi bene-

ficii fructibus de cetero se nullatenus intromittant & processibus ipsis plenarie pareāt realiter & cum effectu. & etiam moneat detentores ꝙ sibi respondeant de fructibus pceptis & expensis in quibus sunt cōdemnati infra terminum in dictis litteris executorialibus expressum iuxta uim formā & tenorem instrumenti executorialium siue pcessuum huiusmodi prædictorum ꝙ si huiusmodi terminis elapsis detentores seu occupatores beneficii seu alii impedientes dictum ius principalem ne gaudere possit beneficio suo & non paruerint executorialibus & processibus ꝙ ideo sunt excōmunicādi. & tūc ut tales excommunicati euitandi & denunciandi. & ꝙ si in huiusmodi excōmunicatione perdurauerint animo indurato debent per executorem uel subexecutorem aggrauari & reaggrauari & alias procedi contra eosdem iuxta formam & continentiam literarum executorialium prædictarum. & omnia supradicta debent fieri in præsentia notarii publici & testium ad hoc rogatorum.

Practica signaturæ iustitiæ.

SEquuntur formulæ rescriptorum signaturæ iustitiæ ex quibus tota eius signaturæ practica potest haberi. Quæ ad meas manus uenerunt hoc pacto. Cupiens enim formularium hoc quantum poteram auctum exornatumq; inuulgare: petii inter alios a D. Antonio Massa de Gallesio procuratore causarum ut mihi impartiretur si quid penes se ad hāc rem oportunum haberet. is uero libenti animo exposuit mihi complura eius monimenta: inter quæ cum hac rescriptorum formulas inuenerim. res uisa est admodū pretiosa ideoq; ad uerbum exscriptas hic inserui. distinctas (ut erāt in suo originali) in octo capita. quorum primum habet primas causarū in curia commissiones. Secundum, Aduocatorias de iudicibus ad iudices. Tertium, cumulatiuas diuersorū iudiciorum. Quartum, eas quæ spectant ad diuersos incidētes articulos. Quintum, sanatiuas diuersorum defectuum. Sub sexto capite sunt commissiones appellationum, & executoriales. Sub septimo, commissiones per quas quoquomodo causæ de nouo reparantur, & restitutionis in integrum & nullitatum, & absolutionum. Octauum habet commissiones dari consuetas in causis pensionum.

Et quo maiorē adhuc utilitatem tibi afferā humanissime lector, uolo etiā tibi exponere quomodo idem D. Antonius eas formulas in unum congessisse asserebat. ut eo exēplo excitatus, tu quoq; per te ipsum al. qd. tibi præpares, nec omnia tanquam per manus ab aliis tibi tradenda sedens ociosus expectes. Is enim aiebat se ab initio quo ad hanc practicam se dederat, perquisiuisse in multorum notariorum officiis, originales manu Cardinalis Alexandrini signatas cōmissiones, & ex illis, non sine magno ac diuturno labore ac tedio tot formulas exscripsisse. accepisse autem potissimum Cardinalis Alexandrini, propter eminentem illius uiri doctrinam, & in ea signatura, sine comparatione excellentiam. Tantum eas quæ attinent ad causas pēsionum, dicebat ex aliorum rescriptis accepisse ꝙ postea illi signaturæ præfuerunt, quoniam eiusmodi causæ tempore Alexandrini parum erant in usu.

Cap. primo de primis causarum commissionibus.

I.

Si petitur, ut committatur causa audienda, simpliciter summariæ &c. sola facti ueritate inspecta, cassantur illa uerba sola facti &c. & signatur Placet.

II.

Si petitur, ꝙ in causa unionis beneficii, ubi unio impugnatur, quia potest dubitari, an sit causa beneficialis, ꝙ procedatur, ut in causis mere beneficialibus, & summarie &c. signatur Placet.

III.

Si petitur rescindi, uel nullus declarari contractus fœneratitius, signatur Placet.

IIII.

Si petitur, in curia committi causam pphanam, ascendentem ualorem quingentorum ducatorum, signatur uidelicet quando esset de terris ecclesiæ. Placet.

V.

Si tertius ueniens ad causam, in qua iam est lata sententia, petit admitti pro suo interesse, non obstante. ꝙ ipse fuerit procurar pro obtinente sent entiam, & sequestrū,

attento quod tunc, non habebat claram scientiam iuris sui, prout iurare paratus est. Signatur Placet prout de iure.

VI.

Si orator dicat, sibi prouisum de beneficio, generaliter reseruato, quod uacauit in curia, & alter manu armata, & de facto, in illo se intrusit, & petat, causam Auditori cōmitti, intrusum, & alios complices moneri, sub censuris, & pœnis &c. ad relaxandam possessionem dicti beneficii &c. signatur Placet de commissione causæ, & de Monitorio in forma.

VII.

Si orator obtinuit committi causam in Rota, super beneficio dato alteri, ad nominationem Regis Hyspaniæ, & oratori fuit prouisum per S.D.N. cum suspēsione nominationis dicti Regis, ideo petat, cām iudicari in Rota, non obstante indulto cōcesso Regi Hyspaniæ, quod causæ huiusmodi beneficiorum, ad nominationem Regis collatorum, debeant in prima instantia, in partibus tractari. Signatur Placet.

VIII.

Si fuit concessum breue a summo Pontifice ex certa scientia, & motu proprio, per quod narret, beneficium uacasse in curia, & reseruatum, & per eum alteri prouisum, ideo Papa scribat, illum poni in possessionem, & alium, qui est in possessione, cogi ad dimittendam possessionem, sub pœnis, & censuris, de quibus in Monitorio, & orator, qui possidebat prius, dicat, causam pendere in Rota, & appellasse &c. & petat cōmitti cām appellationis, & nullitatis dicti Breuis, & etiam exequutoribus, quibus Breue dirigebatur inhiberi, sub censuris & pœna mille ducatorum &c. signatur Placet.

IX.

Si orator dicat, Aduersario, uirtute falsi Mandati, resignatum fuisse beneficium suum, & petat, se admitti ad probandum, contra literas dictæ prouisionis, in quibus Papa assentit, ipsum oratorem, dictam resignationem, per procuratorem suum fecisse, constito de falsitate Mandati, signatur Placet.

X.

Si orator compromisit super beneficio de iure, & de facto, & cum iuramento, & ante laudum latum, petat committi absolutionē a iuramento, ad effectum agendi, & inhibē di &c. signatur Placet.

XI.

Si petatur committi causam, super præceptoria ordinis Hyerosolimitani in Rota. Non obstantibus priuilegiis, stabilimentis, ordinis etiam concistorialiter factis, & quod reuocari non possint cum clausulis derogatoriis quibuscunque, ut ibi plenius habetur &c. signatur Placet.

XII.

Si orator petat, alicui Auditori, nominatim causam committi allegando consensum alterius partis. signatur Placet de consensu.

XIII.

Si orator petat, ut in causa etiam prophana, quæ est inter ecclesiasticas personas. procedatur summarie, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii, sicut in beneficialibus, signatur Placet.

XIIII.

Si orator, (qui erat episcopus in Germania,) dicat se excommunicasse præsbyterū sibi subiectum. quem suspenderat ab ordinibus, quia ab alio Episcopo erat ordinatus sine licentia, & ille appellauit ad Archiepiscopū Salseburgensem, cuius officialis reuocauit sententiam Episcopi, & illum in expensis condemnauit. & quia infra terminum sibi datum ab officiali ad docendum de prosequutione appellationis per eum interpositæ, non docuit in continenti, pronunciauit appellationem esse desertam, & dictum Episcopum, tanquam illi non paruerit, propter expensas excommunicatum declarauit, & Episcopus qui appellauit, petat causam de qua supra, committi Auditori Rotæ, cui erant multa alia. tangentia eius iurisdictionem commissa. Signatur Placet. Videtur tamen, quod tam parua causa, non debuisset, committi in Rota, ex prouincia adeo distante.

XV.

Si oratores canonici regulares pistoriensis diocesis, dicant se fuisse spoliatos certo prædio ualoris CCC. ducatorum, & ultra, & petāt committi causam spolii in Rota, signatur Placet.

XVI.

Si oratores, de quibus supra proxime, petant in causa spolii de qua supra, procedi summarie, sine strepitu, & figura iudicii sicut in beneficialibus. signatur Placet.



XVII.

Si orator præpositus petat cōmitti cōtra aliū Decanum diocesis lubicensis causam in Rota, super summa mille Florenorū, Renensium, debitorū sibi ex legitimis contractibus, & aliorum mille super iniuriis ad dictam summā per eum extimatis, attēto q in partibus nō sperat cōsequi posse iustitiā, prout iurare est paratus. Signatur Placet.

XVIII.

Si orator petat committi causam Auditori super Monasterio non concistoriali, in Rota, contra minorem intrusum, qui est in xii. uel. xiii. anno constitutus. cum potestate illum citandi ad comparendum legitime, aliàs ad uidendum sibi etiam absenti ad causam huiusmodi deputari curatorem, cū quo procedi poterit &c. signatur Placet.

XIX.

Si petitur committi Auditori causam super Monasterio. additur clausula quod cō cistoriale non est &. signatur. Placet.

XX.

Si orator dicat, sibi fuisse puisum de beneficio, & q quidā alius in dicto beneficio se intrusit, & occupauit, & intrusus ad huc occupatū detinet, a cuius intrusione, occupatione, & detentione, orator ad sedem apostolicam appellauit. Ideo petat cōmitti causam dictæ appellationis, nec nō intrusionis occupationis dicti beneficii, contra dictum intrusum, & alios intrusos, & intrudendos. signatur Placet.

XXI.

Si orator dicat, aliquem mortuum esse in curia, & sic beneficium reseruatum, & ei per eius mortem prouisum, de beneficio. in quo aliqui se intruserunt. Ideo petat cōmitti alicui in Rota. ut constito sibi summarie, & extraiudicialiter de dicta uacatione, reseruatione, & prouisione oratori facta, & intrusione &c. dictos intrusos ad relaxationem possessionis, cū fructibus perceptis &c. moneat, cogat, & compellat, & in euentum nō paritionis &c. excōmunicet, grauet, & reaggrauet &c. signatur Placet.

XXII.

Si monachi S. Pauli de Vrbe, oratores, petāt cōmitti cām in Rota sup molestationibus, & pturbationibus bonorū suorū contra aliquos, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & quauis iudicii indagine postposita, & aliàs iuxta formā priuilegiorū, a sede apostolica, dicto monasterio, circa iudicii ordinem concessorum. signatur Placet de commissione causæ, & q summarie.

XXIII.

Si orator Perusinus dicat, se spoliatū possessione, boni ualoris, & pp fauores reportasse sniam contra se, corā locūtenente illius puinciæ. a quo appellauit, & petat committi appellationē alicui plato in Ro. Cu. residēti. signatur Placet q cōmittatur in Rota.

XXIIII.

Si oratores, subditi Duci ferrariæ, iurisdictionis parmensis, uel regiensis, quorū unus est clericus, q fuerūt cōuenti sup bonis magni ualoris, circiter quindecim miliū ducatorū, corā officialibus Ducis Ferrariæ, a quibus, ad sedē apostolicā appellarunt petāt q cā cōmittatur in Rota. Attēto q sunt minores, unus clericus, cā maxima, aduersarius potens, amicissimus illorum officialiū, nec sperant, posse in statu Ferrariæ consequi iustitiam. Signatur. Placet.

XXV.

Si orator dicat, fratrem suū, fuisse spoliatū omnibus bonis mobilibus, existentibus in domo, & occisum a Guidone Guerra. cuius sui fratris ipse sit heres, & informatus de omnibus dictis bonis, qa ipse in domū fecit cōduci, & uelit agere sup spolio, contra hæredes minores dicti Guidonis guerre. & petat cōmitti in Rota cām spolii, & restitutionis dictorū bonorū alicui Auditori, cū potestate præfigēdi terminum dictis minoribus, infra quem curatorem unum, uel plures sufficientes, sibi deputari faciant, & per legitimū defensorem cōpareant, aut coram dicto Auditore ueniant ad uidendū, ad eandem cām sibi dari curatorem, & de eodem sibi puideri, & nisi infra terminum, alterū ex præmissis fecerint. ipsis etiā absentibus, & in eorū contumaciā, ex tūc idem auditor, curatorem idoneum, ad cām deputet, & deputari faciat. Et cū potestate, cōstito de præmissis, deprædationibus, & spoliationibus, ex probationibus tā factis, q̄ faciēdis &c. summarie, & sine figura iudicii, oratori iuramentū deferendi super quantitate, extimatione rerū deprædatarum, & ablatarum, et dicto iuramento plenam fidem adhibēdi, ac etiam ad restituendum cogendi &c. signatur.

Placet Aduerte, q ista signatura, uidetur aliquantulum dura circa iuramentum præ

ftandũ, quũ orator fit hæres fpoliati, & agatur contra hæredes fpoliatoris, in quo cafu non ita de facili iuramentũ defertur ut not. in. l. fi quando. C. unde ui, Nec in fignatura, nec in corpore fupplicationis, fuerunt ad dita uerba, ꝑut uiris fuerit, aut alia fimilia.

Cap. II. De Aduocatoriis.

I.

Si petitur caufa, q̃ eft mota in partibus, coram delegato, ut committatur in Rota. In corpore fupplicationis debet addi, q̃ inftructa non eft et fignatur Placet.

II.

Si petatur caufam committi in Rota, q̃ eft in partibus coram iudice fufpecto, nõ inftructa. Et fi euocatur ex Auinione, non obftantibus eorum amplisfimis priuilegiis. fignatur Placet.

III.

Si petatur aduocatio caufæ de partibus, a quocunq; iudice, addatur in fupplicatione, ubi caufa inftructa non eft. & fignatur Placet.

IIII.

Si caufa fuerit commiffa duobus auditoribus & diuerfis commisfionibus. & unus præuenit. fignatur

Placet, ꝙ audiat, qui præuenit.

V.

Si caufa beneficialis eft commiffa duobus refpectu diuerfarum partium fuper eodem beneficio, & pars infter, ꝙ uni tantum committatur, & altera uelit, ꝙ alteri committatur. quandoq; fignatur

Placet, ꝙ committatur tertio.

VI.

Si orator dicat, cãm appellationis cõmiffam fuiffe alicui Auditori fraude ꝑ fe agẽtium, quia cũ parte aduerfa colludunt. Et quod Notarius illius Auditoris, fe etiã cũ parte aduerfa intelligit. ideo ꝑꝑ fufpitionẽ petat committi caufam alteri. fignatur

Placet conftito de affertis.

VII.

Si orator petat, ꝙ caufa fuper uno, & eodem beneficio cõtra ipfum, ad duorum ad uerfariorum inftantiã, duobus iudicibus cõmiffa. aduocetur ab uno, & alteri eorundẽ committatur reaffumẽda fignatur Placet.

VIII.

Si orator fecit committi in Rota exequutionem certæ concordiæ, confirmatæ per Papam. Deinde petat, ut Idem Auditor ꝓcedat. Non obftante quod in dicta confirmatione fuerint dati alii exequutores in partibus, ad euitandos circuitus. fignatur

Placet.

IX.

Si orator dicat, primum Auditorem, cui caufa cõmiffa prius fuit, uelle fe exonerare a caufa, fed tamen ad cancellariam adhuc non remififfe. ne dicta caufa, é manibus fui Notarii, qui illã ordinariam habet, adimatur, & alteri notario detur, & ideo petat, ꝙ de cõfenfu primi Auditoris cõmittatẽ alteri tanq̃ fubrogato fuo &c. fignatur Placet.

X.

Si orator dicat, habuiffe duas fententias pro fe, & ꝙ caufa in tertia inftantia reperitur commiffa duobus Auditoribus eadem die, ad inftantiam aduerfarii appellantis, & ut creditur malitiofe ad diffugiendum, & orator appellatus fecit feruari terminos coram altero eorum, ignorãs, ꝙ effet alteri cõmiffa, & petat, ꝙ ille, coram quo fuerint feruati termini ulterius procedat, & terminet caufam. fignatur Placet.

XI.

Si orator dicat, fe obtinuiffe rem iudicatam in Rota, & habuiffe literas exequutoriales, quæ cum præfentarentur, unus ex aduerfariis appellauit, & obtinuit in forma cõmuni committi caufam in partibus fuper grauaminibus, & orator petat cõmitti caufam in Rota, ubi iudicatum eft. fignatur

Placet.

XII.

Si orator dicat, caufam appellationis a diffinitiua commiffam Domino de Flores, & poftea Domino de Accoltis eius fubrogato, & dicat partem attentaffe, & petat cõmitti caufam attentatorum præfato de Flores, aut alicui alteri ex eius fubrogatis, cum habeat Dominũ de Accoltis ualde fufpectum, nec fperat coram eo, poffe confequi iuftitiæ complementum, prout iurare paratus eft. fignatur Placet.

XIII.

Si orator, qui fecit committi caufam in Rota, litteris non expeditis, deinde fecit expediri literas, in quibus iuxta ftylum curiæ dantur exequuteres in partibus, & timeat de ualiditate commisfionis, & proceffus, & petat procedi, perinde ac fi a dictis exequutoribus cã auocata effet, fignatur Placet,

XIIII.

Si petatur committi causam diffamationis, iactationis, & inquietationis super mutatione, & alteratione, & corruptione cuiusdā datæ. quæ dicitur commissa in quadā Data collationis factæ per Episcopum de quodam beneficio per oratorem, & petatur cōmitti eidem Auditori, cui causa est cōmissa super dicto beneficio, de quo agitur. signatur Placet.

XV.

Si orator, cuius aduersarius, supra proxime commissionem obtinuit, dicat aduersarios produxisse datam Episcopi falsificatā, & comperta falsitate ex facie literarum, ipsum oratorem obtinuisse duas sententias. Deinde aduersarios, ut dictam falsitatem tuerentur, alia instrumenta falsa produxisse, ideo petat committi Auditori Cameræ, seu eius locumtenenti, qui de prædictis in Rota fuit informatus, ut constito sibi, de dictarum literarum manifesta falsitate, aduersarios huiusmodi falsitatis causatores, & fabricatores, ad comparendum personaliter pro comperienda ueritate, sub pœnis, & cēsuris, ac priuatione beneficiorum, infra certum terminum moneat &c. & in euentum non comparitionis &c. declaret, & priuet, cum potestate inhibendi &c. Signatur

Placet constito summarie, & extraiudicialiciter de assertis.

XVI.

Si oratores, qui obtinuerunt commissionem supra secundam, dicant, aduersarium, qui supra proxime obtinuit, dum iactaret multa de falsitate, & minaretur, ꝙ faceret illos incarcerari ab Auditore Cameræ. plu ries comparuerunt coram Auditore Cameræ, ac se stare uiri, & eorum innocentiā, contra suum aduersarium super dicta falsitate purgare uelle obtulerunt, & dū a curia oratores recedere uellent, ne procederetur contra eos absentes, & ut a dictis diffamationibus se liberarent, obtinuerunt commisionē supra secūdam directam Triultio, corā quo aduersarium citari fecerunt, & eo non comparente contumaciam accusarunt, & deinde oratoribus absentibus, ad eos terrendos, aduersarius supra proxime obtinuit. Ideo oratores rationibus prædictis, & ne continētia causæ diuidatur, petant committi eidē Triultio, ut ad eorum instantiam, contra nominatos, in proximá commissione, ad decretum dicti Monitorii & alias in omnibus & per omnia procedat, perinde ac si eidem Triultio, & non Auditori Cameræ commissa esset, & præsentata, cum potestate inhibendi &c. & omnia faciendi, quæ dictus Cameræ Auditor facere potuisset. Attento ꝙ præfatus Auditor Cameræ est absens, nec eius reditus de proximo speretur, & ꝙ dictus Triultius est plenissime informatus, & apud eum sunt dictæ literæ quæ dicuntur falsificatæ, & dicta testium desuper receptorum signatur Placet.

XVII.

Si orator dicat, pendente lite super præceptoria, cum eius aduersario & commissa Triultio, tanquam commissario extra Rotam, & eius aduersarius, ad oratorem frustrandum confinxit, oratorem cepisse, & pignorasse quædam bona mobilia prætensa dictæ præceptoriæ, & suspectum de fuga, & extorsisse a Camera apostolica mandatum de capiendo, & incarcerando dictum oratorem, donec restituisset dicta bona, uel Depositum de illis dedisset, qui incarceratus, postea Auditorē Cameræ cognito dolo aduersarii relaxatus, ideo petat orator, causam, & causas huiusmodi, ab eadē Camera auocari, & causam nullitatis, prætestu dicti mandati, & totius processus & attentatorum, & iniuriarum committi eidem Triultio, cum potestate inhibendi agentibus dictæ Cameræ, & præsertim D. Philippo dictæ cameræ clerico, qui dictum mandaum subscripsisse dicitur, signatur Placet.

XVIII.

Si orator qui report auit sententiam contra se, dicat se ab ea appellasse legitimo tempore, & causam appelltionis commissam Triultio, & primus Iudex in absentia oratoris, (ut creditur) male informatus, credēs dictam suam sententiam transiuisse in rem iudicatam licet falso. deuenit ad literas executoriales licet de facto, & nulliter, ideo petat orator committi Triultio, causas, tam nullitatis, quam exequutionis huiusmodi, si de iure uenerit facienda, cum eadem facultate, prout poterat dictus iudex, signatur Placet.

XIX.

Si orator dicat, occasione hæreditatis trahi a Legatariis, uel aliis coram Auditore Rotæ, & Cameræ, & alibi, & petat, ne tra-

hatur coram tot tribunalibus, ut remittantur omnia ad Rotam, quæ melius poterit iudicare, signatur Placet.

XX.

Si orator obtinuit causam committi in Rota, Domino de Flores, & deinde dicat, q̄ ante præsentationem suæ commissionis, fuit causa, ad instantiam aduersarii cōmissa in partibus per Breue, ideo petat mandari dicto de Flores, ut p̄cedat ad exequutionem commissionis suæ dicta commissione in partibus facta non obstante, signatur Placet.

XXI.

Si orator dicat appellasse, & causam cōmissam D. Flores, & per oratorem fuit coram Domino Vanulio, tanquam eius subrogato, commissio præsentata, & plures termini substantiales, coram eo seruati fuere. Aduersarius uero coram Domino de Accoltis, & ut D. Flores subrogato, terminos seruauerit, & ab admissione articulorum, in fauorē oratoris facta, per Vanulium appellauerit. Ideo petat orator, q̄ attento q̄ commissio, primo fuit Vanulio præsentata, & aduersarius per eum repositus, mandari dicto Vanulio, ut in causa procedat, articulosq́; releuantes admittat, & remissoriam arbitrio suo decernat &c. signatur Placet, & q̄ audiat, qui præuenit.

XXII.

Si hi contra quos supra proxima cōmissio fuit obtenta, dicant aduersarios post dictam cōmissionem impetratam, & præsentatam Iacobatio, tanquam illi, qui sciebant non esse recurrendum ad sedem apostolicā de rebus subiectis imperio, nisi in casu denegatæ iustitiæ, supplicasse Duci Ferrariæ, ut causam euocaret a prioribus iudicibus & D. Thomæ tanquam partium confidēnti committeret. & ex tunc causæ, liti, & instātiæ in Romana Curia renunciarunt. Deinde coram dicto D. Thomæ sunt seruati termini, & causa instructa, & dum esset in statu expeditionis, aduersarii diffidentes de iure suo, obtinuerunt Breue a S. V. ad Ducem illum exhortantem, ut causam, ad curiam remittat terminandam. Ideo petat orator, ut S. V. per suum Breue scribat ad præfatum Ducem, ut permittat præfatum D. Thomam, de consensu partium, iudicem electum, causam terminare, & decidere &c. aut si magis placet eidem Iacobatio, cui primo causa fuerat in Rota commissa, mandare, ut uideat, an dicta causa in Romana Curia, uel extra eam, & in partibus cognoscenda sit, & si repererit, eam esse ad partes remittendam remittat. Sin autem, in causa ipsa, absq; alia declaratione ad ulteriora procedat. Signatur Placet de secunda parte, Aduerte, q̄ illa secunda pars non erat in supplicatione, sed in signatura fuit addita.

XXIII.

Si orator dicat, dū penderet lis, inter primum, & secundum super beneficio, coram Iacobatio. coram quo fuerunt tenti aliqui termini, citra conclusionem causæ, ipse hoc ignorans, pretendens habere melius ius in beneficio, fecit committi causam, contra primū Achillem, per quem tantum est decreta citatio. Ideo ne coram duobus litigetur super eodem beneficio, petat auocari causam ab Achille, & committi Iacobatio. signatur Placet.

XXIIII.

Si orator quis petat cōmitti causam appellationis a decreto exequutorialium per D. Achillem, & nimis modica taxatione expensarum, & nullitatis sententiarum, sine præiudicio legitimæ executionis. signatur Placet.

XXV.

Si orator qui supra proxime impetrauit, dicat causam dictarum appellationis, & nullitatum commissam Iacobatio, & dispēdiosum esset oratori, coram diuersis contendere, an exequutio dictarum sententiarum fuerit, & sit legitima. Ideo petat mandari eidem Iacobatio, ut ad ulteriorem dictarum sententiarum exequutionem procedat si sit facienda, cum opportuna illius auocatione ab Achille, signatur Placet.

XXVI.

Si orator Diocesis Constātiēsis præsbyter, dicat se de facto captum fuisse, & incarceratum a quodam alio Plebano, & nullā iurisdictionem habente, in cuius domo, per aliquot dies fuit incarceratus, & aliis iniuriis, & ignominiis affectus. deinde ab eo relaxatus, mediante iuramento, coactus fuit promittere, etiam in forma Cameræ etiam cum fideiussoribus q̄ cōtra ipsum, nec eius satellites aliquo modo procederet de iure, uel de facto, nec eos molestaret & q̄ absolutionem a iuramento non peteret, nec im-

petrata uteretur,& orator postea relaxatus se transtulit ad Episcopum Cõstantiẽsem, cuius mandato asserebat dictus plebanus se hoc fecisse,qui illum etiã uerbis iniuriosis affecit,& per quindecim dies arrestauit. Deinde per commissarios ab eo deputatos, innocens declaratus, qui illum coegerunt, mediante iuramento ad promittendum, ꝙ dictum plebanum alibi,ꝗ coram Episcopo non conueniret,& ideo orator, qui existimauit iniuriam ad mille aureos,petit absolui a iuramento,& committi causam in partibus super iniuriis &c.signatur Concessum.

XXVII.

Si orator,qui obtinuit ut supra proxime, dicat iudices deputatos in partibus se aliis occupatos asserentes,alteri subdelegasse,q subdelegatus asserens sibi constare, ꝙ dicto oratori tutum non foret, coram eo comparere,& litigare,& illum defendere non posse, causam ad sedem apostolicam remisit,& se excusauit,ideo orator frustratus commissioni sua,petat constito de assertis, causam de qua supra,in Rota committi cum potestate liberandi fideiussores signatur.

Placet Aduerte,ꝙ illa uerba constito de assertis fuerunt addita in signatura.

XXVIII.

Si orator,qui primo in partibus super beneficio contra aduersariũ, & deinde in Rota causam committi fecit,tacendo primam commissionem in partibus factam, petat ad euitandas causas suspitionum,quæ corã delegatis sæpe fiunt,& ne de uiribus commissionis dubitetur committi Auditori,cui causa secũdo loco erat commissa ut prima commissione non obstante, in causa procedat.signatur

Placet Aduerte,ꝙ ibi signatur simpliciter, & tamen nulla fit mentio in supplicatione, ut est moris,quatenus causa non esset instructa in partibus.

XXIX.

Si cã est commissa D.de Flores,propter cuius absentiam,quasi omnes alii auditores,in eius loco sunt subrogati,& unus auditor,ad instantiam oratoris in causa procedit,alter etiam ad instantiam aduersarii ꝓcedit,& alteri alter inhibet tanquam ambo subrogati in locum D.de Flores. Ideo ne disputetur super iurisdictione istorum,petat orator causam huiusmodi committi alicui alteri ex subrogatis D.de Flores reassumẽdam,& terminãdam &c.signatur Placet.

XXX.

Si orator dicat,uigore obligationis in forma Cameræ,pro qua est obligatus ad pœnam,ꝙ ab aduersario, ac procuratore fiscali,illo instãte,propter pœnam pro parte Cameræ apostolicæ ob non solutionem applicandam,coram Auditore Cameræ se fuisse tractum,coram quo præcipitanter,& inordinate procedendo fecerunt primum,debitum confiteri,& dicat,se non sperare consequi coram Auditore Cameræ iustitiæ cõplementum,& ꝙ grauis est summa, ascendens summam quingentorum ducatorum & orator cõtentus sit stare unicæ sententiæ in Rota,& summario processu,ut in beneficialibus,ideo petat causam auocari ab Auditore Camere & alicui ex auditoribus Rotæ committi.signatur Placet.

XXXI.

Si orator, contra quem fuit obtenta supra proxime dicat aduersarium, qui supra dictam impetrauit, quærere diffugium solutionis,& ꝙ Auditor Cameræ est ordinarius,nec tractetur de summa quingẽtorum, sed tantum trecentorum quinquaginta ducatorum,& ꝙ nullus est in curia, qui possit pro aduersario polliceri, de stãdo unicæ sententiæ,& ꝙ non est opus sententia, sed exequutione,ideo petat mandari Auditori Cameræ ut procedat in causa præfata,de qua supra,commissione nõ obstante. Vel si hoc negetur,ꝙ cõmittatur eidem Auditori Rotæ,per aduersarium impetrato, ut in causa procedat,quemadmodum Auditor Cameræ potuisset.ex ui contractus in forma Cameræ,per uiam declarationis &c. signatur Placet de secunda parte.

XXXII.

Si orator qui obtinuit supra proxime, dicat stilum Auditoris Cameræ nõ esse scriptum,& a nonnullis posset deduci in dubiũ,an Auditor absq; probatione dicti stili,& ante discussionẽ,si pœna debetur, uel non debetur,ad declarationem huiusmodi, contra eundem aduersarium deueniri posset.Et quia stilus Cameræ, & modus procedendi in simillibus est notus.S.V.& ne causa crediti impediatur propter causam incursus pœnæ,ideo petat mandari Auditori,ut præmissis non obstantibus,absq; aliqua tela iudiciaria,uel terminorum substãtialium obseruatione, ad declarationem dictæ

ctæ excommunicationis sententiæ, per eun dem Auditorem Cameræ in aduersarium fulminatæ duntaxat cognitione causæ incursus dictæ pœnæ, ad aliud tempus sibi reseruata. ad declarationem, & literarum traditionem, prout idem Cameræ Auditor facere posset, si coram eo procederetur, & modo quo supra procedat &c. signatur Placet.

XXXIII.

Si orator, contra quem est supra proxime impetrata, dicat se unica sententia ab Auditore Cameræ, & super credito, & super pœna, ob illius non solutionem cōdemnatum, & excommunicatum, & nulliter, & cupiat simul, & semel etiam ab Auditore Rotæ cognosci, & pronunciari, nec ad instātiam aduersarii, qui de hoc in sua proxime non fecit mentionem, causam incursus pœnæ differri. Ideo petat mandari Auditori, ut etiam in causa prætensi incursus pœnarum ulterius pro ut sibi uidebitur cōiunctim, uel diuisim procedat, & terminet, prædicta commissione non obstante. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ illa uerba pro ut sibi uidebitur fuerunt addita in signatura.

XXXIIII.

Si orator dicat, causam appellationis a sententia lata contra eum commissam D. de Flores, propter cuius absentiam, ab oratore fuit impetrata commissio, & causa cōmissa Egidio, & per aduersariū pariter impetrata, & cōmissa Iacobatio, cuius per aduersarium prius prorogata fuit iurisdictio licet postea ad Egidium conuolauerit, & orator dubitans de uiribus processus, petat committi, ut Iacobatius impetratus ab aduersario procedat, in quem ipse paratus est cōsentire. Et ipse Egidius in causa huiusmodi, in fauorem aduersarii, contra ipsum oratorem iudicauerit, & propter hoc sit sibi suspectus. Ideo petat mandari Iacobatio, ut in causa procedat. signatur Placet.

XXXV.

Si orator, contra quem est obtenta supra proxime dicat, sententiam latam per dictū Egidium, fuisse tantum in possessorio, & nunc agi petitorio, & ꝙ Egidius iam acta causæ uiderat, & aduersario intimatum, ꝙ Egidius uolebat ponere causam, & ꝙ Iacobatius multis negociis implicitus, asserit, huiusmodi causæ expeditioni intendere non posse, Ideo petat mandari Egidio, ut in causa procedat, non obstante supra proxime. signatur Placet.

XXXVI.

Si orator dicat, ꝙ lata diffinitiua sententia contra eum, tanꝗ spoliatorem officii scribæ senatus Vrbis, & ab ea appellato, obtinuisse causam huiusmodi, ac nonnullorum æmolumētorum, per aduersarium perceptorum ad ipsum spectantium committi D. Guilielmo de pereriis, qui super spolio, omisso negocio emolumentorum iam instructo, confirmatoriam promulgauit, a quo iterum appellato, causa appellationis, tam pro parte oratoris, ꝗ aduersarii fuit commissa Domino Castellimaris, ad quam audiendam, orator Episcopum Nucerinum, Aduersarius, uero D. Antonium de monte, auditores subrogatos elegerunt. Quare ne cōtingat coram diuersis iudicibus litigare, petat committi præfato D. Episcopo Nucerino, ut causam appellationis, ac emolumentorū, ac omnes alias causas audiat. signatur Placet constito de assertis.

Cap. III. de cumulatiuis diuersorum iudiciorum.

I.

Si petitur, ut Auditor idem iudicet sup causa principali, & super causa appellationis a grauamine. signatur Placet.

II.

Si petatur, ꝙ facto sequestro iuxta clem. primam, & uiolato per illū, qui obtinuit sententiam pro se, ut ante omnia iudex appellationis procedat super attentatis, & uiolatione sequestri signatur Placet.

III.

Si causa est commissa super attentatis, & spoliatus petat, ꝙ iudex procedat in causa spolii, & attentatorum simpliciter, uel simul cum negocio principali, seu petitorio, super quo instructa est. arbitrio auditoris, prout ei melius uidebitur procedat &c. signatur Placet.

IIII.

Si quis obtinuit causam committi contra intrusum, super molestationibus, & perturbationibus &c. & petat, ut idem Auditor, super beneficio, & eius proprietate procedere possit Placet.

V.

Si orator, qui post articulos datos, & fere omnes terminos per eum seruatos, contra

quem opponitur de attentatis per aduersarium, petat quod nisi aduersarius docuerit de attentatis per eum allegatis, infra terminum sibi arbitrio Auditoris præfigendum, super negocio principali, & attẽtatis simul, & semel procedat. signatur Placet.

VI.

Si fuerint allegata quasi in fine causæ attentata, & Auditor dederit illi terminũ ad probandum attentata, & orator petat quod Auditor, si ille nõ probauerit attentata infra terminum præfixum, procedat in causa attentatorum, & principali simul & semel, uel in negocio principali tantum. signatur Placet.

VII.

Si orator, qui obtinuit tres sententias, et exequutoriales contra partem grauatam, & reaggrauatam &c. dicat partem habuisse recursum ad iudices seculares, qui fecerunt sequestrari rem de qua agitur, inhibẽdo colonis &c. petat, ꝙ idẽ auditor, procedat contra iudicem secularem ad sententiam excõmunicationis & alias pœnas etiam pecuniarias, eius arbitrio taxandas. signatur Placet.

VIII.

Si dicatur, ꝙ sequestrum, de quo supra proxime fuit factum post decretum exequutorialium, & eius intimationem, ante tamẽ declarationem, aggrauationem &c. petat, ut stent præmissa, nec argui possint uitio subreptionis. signatur Placet.

IX.

Si orator religiosus, timens excommunicari propter condemnationem, petat se admitti ad beneficium. c. odoardus. signatur Placet prout de iure.

X.

Si orator petat, ꝙ iudex ad quem possit cognoscere de attentatis lite pendente corã quibuscunq; aliis auditoribus in prima instantia, quia Regestum, & processus sunt penes iudicem ad quem. signatur Placet.

XI.

Si orator in causa beneficiali, pendente in Rota inter alios, & surrogatus in iuribus defuncti petat pro suo interesse admitti ad prosequutionem causæ in eo statu, in quo est. &c. signatur Placet, Aduerte, ꝙ non dicit constito de interesse, ut communiter signatur.

XII.

Si orator petat, ut Auditor Rotæ procedat super grauamine propter quod pars aduersa appellans fecit illi committi causam & sup negocio principali simul audiat causam. signatur Placet.

XIII.

Si orator in causa, in eius fauorem est lata sententia, & postea appositum sequestrũ, dicat, aduersarium usurpasse, & attentasse, & sequestrum uiolasse, & petat cõmitti Auditori causam huiusmodi attentatorum, ac in cursus censurarum, & pœnarũ, in clem. prima contentarum. signatur Placet.

XIIII.

Si orator dicat, lite pendente in Rota, se spoliatum fuisse beneficio, ab aduersario, & petat committi eidem Auditori, ut discussa primo materia attentatorum, & innouatorum, constito sibi de intrusione, & spolio, lite pendente facto in causa prædicta, suspensis, & prætermisis omnibus aliis ad discussionem attentatorum, & spolii procedat. signatur.
Placet de commissione causæ.

XV.

Si orator, qui emit hæreditatem, & sibi cessa fuerũt iura, sit mota lis super dicta hæreditate, in Rota, & petat orator, committi eidem auditori, causam contra illos, qui cesserunt, & ad effectum etiam, ut posit lis eis intimari, & ꝙ litem in se suscipiant, & oratorem defendant, prout de iure tenentur, et super damnis, & interesse ex causa emergẽtibus. signatur Placet.

XVI.

Si orator dicat, patruum suum, cuius est hæres, deposuisse quædam bona, penes Abbatissam unius Monasterii, qua mortua, qa alia Abbatissa, & moniales denegabant illa bona restituere, orator contra illas fecit committi causam in Rota super spolio, qui orator forte considerans, sibi non competere actionem restitutoriam, sed potius rei uẽdicationem, per specialem commissionẽ obtinuit, mandari auditori, ut præmissis non obstantibus ad ulteriora procederet, partibus iustitiam ministrando, Nunc idem orator dubitans, ne forte directa rei uendicatio, sed publiciana, uel alia actio sibi competat, petit mandari auditori, ut ad ulteriorem expeditionẽ causæ, ex quauis actione, oratori ius competat, iuxta legitime probata, parti-

bus iustitiam ministrando. signatur Placet.

XVII.

Si contra Martinum fuerunt latæ duæ sniæ in partibus, & postea tertia in Rota, p Iacobatium. & Martinus dicat, processum in partibus in ciuitate Bononiæ factum, in aliqua parte falsum & satis apparenter. Et Notarii bãchi Potestatis Bononiæ, qui fecerunt dictum processum, molestantur corã Potestate Bononiæ & præfati Notarii dicant, non fuisse aliquam falsitatẽ dolosam, sed errorem Notarii, prout solet in exẽplando, sæpius committi, & ꝙ Iacobatius nõ obstante dicta falsitate allegata, pronunciauit sententias exequẽdas, & ideo oratores Notarii petant, causam prætensarum falsitatũ, quæ plene in Rota deductæ, discussæ, & reiectæ fuerunt, & diffamationum, & super iniuriis, committi eidem Iacobatio, cum potestate inhibendi officialibus Bononiæ &c. signatur Placet.

XVIII.

Si oratores Notarii de quibus supra proxime, dicat per Iacobatium fuisse inhibitũ dictis officialibus Bononiẽsibus. Qui tamẽ illis contemptis ꝓcedũt eo prætextu, ꝙ oratores, (ut asseritur) ad mandatum Dominorum sexdecim dictæ ciuitatis, eis factum, & alias iusto timore coacti, præinsertam commissionẽ, p ipsos, seu eorum mandato obtẽtã non fuisse asseruerunt, ideo petãt, nõ obstãtibus prædictis, iterũ inhiberi dictis officialibus, sub pœna priuationis officiorũ, & duorũ milium ducatorum &c. signatur Placet.

XIX.

Si orator dicat, cãm instructã corã Iacobatio tanq̃ subrogato Domini de Flores, q uidit Regestrũ causæ, & illũ ad Rotã, animo expediendi cãm detulit, Deinde Triuultius fuit in locũ Domini de Flores subrogatus, & in causis olim corã eo pẽdẽtibus subrogatus, cãm ꝑdictã, una cũ omnibus aliis, corã dicto de Flores pendentibus, generaliter (ut dicitur) reassumpsit. Ideo petat orator, attentis ꝑmissis, non obstantibus prædictis, ꝙ idẽ Iacobatius in causa procedat.. signatur Placet parte legitime citata.

XX.

Si oratores Astẽses minores. xiii. xv. & xvi. annis, respectiue cõstituti, dicant. dicto tempore minoris ætatis liberasse quendã eius curatorẽ, & eius patrẽ a ratione administrationis tutelæ & illis quietasse quandã Domũ, & remisisse cũ iuramento & de nõ petendo relaxationem ab eo, nec illa impetrata uti, & dicti minores uolentes dictum instrumentum rescindere, & annullare. Deinde corã ordinario petierunt ad hunc effectum, relaxationem iuramenti, & latis hinc inde sententiis, causa fuit commissa in Rota, ac eis relaxatũ iuramentũ. Et ut citius causa finiatur, & si prius dentur tres sentẽtiæ super nullitate dicti instrumenti lõgũ esset, anteq̃ possent habere rationẽ administrationis, & domũ suam, ideo petant committi eidem Auditori, ut causam, & causas tam nullitatis, & iniquitatis dicti instrumenti, & liberationis, q̃ redditionis rationis, & relaxationis dictæ domus, per aduersarium occupatæ, cõiunctim, uel diuisim, prout oratoribus expediens erit, summarie &c. & sine figura iudicii &c. signatur Placet arbitrio Auditoris.

XXI.

Si orator petat mandari auditori, coram quo causa est commissa, quo ad alios super beneficio, ut illum admittat pro suo interesse, etiam literis non expeditis, cum clausulis solitis. signatur Placet.

XXII.

Si orator dicat, se possedisse beneficiũ ꝑ quatuor annos, & ab aduersario in iudiciũ tractum, qui post obseruationem omniũ terminorum, suspendit petitorium, asserens se spoliatum, & orator petat, præfigi aduersario tempus arbitrio Auditoris super spolio, quo elapso, & ei non legitime, & non sufficienter cõstito, in causa tam petitorii, q̃ prætensi spolii simul, & semel procedat, ac sup utroq; cognoscat, & unico contextu pronũciet. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ in similibus casibus, solet poni post uerbũ simul, & semel &c. prout sibi melius uisum fuerit, & hic nõ fuit appositum, nec aliud simile.

XXIII.

Si orator, contra quem aduersarius obtinuit cõmitti Auditori cãm nullitatis cuiusdam processus, & subrectionis literarũ apostolicarum pensionis. petat committi eidem Auditori, ut in euentum, in quem, falsam huiusmodi nullitatem, & subrectionis assertionem fore repererit, ommisso articulo subrectionis, & nullitatis prædictæ, ad decisionem negocii principalis, pro parte alias fouente iustitiam, procedat signatur.

Placet.

XXIIII.

Si orator dicat, eius aduersarios, litis consortes, uigore Remissoriæ, nonnullos testes in iudicio possessorio, post petitoriũ per oratorem suspensum, examinatos, credatq; orator, nonnulla in eis esse, quæ ad expeditionem causæ eiusdem oratoris in eodem iudicio petitorio conferunt. Et cum non de oratoris, sed aduersariorum testium attestationibus agatur, quiq; etiam, non super interrogatoriis, eiusdem oratoris, sed super articulis met eorundem aduersariorum, ea fuerint attestati, & quum de testibus uigore remissoriæ examinatis agatur, sic'q; affuturis, pro quibus orator suspenso petitorio, examen etiã de testibus in Romana Curia productis nõ fuisset denegatum, præsertim quum possibile sit, nõnullos ex illis fore mortuos ex quo, ut ex eorum attestationibus constat, sunt satis antiqui. Et quum ex hoc non fiat alicui præiudicium, sed solum, & dũtaxat faciliori expeditioni causæ pro iustitia, & minoribus partiũ sumptibus indulgeatur. Ideoq; orator petat mandari auditori, ut testibus ꝑdictis, sic ut præfertur examinatis, etiã quo ad concernentia petitorium, perinde ac si super eo tunc fuisset actum, & illud nullatenus fuisset suspensum, fidem alias adhibeat &c. signatur

Placet. Hæc commissio haud bene intelligitur, tamen quantum coniectura consequi possumus, uidetur concedere, ꝙ testes examinati in iudicio possessorio fidem faciant in petitorio, quod est contra ius, ideo aduerte.

XXV.

Si orator dicat, obtinuisse rem iudicatã contra aduersarium, quo defuncto obtinuisse decerni processum cõtra omnes, sua interesse putantes, & petat committi Auditori, ut constito sibi de præmissis, reiteret terminos unico contextu, & rem iudicatam cõtra omnes, & singulos, sua interesse putantes sub excommunicationis pœna &c. exequutioni mandet. signatur

Placet de reiteratione, & in aliis prout de iure.

XXVI.

Lite pendente in Rota, inter capitulum, & canonicos ex una, & Episcopum Salamitanum ex altera, fuit ab utraq; parte attẽtatum, & factum Registrum super attentatis ultra duo milia foliorum, ut consulatur utilitati partium petunt canonici oratores committi Auditori causæ, ut attentata corã eo deducta, pro parte sua, unacum negocio principali audiat, et Episcopo præfigat terminum ad docendum de attentatis per eũ deductis, quo elapso, & non docto, causas attentatorum, & negocii principalis pariter, & simul audiat. signatur Placet.

XXVII.

Si orator, qui dicat, se fuisse spoliatũ monasterio super quo agebatur a procuratore aduersarii, & ideo dedisse de attentatis, sed quia oratori est difficile, probare instrumentum factum ab aduersario de capienda possessione, petat committi Auditori, corã quo causa pendet, ut causam spolii simul, uel separatim a causa negocii principalis, prout sibi uidebitur, terminet. signatur Placet.

XXVIII.

Si orator dicat in partibus litigasse sup iure decimandi, primo coram ordinario, & successiue causa per appellationẽ esset deuoluta ad metropolitanũ, occupatores Decimarum aduersarii, a quodã confecto grauamine appellarunt, ut negocii principalis expeditionem impedirent, quia orator obtinuit causam confìcti grauaminis, & negocii principalis cõmitti Domino Episcopo Flores, & quia dubitatur, an præfatus Episcopus Auditor in huiusmodi causa, ommisso appellationis articulo, in causa principali procedere posit, & ideo petat, eidem committi, ut super articulo grauaminis, & negocii principalis, causam simul audiat. Signatur Placet.

XXIX.

Si orator in præinserta dicat, ꝙ acta habita coram Metropolitano haberi non possint, & ideo dubitari, an Auditor, cui causa appellationis, & negocii principalis, ꝑ præinsertam cõmissa fuit, causam negocii principalis, hinc inde instructam, præsertim per acta habita coram ordinario, iudice prioris instantiæ terminare posit, ommisso articulo grauaminis, & actis habitis in Curia dicti Metropolitani, & ideo petat committi eidem Episcopo, ut super huiusmodi causa principali, ex processu habito coram iudice prioris instantiæ, & aliis coram eo probatis procedat, ommisso articulo prætensi grauaminis, & actis curiæ Metropolitanæ. signatur Placet constito de assertis, & refectis expensis.

Cap.IIII.de commissionibus diuersorum incidentium.

I.

Si petitur remissoria in causa commissa, semper signatur

Placet arbitrio auditoris.

II.

Si petitur committi aliquid eidem Auditori, cui causa est cōmissa, additur, & coram quo pendet in decisa, & signatur

Placet.

III.

Si appellans a grauamine, qui obtinuit causam grauaminis committi cum principali, postea petat, ut omisso articulo grauaminis, ex aliqua iusta causa procedatur super principali, signatur

Placet cōstito de assertis, & refectis expēsis.

IIII.

Si petitur, ut constito de obitu, & legalitate Notarii, qui rogatus fuit de instrumento, per notarium causæ, illud extrahi possit, illiq; postea sic extracto plena fides adhibeatur, signatur Placet.

V.

Si petitur, ut postquam semel dictum instrumentum per alium ut supra ad instantiam alterius prætendentis, ne iterum Nota notarii defuncti producatur. signatur

Placet arbitrio Auditoris.

VI.

Si petitur, ꝙ processus factus in partibus producatur coram Auditore infra terminum, alias sine eo procedatur. signatur

Placet.

VII.

Si condemnatus, & excommunicatus ꝑ contradictas, qui a die notitiæ appellauit, & causam appellationis committi fecit, petat ut a dominica proxima palmarum, usq; ad octauam pascatis dominicæ resurrectionis cum incidentia, a censuris absoluatur, signatur Placet.

VIII.

Si fuit semel concessa remissoria pro testibus examinandis ad partes, & postea neius partis petat, petatur alia remissoria. signatur.

Placet arbitrio Auditoris, & aduerte, quia hoc fuit factum ibi, in fauorem quarūdam Monialium Angliæ.

IX.

Si orator obtinuit causam committi litteris non expeditis, dummodo expediat illas infra terminum ad articulandum, & pars aduersa petat qui potest dubitari de ualiditate iurisdictionis auditoris, eo ꝙ infra terminum ad articulandum, illas non expediuit. Et tamen pro parte sua, omnes terminos seruauit, quatenus salua quacunque nullitate, & non expeditione literarum, aut alias ex causa aduersarii insurgente, reseruata actione ipsi oratori contra suum aduersarium, quum sibi uisum fuerit excipiendi, Auditor causam decidat. Addit signatura, uel si magis placet, eidem auditori committere, & mandare, ut nisi pars aduersa infra terminum decem dierum probauerit se expediuisse bullas infra terminum ad articulandū iam per oratorem obseruatum, attento ꝙ ꝓxima præinserta per aduersarium obtenta, iam anno elapso obtenta fuit, & decreta citatio ad instantiam aduersarii, & pars uenit ex Portugallia ad Vrbem ex tunc pronunciet, se nullam habere iurisdictionem, partem aduersam in expensis condemnando. signatur Placet de secunda parte.

X.

Si orator beneficii dubitet molestari sup sua possessione, licet lis pendeat in Rota. petat inhiberi iudici a quo, & etiam parti sub censuris, & pœnis etiam pecuniariis, ne lite pendente aliquid innouetur in præiudicium litis pendentiæ, & iuris oratoris. signatur Placet.

XI.

Si fuerint hinc inde deducta, attemptata, una pars dicat immensum fore Regestum, super attentatis, & causam attentatorum, & principalem, eandem exigere probationem, & ideo perutile fore pro uitandis laboribus, & sumptibus, ut simul, & semel expediatur causa principalis cum attentatis. Additur in supplicatione de attentatis deductis pro parte oratoris, in aliis attentatis, deductis per aduersarium, nisi infra aliquem breuem terminum, aduersarius de illis docuerit, easdem causas attentatorum simul, & semel prout auditori placuerit terminet, & decidat, &c. signatur Placet.

XII.

Si petatur, ut possit fieri exequutio brachii secularis contra condemnatum, & ꝙ possit fieri taxatio expensarum, non obstan

tibus feriis etiam de mense augusti. signatur Placet.

XIII.

Si orator Monachus ꝑ uerificatione paupertatis, ut se iuuet remedio c. odoardus, petat Monachos, & alios religiosos in curia existentes per Auditorem causæ posse compelli ad testificandum, & sub excommunicationis pœna, sine licentia superiorum. signatur Placet.

XIIII.

Si orator superuenientibus feriis non potuit ab Auditore absolui a certis friuolis cẽsuris in partibus latis, licet iudicialiter conclulerit in cã, & petat, quod Auditor solus absoluat eum, si sibi constiterit, censuras fuisse iniuste latas, feriis non obstantibus, signatur Placet.

XV.

Si fuit commissa causa contra aliquem extra curiam, & petatur quod constito summarie, sine strepitu, & figura iudicii, ac extra iudicialiter, quod oratori, ad reum citatum, tutus non pateat accessus, per edictum citari posit, signatur Placet.

XVI.

Si fuerit appellatum a Vicario in partibus ab interloquutoria & causa commissa in Rota, & præfatus Vicarius, qa pars appellata noluit procedere in causa principali, illam excommunicauit, post commissionis præsentationem, & decretum citationis, ante tamen illius exequutionẽ, & orator petat absolui si, & prout iustũ fuerit. signatur Placet prout de iure.

XVII.

Si orator, de quo supra proxime, dicat, eo existente in partibus fuisse excommunicatum pro quadam summa pecuniaria Romæ, & dubitet de dicta excommunicatione opponi, & commissionem, & acta & attestationes ideo nullas, & petat se absolui ad cautelam ad effectum huiusmodi appellationis prosequendæ, & ꝙ actis, & attestationibus fides adhibeatur, & in cã Auditor ꝑcedat, prout de iure fuerit signatur Placet.

XVIII.

Si orator excommunicatus, grauatus, & reaggrauatus &c. petat absolui de cõsensu aduersarii, ad cuius instantiam fuit excommunicatus &c. signatur Placet de cõsensu.

XIX.

Si orator, qui egit petitorio contra intrusum, & causa instructa, ita ꝙ non restabat, nisi ꝙ Auditor pronunciaret in ultima audientia, & quia instabant feriæ, intrusus ad euitandum sententiam, alleget nouum spolium, expectãdo ferias. ideo orator petat, ut Auditor præfigat terminum aduersario ipsius arbitrio, ad probandum spolium, per eũ allegatum, quo elapso, si nõ probauerit spolium per eum allegatum, causam super petitorio, & possessione, adhibitis secum duobus coauditoribus suis decidat, & terminet, feriis ac etiam aliis non obstantibus. signatur Placet.

XX.

Si orator, qui obtinuit tres sententias, & exequutoriales cõtra partẽ grauatã & reaggrauatã &c. dicat partẽ habuisse recursum ad iudices seculares, qui fecerunt sequestrari rem, de qua agitur, inhibendo colonis &c. petat, ꝙ idem Auditor, procedat cõtra iudicem secularem ad sententiam excommunicationis & alias pœnas etiã pecuniarias, eius arbitrio taxãdas. signatur Placet.

XXI.

Si orator petat, ꝙ in causa attentatorũ, in qua est conclusum, & quæ fuit posita inter dominos in ultimis audiẽtiis, in qua aduersarius, non obstante lite attentauit, petat, ꝙ Auditor adhibitis secum duobus, aut tribus coauditoribus procedat, non obstãtibus feriis. signatur Placet.

XXII.

Si orator in causa nouem millium ducatorum, (& erat Cardinalis Borgia,) petat. quod procedatur in ea, ut in beneficialibus, & reiteratione unico contextu. signatur Placet.

XXIII.

Si orator, qui obtinuit contra aduersariũ omnes censuras, præter inuocationem brachii secularis, petat posse procedi ad brachium seculare, feriis etiam Augusti nõ obstantibus. signatur Placet.

XXIIII.

Si orator, qui obtinuit sibi ꝑuideri de beneficio, dicat eius aduersariũ, expediri fecisse literas reseruationis, sup eo beneficio, post mortem ultimi possessoris, & post ius eidem oratori quæsitum, ideo petat committi Auditori, quatenus constito sibi etiam per inditia, ꝙ dictæ literæ reseruationis, post obitum ultimi possessoris, & ius eidem oratori quæsitum, expeditæ fuerint. & per illarum expe

ditionem,ius eidem oratori quæsitum tollatur. Et petat aduersario certum terminum præfigi, arbitrio Auditoris statuendum infra quem de supplicatione originali, cuius uigore præfatæ litteræ reseruationis, & prouisionis,uel ꝙ illæ ante uacationē dicti beneficii expeditæ fuerint, docere teneatur, quo termino elapso. Nisi alterum ex præmissis,legitime docuerit, reiectis dictis litteris reseruationis,perinde ac si non emanassent iudicet &c.signatur

Placet quatenus tollatur ius quæsitū. Aduerte,ꝙ reseruatio de qua supra, erat facta tempore Alexādri,& commissio facta tempore iulii.

XXV.

Si orator dicat causam mercantilem, q̄ uerificatur,& deciditur ex libris rationum, & ex aliis scripturis societatis,alleget, & petat mandari Auditori,ut uocatis secum, & adhibitis aliquibus mercatoribus, in simillibus expertis,eius arbitrio, in euentum contradictionis eligendis,qui libros dictæ societatis,diligenter uideant, & demum pro rei ueritate,iuxta eorum peritiam, Auditori referre habeant.signatur

Placet arbitrio Auditoris.

XXVI.

Si orator petat,ꝙ reiecta calūniosa,& impossibili materia prætensorum attentatorū, procedat ad expeditionē causæ, quæ hinc inde reperitur instructa.signatur

Placet. Nisi præfixo termino ad uerificandum attentata,illa uerificauerit.

XXVII.

Si orator petat cōmitti Auditori,ut summarie &c.ac sola facti ueritate inspecta ꝑcedat,absq; aliqua terminorū obseruatione, aut quatenus opus sit illis reiteratis ad declarationem annullationis, & incursus poenarum, de quibus in Regula, de Annali possessore.signatur Placet.

XXVIII.

Si orator dicat,supplicationem in actis ꝑductā,super quadam concordia,in substantialibus discordare a Bullā,desuper expedita,& petat præfigi terminum peremptoriū aduersario,infra quem de supplicatione,ac prætēsa Bulla approbationis cōcordiæ cōcordante docere habeat, & teneatur, aliās cām non ex Bulla cōcordiæ, sed ex supplicatione ponderet,ac terminet.signatur

Placet,& quatenus tollatur ius quæsitum.

XXIX.

Si dicatur,bullā productā per aduersariū discordare a sumpto producto ꝑ oratorem, qa in sumpto nō est apposita clausula,reseruationis,familiaritatis quondā Cardinalis &c.nec uerba illa cōprehendūtur,& Bulla originalis sit suspecta, ideo petat statui terminum aduersario,ad supplicationem originalem producendā,alioquin &c.signatur Placet,quatenus tollatur ius quæsitum.

XXX.

Si orator,petat aliquē excōicatū ad instātiā creditoris absolui,ut posit ꝑhibere testimonium in cā sua,ne ueritas pereat,& ꝙ cōmittatur Auditori Cameræ,qui illū excōicauit,ut illū,ad effectū depositionis in causa hmōi duntaxat sine ꝑiudicio creditoris, & a dicta snīa, & a quacunq; alia excōicatiōe,in qua forsan innodatus existeret,absoluat,ut eius dictis,& depositionibus, si nihil aliud canonicū opponatur,si examinabitur plena fides adhiberi possit signatur Placet.

XXXI.

Si orator dicat,bullas reseruationis Papæ,alicuius beneficii, post dicti beneficii uacationē,& post ius oratori q̄sitū expeditas, & apud acta causæ ꝑductas,q̄ sine supplicatione expeditæ credātur, cum Data ante uacationem dicti beneficii. Ideo petat committi Auditori,ut dicto aduersario, aliquē breuem terminū cōpetentem præfigat,infra quem de supplicatione saltē in Data cū dictis litteris concordāte docere debeat, infra quem si non docuerit,illis reiectis, ad expeditionem causæ procedat.&c.signatur

Placet quatenus tollatur ius quæsitum.

Et aduerte,ꝙ in dicta bulla reseruationis, nō solū erat reseruatio,sed ēt ꝓuisio,ex nūc, prout ex tunc &c. ꝓcessum uel decessum.

XXXII.

Si orator aduersarius, stante præinserta proxima, dicat per subrectiones, siue manus officialiū in eis appositas satis ostendi, dictas litteras reseruationis, ante uacationē dicti beneficii,seu prætēsum ius quæsitum, uerisimiliter expeditas.& ad alterius præiudicium nō emanasse,nec aliquā rōnem,seu præsumptionē cōtrariā esse & similes reseruationes sæpe solo nutu pōtificis,absq; alia supplicatiōe,ꝑ solā expeditionē bullarū fieri cōsueuisse. ideo petat,quū nulla sit sinistra suspitio cōtra dictas literas, & in dubio sit ꝑ eis ꝑsumēdū,ut cōmittatur Auditori,

ut nisi aduersarius infra aliquem breuem terminum uerificauerit, ꝙ dicta reseruatio & dictæ litteræ, post prætensum ius quæsitum obtentæ, seu expeditæ fuerint. præinserta commissione, in qua oratorem ad docendum de supplicatione cōcordante uidetur astringere reiecta, in causa procedat. signatur Placet.

XXXIII.

Si orator dicat, testes impediri per aliquē uel aliquos, quominus deponāt, & petat mādari auditori, ꝙ illos possit excommunicari, & interdicere &c. signatur Placet.

XXXIIII.

Si orator, cui est concessa Remissoria arbitrio Auditoris, dicat ferias instare, & ne tempus consumetur, petat, ꝙ ipse solus in domo, articulos, & materias ad probandū in partibus admittat, & remissoriam decernat iuxta tenorem primæ cōmisionis. Additur habitis duorum suorum coauditorū uotis, & signatur Placet.

XXXV.

Si Abbatissa prætendat se spoliatam a coadiutrice sibi data, & petat ipsam, & Moniales eiectas, ante omnia restitui, & eis uictum, & uestitum dari, & oratrici de expensis litis prouideri, & ꝙ pendente lite, non priuetur Abbatissa regimine Monasterii &c. signatur Placet prout de iure.

XXXVI.

Si petatur, ꝙ in his, quæ in præinserta ꝓxima petuntur, absq; tela iudiciaria, & ordinis iudiciarii obseruatione procedatur &c. signatur Placet.

XXXVII.

Si orator dicat, Ioannem, uigore reseruationis sibi concessæ, & processuum desuper habitorum, omnia, & singula beneficia tūc uacātia, sub dicta reseruatione cadētia, cū protestationibus consuetis in genere coram Petro Notario acceptasse, & Ioannes in mente generēs aliquam parrochialem. q̄ tempore generalium acceptationum, sub ipsa reseruatione comprǽhendebatur. ac se illam acceptare, ac ipsam uigore dictæ acceptationis in genere quandocunque uellet in specie supradicta ecclesia more Curialium Romanam Curiam sequentium extendere posse renuntiet dictæ ecclesiæ Martino, & omni iure sibi competenti, & Martinus mortuo dicto Petro Notario, petat, ut mandetur dicto auditori causæ ut constito sibi de obitu, & legalitate dicti Petri Notarii & de dicta generali acceptatione, rogati de consensu dicti Ioannis ex nota generali supradicta, instrumētum acceptationis spetialis per Notarium causæ extrahi mādet. Et illi sic extracto fidem adhibeat, ac si a principio in eadem forma speciali, per eundem Notarium defunctum, sic publicatū fuisset. &c. signatur Placet.

XXXVIII.

Si orator, qui appellauit a iudice in partibus, dicat se nunquam processum habitum in partibus uidisse, nec habuisse, nec potestatem illum habendi habere. & sine illo posse ad ulteriora procedi, ideo petat committi Auditori causæ, quod etiam si de dicto processu habito in partibus non constet, ad decisionem causæ procedat, & iustitiam faciat &c. signatur Placet.

XXXIX.

Si orator, qui obtinuit ut supra proxime, dicat uerba, de quibus supra. s. se non uidisse, nec posse habere dictum processum, &c. esse negatiua, nec illa posse probare. Ideo petat statui aduersario terminum competētem, infra quem, prædictum processum factum in partibus, si eo uti uoluerit, producere debeat, alioquin eo elapso, causam pro fouente iustitiam decidat. signatur Placet.

XL.

Si altera pars dicat, se grauatam ex præcedentibus proxime commisionibus, & ad partem aduersam de iure spectare dictos ꝓcessus afferre. & ꝙ in processu habito in partibus sunt examinati testes, & iura producta, &c. quæ si auditor uidisset, non tulisset sententiam contra eum. Ideo petat, aut sibi dari terminum quatuor mensium, ad afferendum ex partibus dictum processum, aut remissoriam &c. signatur

Placet ad electionem Aduersarii.

XLI.

Si orator petat, ꝙ Auditor solus, in domo sua proroget fatalia, ad prosequendam appellationem, non obstantibus færiis. signatur

Placet arbitrio Auditoris.

XLII.

Si orator, cui fuit concessa Remissoria, dicat aduersarium, ad effectum ut se, sua remissoria priuaret, finxisse concordiam, ac tractatu de concordia habito, & signata supplicatione cōcordiæ aduersarium latitare,

ut sic

ut sic tempus remissoriæ labatur, ideo petat ut constito de præmissis, ꝙ solus Auditor in domo proroget remissoriam arbitrio suo, signatur

Placet arbitrio solius Auditoris.

XLIII.

Si orator dicat, obtinuisse sententiam cõtra aduersariũ, quæ fuit signata manu Auditoris, & litteræ exequutoriales decretæ instrumentumq́ publicum præsentationis, & exequutionis facte per Notarium, Deinde spatio temporis, aduersarius fuerit mortuus relictis hæredibus, & Regestũ, & acta causæ non reperiãtur, & notarii mortui fuerint, nec possint reperiri, & petat orator, ꝙ attento ꝙ apparet, & reperitur sententia Auditoris subscripta, manu Auditoris, & prothocollum literarum exequutorialium scriptum per manum legalis Notarii, qui est mortuus, ꝙ alius Notarius Rotæ, qui in eius locum successit de nouo extendat literas exequutoriales contra hæredes aduersarii, quibus ea fides adhibeatur, ac si de omnibus actis concernentibus tam dictam cãm, ꝙ dictum Decretum exequutorialium constaret. signatur

Placet, Aduerte tamen, ꝙ ibi apparebat de commissione iudicis.

XLIIII.

Si orator dicat, in negocio declarationis, ob non paritionem literarum, fuisse processum ad terminos coram diuersis surrogatis primi Auditoris propter absentiam alterius etiam surrogati. & dubitatur de ualiditate, ex quo idem surrogatus non se exonerauit iuxta commissionem subrogationis, & petat mandari alicui ex surrogatis, ꝙ reiteratis terminis &c. unico contestu ulterius procedat, perinde ac si dictus surrogatus se exonerasset signatur Placet.

XLV.

Si orator, qui fuit restitutus parito iudicato, quo ad possessionem, cui fuit concessa remissoria arbitrio iudicis, dicat se præsentem in curia, & quantum in eo est, quo ad possessionem paruit illam dimittendo in manibus Auditoris, & aduersarium ad possessionem recipiendam procuratorem constituisse, & dubitari, an Auditor possit decernere remissoriam, aliter sibi non constito, ꝙ aduersarius habuit possessionem ideo petat cõmitti Auditori sub conditione, ut mandet ad exequutionem remissorie huiusmodi nõ procedi, nisi iudicibus in remissoria contentis constiterit de uera reali, & actuali dimissione dictæ possessionis, signatur Placet.

XLVI.

Si orator dicat, se ab aduersario super beneficio, literis non confectis, uigore commissionis impetratæ citatum, & aduersariũ non prosequi litem, & ideo orator cupiat absolui a uexationibus, & petat committi Auditori, si ad diffinitiuam absolutoriam uiderit procedendum, Regulas de non expeditis literis non obstante etiam cum terminis hactenus obseruatis, seu unico contestu reiteratis, procedat. signatur Placet.

XLVII.

Si orator, qui obtinuit supra proxime, dicat procuratorem suum uocatum fuisse ad decretum sequestri, de quo supra. nec ab eo appellasse, de quo in præinserta non fuit facta mentio, & ideo petat, hoc non obstante, procedi iuxta tenorem præinsertæ, signatur Placet.

XLVIII.

Si orator, qui mouit litem contra Episcopũ super aliquibus iuribus Episcopalibus, qui postea pẽdente lite, cessit Episcopatui, petat cõmitti Auditori, ut Audiat causam, & cognoscat in terminis, & statu, quo prius erat, cũ illo, qui resignauit. signatur Placet.

XLIX.

Si orator dicat, aduersarium impetrasse commissionem, literis non expeditis, cum clausula solita &c. & dicat non constare de expeditione bullarum aduersarii. Ideo petat, ꝙ illo non obstante reiteratis terminis &c. idem auditor procedat ad absolutionẽ, uel cõdemnationem, prout iuris fuerit. &c. signatur Placet.

L.

Si orator Accolitus Papæ, qui fecit committi causam inter ipsum, & capitulum super fructibus beneficii per eum possessi Auditori Rotæ, Petatq́; idem, auditor, seruatis quatuor terminis ad docendum de solutione dictorum fructuum, dictos canonicos, & capitulum in censuras in literis accolitatus contentas incidisse declaret. signatur Placet ꝙ summarie.

LI.

Si orator, contra quem fuit commissa cã Auditori Rotæ ad instãtiam aduersarii, & ad cuius instantiam, contra eundem aduersarium, fuerat commissa super incursu poe

narum,& censurarum, iuxta bullam innocentii octaui,eo quod impediuerit exequutionem mandatorum apostolicorum, & incarcerauerit exequutorem apostolicum, & petat committi eidem Auditori,ut constito sibi summarie,simpliciter, & de plano de p̄dictis ad declarationem dictarum pœnarū & censurarum,tam in bulla innocentii q̄ in qbusuis aliis bullis,& constitutionibus apostolicis contentis contra eius aduersarium, (qui erat Episcopus) prout iustum fuerit procedat.signatur Placet.

LII.

Si orator dicat, se turbari in possessione beneficii,& causam super turbationibus, & molestationibus in Rota cōmitti fecit. Deinde dicat iterum molestari in possessione, & fructus de nouo per uim ablatos,& petat committi Auditori eidem,mandari aduersario,& aliis quibus opus fuerit,ne eundem oratorem,lite huiusmodi pendente,in dicta sua possessione dicti beneficii quouis modo molestent, siue attentent in præiudicium litis pendentiæ,sub pœna excommunicationis,ac duorum milium ducatorū Auri de Camera,pro una parte oratori,pro alia Cameræ apostolicæ applicandis, & in euentū non paritionis rebelles incurrisse declaret, & grauet &c.signatur Placet.

LIII.

Si orator dicat sequestratorem datū per iudicem,sibi esse suspectum,& ab illo,tanq̄ a compulsore appellatum, ac etiam ab illo tanq̄ a sequestratore appellatum. Ideo petat,illum remoueri, & alium sequestratorē dari.signatur

Placet arbitrio Auditoris.

LIIII.

Si orator dicat, iudices ad obuiandū scādalis,quia unaqueq; pars dicit se possidere, aduocasse ad se possessionem, & sub grauibus pœnis partibus inhibuisse, ne se de possessione huiusmodi intromittant, & nihil attentent,neq; dictam possessionem attingant causa indecisa. Et orator dicat, aduersariū collegisse fructus hoc non obstante, & attētasse,&petat committi Auditori Rotæ,cui causa erat commissa, causam attentatorū, & sub pœnis pecuniariis inhiberi parti aduersæ,ne possessionem bonorum prædictorum interuertere,ac p̄turbare, neq; fructus, ex illis colligere, lite huiusmodi pendente, præsummat, signatur Placet.

LV.

Si orator,cuius aduersarius obtinuit supra proxime dicat,non credere fuisse intentionis.S.D.N.illum eius possessione priuare,& fructuum perceptione spoliare, & in illius continuatione,ac fructuum perceptione priuari,tamē quia in supra proxime fuit petitū inhiberi &c.ut supra proxime. Ideo ne propter eam,lite pendente, cōtra iuris dispositionem,possessione priuetur,petat eidē Auditori mandari,ut præfatum oratorem priorem possessionem dictorum bonorum, in continuatione possessionis eorundem, & fructuū perceptione, nullatenus molestet, aut perturbet,aut saltem fructus, & redditus depositari, & qui de cætero colligentur deponantur & a depositariis seruentur ad utilitatem obtinentis.signatur

Placet prout de iure.

LVI.

Si orator dicat,se hæredem Martini, & illius hæreditatis possessionem adeptum, & illius.q. Martini, Massarios, & colonos, nolle sibi de fructibus soluere,nec responderc,prætextu q̄ de dicta hæreditate, inter aliquos sit lis,ideo petat committi Auditori,ut constito sibi summarie eiusdem oratoris, cēsuarios,& colonos, sub pœnis etiam pecuniariis cogat,ad præfato oratori respondendū de fructibus,& redditibus, &c.signatur Placet prout de iure.

LVII.

Si oratrix Mater,quæ fuit tutrix pupilli per triennium quiete,spoliata officio tutelæ de facto a Martino,cōtra quem obtinuit cōmitti causam spolii dictæ tutelæ Triuultio extra Rotam,dicat Martinum esse minorē &c.pupillū excessisse pupillarem ætatem, dictum Martinum pauperem, & uendere bona pupilli,& si non prouideatur,antequā lis finiatur,uēdet, & perdet omnia bona pupilli,ideo petat mandari Triuultio, ut seruatis terminis unico contestu, audientia,& citatione prout in beneficialibus,ac etiam p̄ simplex extractum,absq; cōfectione Regestri procedendo,causam prædictam terminet,& Martino aduersario sub censuris, & pœnis etiam pecuniariis mandet, inhibēdo totiens quotiēs opus fuerit,ne bona dicti pupilli alienare,& in eius usum conuertere audeat,quouis quæsito colore,sine expresso dicti minoris,& matris consensu.signatur Placet.

LVIII.

Si orator dicat propter periculum armorum a iudicibus secularibus ferrariensibus, dum esset quæstio hæreditatis, quã, utraq; pars prætendebat se possidere, bona fuisse sequestrata, Deinde multis aliis actitatis, ibi narratis, dicat etiam relaxatum sequestrũ, sub prætextu falsi consensus partium, & orator propter idem periculum armorũ & scãdalum, petat mandari Auditori Rotæ, coram quo causa pendebat, ut bona ponãtur in sequestro, & fructus deponantur, & conseruentur, signatur

Placet arbitrio Auditoris.

LIX.

Si orator, qui obtinuit committi causam Auditori, super beneficio per Martinũ possesso, quo postea mortuo, orator fuit subrogatus in ius illius, etiam quo ad possessionẽ, in qua erat, ut subrogatio huiusmodi, debitæ exequutioni mandetur, petat orator, cõmitti Auditori, ut in causa huiusmodi, contra interesse putãtes, ad ulteriora procedat. signatur Placet.

LX.

Si orator, qui prius obtinuerat prorogationem Remissoriæ, arbitrio Auditoris, dicat non potuisse probare sibi necessaria in tempore, quia iudices propter pestem uigentem, in loco remissoriæ recesserunt, & nõ potuerũt examinare &c. Ideo petat, sibi aliud tempus prorogari, signatur

Placet arbitrio solius Auditoris.

LXI.

Si orator dicat, aduersarium suum, prætendentem se spoliatum, uigore commissionis, obseruasse omnes terminos, iura produxisse, & articulos super petitorio, & possessorio dedisse, & testes examinasse, Deinde forte diffidẽs de iure suo, & cõfigens se spoliatũ, petitoriũ suspẽdit ꝓtestãdo in illo procedi non debere, nisi spolio prius purgato, & ideo orator dubitans, calũniose in dicto processu impediri. petat committi Auditori, ut aduersario, aliquẽ breuẽ terminũ peremptoriũ, arbitrio suo statuẽdũ, ad docendũ de dicto spolio præfigat, & si nõ docuerit, ex tũc in cã, & causis possessorii, seu prætensi spolii, q̃ petitorii hmõi, simul ad ulteriora ꝓcedat, & terminis unico contextu, & audientia reiteratis, simul, uel successiue prout sibi placuerit decidat., signatur Placet.

LXII.

Si orator dicat, Martinũ nomine titii, cõtra ipm obtinuisse cõmissionẽ super beneficio, ac citationẽ illius ꝑtextu extra Romanã Curiã extorsisse, ꝓmittendo, & obligãdo se sub pœna ducentorũ ducatorũ de docendo de mandato ꝓcurationis suæ, & faciẽdo ratificari gesta ꝑ eundẽ, & orator oẽs terminos substantiales seruauerit, & dictũ Martinũ, ad mandatũ procurationis exhibendũ si qđ habet, & faciendũ ratificari acta iuxta ꝓmissionẽ, per eũ factã, sub excõicationis pena moneri, & deinde eo nõ parente excõicari fecit, nec de aliquo mandato unq̃ docuit, nec literas aliquas ꝑtẽsæ ꝓuisionis aduersarii ꝓduxit. Ideo orator petat cõmitti Auditori, ꝙ quo ad aduersariũ allegatũ oratorẽ, ab instãtia iudicii absoluat, & dictum Martinũ eidẽ oratori, in expẽsis, quas ipsum oratorem propterea fecisse apparuerit, condẽnet, & ad soluendum cogat, prout de iure fuerit faciendum. signatur Placet.

LXIII.

Si orator dicat, sibi ꝓuisum de quodã beneficio, cuius possessionẽ auctoritate apostolica fuit assequutus, & asserat, ꝙ aduersarius prætensa auctoritate locũtenentis generalis Legati Bononiæ nisus fuerit, & nitaẽ, eundẽ oratorẽ, beneficio, & eius possessione spoliare. Ideo petat cõmitti Auditori Rotæ, corã quo cã pendet, ut dicto aduersario, & locũtenenti, & qbuscunq; aliis, cuiuscunq; dignitatis &c. ẽt uniuersitatibus, ẽt sub excõicatione, & aliis pœnis ne ꝑfatũ oratorẽ, ac eius massarios, & colonos &c. molestẽt, perturbent, aut innouent in uilupẽdiũ, aut præiudicium litis huiusmodi &c. signatur

Placet de inhibitione in forma, sub censuris.

LXIIII.

Si orator, qui obtinuit sniam in sui fauorẽ, petat ꝙ Auditor possit ꝓcedere ad sequestrũ, iuxta clem. primam, feriis non obstantibus, solus in Domo. Signatur. Placet.

LXV.

Si orator, cui fuit cõcessa Remissoria arbitrio Auditoris, dicat remissoriam esse trãsmissam ad partes, & ut creditur, iudicibus ꝑsentatã, uerũ qa dubitatur, ne infra illud tẽpus expediri, & examinari testes possint. & qa instat finis remissoriæ, & ꝙ pp occurrẽtia festa, nõ tenebũtur Audientiæ infra multos dies & tẽpus remissoriæ labi posset. Ideo petat orator, eidem Auditori mandari, ut terminum prædictum, ad aliud tempus, suo

solius arbitrio proroget.& quatenus forsan, tempore præsentationis huius commissionis paulo ante lapsum foret, de nouo concedat, signatur Placet.

LXVI.

Si orator, cui postea uigore supra proxime commissionis fuit concessa Remissoria ad quatuor menses, & dati per eundem tres iudices pro illius exequutione, cum clausula, q si non omnes, duo ex eis, qui requisiti fuerint, exequantur &c. Dicat unum ex illis tribus abesse, & esse in curia, alium se excusasse, & tertium, qui acceptauit, subdelegasse, qui tertius ad examen nonnullorũ testiũ processit, & nihilominus p aduersariũ, ad impediendum effectum remissoriæ, certæ exceptiones friuolæ, contra tertium oppositæ fuerunt, & quia dubitatur de uiribus processus tam facti, q̃ faciendi, quia duo ad minus interuenire debebant, & q tempus remissoriæ, propter hoc labi posset interim, nec testes possent repeti, ideo petat mandari eidem Auditori, ut per se ipsum solum in domo, terminum remissoriæ, ultimo loco p eum statutum, ad aliquem alium terminũ competentem, arbitrio suo proroget. cũ clausula, q si ex tribus iudicibus deputatis, uel deputandis, unus, uel duo legitime requisiti nequiuerint, aut distulerint, uel recusauerint, aut se excusauerint tertius, cum altero, uel ambobus refutantibus, ipse solus, ad ipsius remissoriæ totalem exequutionem, dictorumq; testium examinationem, repetitionem, si expediens fuerit, perinde ac si sibi soli directa fuisset, procedat &c. signatur Placet Aduerte q illa uerba quia duo &c. & illa arbitrio &c. fuerunt addita in signatura, & illa uerba cum altero &c. sunt de ppria manu R. Domini Alexandrini.

LXVII.

Si orator dicat, se pauperrimũ, ita q mẽdicare pro alimentis cogatur, & se creditorem de quadraginta ducatis de Carlenis, ex mutuo cuiusdam defuncti habentis in bonis CCCC. ducatos, & ultra, & q habebat quasdam pecunias in Bancho, quæ fuerunt sequestratæ, & concurrunt plures creditores, ideo propter eius extremam paupertatem, petat orator, mandari Auditori Rotæ, coram quo inter creditores causa pẽdet, ut citatis semel dictis prætensis creditoribus ad producendum omnia eorum iura, si quæ habent, & constito sibi de bono iure oratoris, & q sit præferendus, absq; alia terminorum obseruatione, & tela iudiciariã, p summa crediti, & dictis pecuniis depositatis præfato oratori consignari mãdet & faciat sola facti ueritate inspecta, posthabitis solẽnitatibus iuris. signatur Placet.

LXVIII.

Si orator qui obtinuit ut supra, petat, q propter eius extremam paupertatem, Auditor solus in domo, & extra Rotam hoc faciat, quia infra multos dies non tenebitur Rota, & ipse est septuagenarius, & cogatur mendicare, & petat, q constito de bono iure suo ut supra, & q sit præferẽdus aliis &c. q Auditor dictam pecuniam cõsignari mãdet, sola facti ueritate inspecta, per suũ simplex Mandatum, omnibus diebus, & horis, præterquam in feriis in honorem Dei. signatur Placet.

LXIX.

Si orator, qui uigore supra proxime præcedentium commissionem, dicat habuisse dictos quadraginta ducatos de Carlenis, sed adhuc restare damna, & expensas, propter quas bona debitoris mortui sunt sibi in credito priori Hyppotecata, & petat mandari præfato Auditori, ut expensas pro oratoris parte factas taxet, & illas taxatas oratori consignari mandet, & faciat, prout fecit in sorte principali per suum simplex mãdatum, omnibus diebus &c. unica citatione, & extra Rotam, ut in proxime præcedẽti. signatur

Placet. Aduerte, q tres commissiones præcedentes, & maxime ultima supra proxime quo ad expensas sunt aliquantulum deuiãtes a regulis iuris, sed paupertas uidetur hoc causauisse, ideo non essent trahendæ ad consequentiam.

LXX.

Si oratrix, quæ obtinuit a summo Penitentiario, in Curia Romana committi causam super dissolutione sponsalium, & declaratione non matrimonii contra existentem in curia dicat dubitare, quia aduersarius est extra curiam, possit citari a dicto iudice sine speciali commissione sanctitatis tuæ, ideo petat mandari præfato iudice a summo penitentiario dato, ut ad exequutionem dictæ commissionis & decisionem, pro parte fouente iustitiam procedat, non obstãtibus quibuscunq;. signatur

Placet.

LXXI.

Si orator contra quem, fuit obtenta supra proxime commissio,& qui postea, causam super matrimonio obtinuit committi in Rota, dicat re uera matrimonium fuisse contractum,& post pubertatem in eadē domo habitasse, sed a parentibus seducta, & coacta nunc dissensit & petat mandari eidem Auditori, ut dicta uxor asserta, possit melius uotum suum,& animum liberius explicare,& ne aliquid contumeliose, contra hoc matrimonium patrari ualeat, ꝙ dictam mulierem, de manibus parentum amoueat, & in aliquo honesto Monasterio religiosarum urbis poni,& sequestrari mandet. donec causa huiusmodi fine debito fuerit terminata. signatur

Placet arbitrio Auditoris.

LXXII.

Si opposita exceptione attētatorum, fuit suspēsum petitorium per martinum, & nūc procurator Martini, ad causas negocii principalis siue apud acta constitutus, aut substitutus petat. licet credat ex actis probasse de attentatis, tamen ut uideatur ueritas super principali mandari Auditori, quatenus ad causæ negocii principalis expeditionem, ēt articulo huiusmodi attentatorum penitus ommisso pro alias fouente iustitiam procedat. signatur

Placet. Aduerte ꝙ si principalis ipse hoc peteret, non esset dubium, sed fuit procurator eius, qui forte colludebat.

LXXIII.

Si orator qui obtinuit causam committi in Rota, D. Iacobatio, dicat propter potentiam aduersarii. a iudicibus, in partibus coactum certo modo compromittere in aliquos,& huiusmodi liti,& causæ in curia pēdente renunciare,& compromissari infra tēpus non pronunciarunt,& sic compromissum ipso iure extinctum, Ideo petat orator committi eidem, ut procedat iuxta formam primæ commissionis. signatur Placet.

LXXIIII.

Si orator, contra quem aduersarius, obtinuit committi in Rota, ut Auditor attenta obligatione in forma Cameræ procederet prout Auditor Cameræ in similibus procedere consueuit. Dicat se esse in casu absolutionis,& petat, attenta cōmisione, de qua per aduersarium impetrata, mandari Auditori, ut absq; alia terminorum obseruatione, ad absolutionem, uel condemnationem procedat. signatur

Placet.

LXXV.

Si orator petat mandari Auditori, ꝙ solus in Domo, omnibus diebus.& horis. primum fatale, cuius finis hodie instat, prorogет. Signatur.

Placet arbitrio Auditoris.

LXXVI.

Si orator, qui obtinuit ut supra proxime, petat committi eidem Auditori, ut secūdū fatale alias ad sex menses prorogatum cuius finis hodie instat, solus in domo &c. ad alios sex menses proroget &c. signatur

Placet. Aduerte, quia hic fuerit signatum placet simpliciter & supra, prout in proxime præcedenti, fuit additum arbitrio Auditoris, Nisi quia forte, ex quo semel auditor arbitratus est, prorogationem dandam, facilius datur secunda prorogatio, tamen deberet facilius dari prima, ꝙ̄ secunda & in alia simili supplicatione uidi cassata illa uerba solus in domo &c.

LXXVII.

Si orator dicat, lite pendente coram Iacobatio, contra Borsium, illum decessisse, relictis filiis impuberibus,& puberibus, sed minoribus hæredibus, contra quos intendit litem prosequi,& dubitet de ualiditate processus, ideo petat committi Auditori, ut citatis dictis filiis & hæredibus, extra pupillarem ætatem constitutis, & aliis de iure ad hoc uocandis,& per edictum, constito summarie &c. de non tuto accessu, nisi infra aliquem terminum competētem, eius arbitrio præfigendum coram eo legitime, cum eorū tutore, uel curatore comparuerint, uel infra terminum, ab eodem Auditore præfigendū tutorem, uel curatorem respectiue petere neglexerint, ipsis heredibus etiam absentibus, & nō petentibus curatorem, seu curatores, cum quo, uel cum quibus ualide procedi possit. ad huiusmodi causam deputet, uel decernat, ac causam pro fouente iustitiam decidat. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ illa uerba, quæ habent subtus lineam fuerunt omnia addita in signatura.

LXXVIII.

Si orator in causa beneficiali obtinuit primam sententiam a Vanulio, a quo appellatum est, qui detulit appellationi, & dedit

Reuerentiales,& causa appellationis alteri commissa. Nunc petat sequestrum,& quia dubitatur,an ex quo Vanulius detulit appellationi,abdicauerit a se omnem iurisdictionẽ, & an uigore bullæ innocẽtianæ,possit procedere ad sequestrum, absq; speciali commissione,ideo petat mandari dicto Vanulio,ut ad sequestrũ iuxta formam clem. ad cõpescendas procedat.signatur Placet.

LXXIX.

Si orator dicat,ꝙ Auditor iudex nullitatis duarum sententiarum in partibus pro,& contra latarum, qui pronunciauit pro aduersario super prætensa nullitate, secundæ instantiæ,& cum orator instaret pariter ꝓnunciari sup nullitate alterius uidelicet primæ, Aduersarius in cuius fauorem,eadem secunda, per uiam nullitatis reuocata fuit causam aduocari fecit, modo orator mandari petat Auditori,qui habet adhuc Regestrum penes se,& plene informatus reperitur,& qui super illa simul uolebat pronunciare,sed tunc non fuit repertus procurator aduersarii,qui non potuit citari,ut causam dictæ nullitatis,primæ sentẽtiæ pari modo expediat,prout ꝑ aduersario fecit signatur Placet.

LXXX.

Si procurator,qui egit pro absente,dicat se credere,ꝙ principalis suus nolit uti Regestro in partibus facto,crediturq́; causa noua propter quam debeat oratorem consulere. Ideo petat orator,committi Auditori, ut si uiderit dandam dilationem procuratori ad consulendum principalem,eandem arbitrio suo concedat.signatur Placet.

LXXXI.

Si orat dicat,se uexari multipliciter, ratione cuiusdam societatis initæ inter eum, & aduersarium,& causam huiusmodi commissam Auditori in Rota,& quod aduersarius habet apud se libros rationum societatis,prout apud acta plene constat,sine quibus non potest reddi ratio, cum in eis sint nomina debitorũ,& creditorum,& eos nõ sine dolo aduersarius exhibere recusat. Ideo orator petat mandari Auditori, cui causa commissa est, ꝙ attento ꝙ ipse est paratus reddere rõnem,dummodo libri exhibeantur,ut nisi dictus eius aduersarius,infra aliquem terminum competentem, sibi per eũ præfigendum,dictos libros penes aduersarios existentes,coram eo actualiter exhibeat oratorem ab impetitione dicti aduersarii, sua per redditione rationis dictæ societatis, prout aliás iuris fuerit,liberet; & absoluat. signatur Placet.

LXXXII.

Si orator dicat, se habere libros rationũ Mediolani,& difficile eẽt,& ꝑiculosum,facere illos portari Romam,quum in eis continentur rationes maximarum summarũ, & cõputa dictæ societatis posse uideri tam Mediolani q̃ Romæ,ideo petat orator, mãdari Auditori cãæ, ut dato saluo cõductu aduersario, per oratorẽ oblato, dictũ aduersariũ in curia præsentẽ,&procuratore oratoris ad nominandũ,& eligendũ duos probos mercatores,reuisores dictæ societatis in eadem ciuitati Mediolani existentes cogat,& in euẽtũ renitentie, habita ꝑ se extraiudiciali informatione de aliquibus idoneis, ipsos eligat, Demũ ipsis partibus, aliquem terminum competentem ad comparendum corã ipsis mercatoribus,& producendum libros dictæ societatis,& ipsos instruendum de iuribus suis,statuat,& alicui ꝓbo uiro in eadẽ ciuitate Mdiolani, ut ipsos mercatores electos ad reuidendum computa dictæ societatis,& referendum cõclusionem rationum ipsius societatis infra terminum ipsius arbitrio statuendum etiam per censuras &c. cogat,& cõpellat,relationemq́; ipsorum mercatorum sub manu publica, clausam,& sigillatam sibi remittat,qua habita, ad decisionem causæ huiusmodi procedat, partibus iustitiam ministrando.signatur Placet arbitrio Auditoris,sed certæ hæc signatura uidetur aliquãtulũ dura,& fuit in cã Lutiæ filiæ Monogoli de comite,contra quendam Thomam de Monte mediolanensem mercatorem tũc Romanã Curiã sequentem.

LXXXIII.

Si orator dicat, ꝙ pendente causa, corã Iacobatio,qui decreuit literas exequutoriales contra eum,propter duas sententias latas in partibus,quæ dicuntur transiuisse in rem iudicatam,& orator pro se defendendo uenit ad Curiam Romanam, cum libris calculi,qui ad huc producti non fuerunt, cum penes oratorem non essent, & aduersarius attentando, per uiam asserti Brachii secularis, quod tamen inuocatum ad huc nõ fuit peruertẽdo ordinem,& stilum: a Gubernatore Vrbis capi fecit oratorem, & incarcerari,& ab oratore etiam petatur cautio de non offendendo, & orator infir-

matus (ut dicitur) dicat sibi esse impossibile dare talem cautionem in Curia Romana, & petat orator committi Iacobatio causam attentatorum, & ipsius relaxationem, cum cautione de se representando, & non recedendo ab urbe, & etiam alia petat ut ibi, quæ in præsentia non seruiunt. signatur Placet de relaxatione a carcere arbitrio iudicis, in aliis prout de iure.

LXXXIIII.

Si orator, qui obtinuit supra proxime, petat propter ferias superuenientes ꝙ Auditor solus in domo, feriis non obstantibus ꝓcedat ad exequutionem supra scriptæ concessionis, quia etiam aduersarius obtinuit ꝙ ad exequutoriales, hoc modo ꝓcedere possit. Aut saltem, ꝙ adhibitis secum, duobus coauditoribus suo arbitrio, ad relaxationē oratoris, & in aliis ꝓut de iure ꝓcedat, feriis non obstantibus. Placet de secunda parte.

LXXXV.

Si orator procurator, qui fuit D. Nicolaus de Parma, dicat ꝙ propter eius improuisam infirmitatem, Reuerendi Domini Auditores, & alii officiarii Curiæ Romanæ, libenter supersederēt, & supersederi mādarent, præsertim in causis grauaminibus, in quibus ipse est procurator, tamen quandoq; propter importunitatem, & magnam instantiam collitigantium non possent supsedere, ideo dictus procurator petat mandari eisdem auditoribus, & officiariis, ut in causis præsertim grauibus, in quibus est procurator ad xii. uel. x. dies, infra quos iuxta consilia medicorum interesse posse sperat defensioni causarum supersedeant, supersederiq; mandent, & faciant, decernentes irritum, & innane, quicquid in contrarium contigerit attentari, non obstantibus quibuscunq; &c. signatur per Papam.

Placet, & ita mandamus.

LXXXVI.

Si orator Episcopus, qui fuit uigore obligationis in forma Cameræ condemnatus, & ab auditore Cameræ excommunicatus appellauit, & causa cōmissa Auditori Rotæ, & quia orator credit sententiam, & dictū contractum obligationis inualidum, & nullum, & dicat in eum condemnando, nullā telam iudiciariam seruatam, ut igitur æquitas seruetur, petat eidem Auditori Rotæ cōmitti, ut causam, & causas nullitatis contractus, nec non processus, & causæ cōdem nationis, & excommunicationis prædictæ summarie &c. sine figura iudicii &c. ac prout in beneficialibus, omnibus terminis, semel, unico cōtextu, audiētia, & citatione seruatis procedat, competenti termino, arbitrio iudicis ad probādum hinc inde incumbentia primitus dato &c. signatur

Placet, ꝙ summarie.

LXXXVII.

Orator petit, ꝙ cā sup parrochiali ecclesia, quæ fuerat commissa Auditori, dū Auditor esset Episcopus, ꝙ eo nunc creato Archiepiscopo, eandem causam terminet. signatur Placet.

LXXX VIII.

Si orator petat cōmitti Auditori, ut compellat quoscunq; Monachos seu religiosos & alios quoscunq; in Romana Curia existentes ad testificandum in cā, sub excōmunicationis pœna, &c. non habita licentia superioris. signatur Placet.

LXXXIX.

Si orator dicat in tertia instātia alias dedisse articulos ad probandū spoliū nō fuisse cōmissum, in quorū ꝓbatione defecit, qa testes haberi nō poterāt, & petat cōmitti auditori, ut Remissor ā decernat, nō obstāte, ꝙ agatur sup spolio, cū cā uentiletur in tertia instātia, & fructus monasterii, de quo agitur sint sequestrati, & orator duas snias habeat cōtra, Itē ꝙ testes ꝑ parte aduersa examinatos in prima instantia, sine interrogatoriis ipsius oratoris repetat cū suis interrogatoriis. signatur Placet arbitrio Auditoris.

XC.

Si orator Io. Petrus dicat, ꝙ procurator Cardinalis Beneuētani cōstitutus ad acceptāda beneficia sub reseruatione pfati Cardinalis acceptauit in genere more curialiū, corā quodā Notario, q postea decessit, & ꝑpterea petat cōmitti Auditori, corā quo orator litigat, parrochialē ecclesiā, de qua sibi ꝓuisum extitit p cessionem Cardinalis cui alias uigore pfatæ reseruationis cōmēdata fuerat, ut constito sibi de obitu, & legalitate dicti Notarii rogati, de acceptationibus generalibus, & de cōsensu Cardinalis q i hoc consensit, mandet extrahi instrumētū acceptationis, & cōmendæ specialis sup dicta ecclesia parrochiali sibi cessa, fidēq; extra specto adhibeat, ac si a principio in forma speciali, per eūdem Notarium iam mortuum, publicatum fuisset, signatur Placet.

XC.

Si orator dicat, ꝙ Io. Petrus aduersarius in præinserta, pro obtinenda prætensa extractione produxit prætensum prothocollum dicti Notarii mortui, quod postea fuit restitutum dicto Io. Petro, qui nuper produxit aliam prætensam Notam acceptationis in spetie, quã dicit esse de manu eiusdem Notarii mortui. Et quia orator, restitutioni præfati prothocolli nunquam consensit, neq; ad illam uocatus fuit, & si de nouo dictum prothocollum exhiberetur, speraret orator conuincere dictam Notã fuisse adulterinam, & ideo petat committi Auditori, Attento ꝙ iura non consueuerunt restitui ante finitam causam, ut audiat causam contra dictam Notam, & moneat Io. Petrum sub excommunicationis pœna &c. ut infra aliquem terminum, dictum prothocollum, apud acta reproducat, & dimittat, donec super præmisis discussum fuerit, Alioquin ad declarationem censurarum &c. contra dictum Io. Petrum procedat, signatur Placet arbitrio Auditoris.

Cap. V. de sanatiuis defectuum.

I.

Si petitur, ut termini, nulliter, & male seruati, etiam ex defectu iurisdictionis reiterentur.

Cassantur illa uerba in supplicatione, etiã ex defectu iurisdictionis &. signatur Placet.

II.

Si orator fecit committi causam litteris non expeditis, cum clausula ꝙ essent expeditæ ante terminum ad articulandum, & aduersarius uolens frustrare oratorem, præcipitanter seruauerit terminos, & dubitetur de ualiditate commissionis, ideo petat, ꝙ Auditor reiteratis terminis, aut de nouo obseruatis procedat, ex quo orator expediuit bullas, & eas apud acta produxit. signatur Placet.

III.

Si aliqui per contradictas, & in partibus forte minus legitime fuerint citati, & sententia contra eos lata, qui postea mittant procuratorem cum sufficiẽti mandato, & pars, quæ fecit illos citari petat, ut termini reiterentur unico cõtextu, & procedatur in causa &c. signatur Placet, parte legitime citata.

IIII.

Si orator, coram Auditore obtinuit sententiam diffinitiuam, a qua fuit per partẽ aduersam appellatum, & commissa causa appellationis, & concluso in causa coram iudice ad quem, appareat ꝙ aduersarius non fuit corã iudice a quo citatus, sed alius procurator, de cuius mandato, non constat, & orator petat committi iudici ad quem, attento ꝙ processus factus corã iudice a quo, in aliis est legitime factus, & ꝙ pars aduersa appellauit, ut expensis, ex ipsa nullitate prouenientibus per oratorem refectis, reiecta dicta sententia, idem Auditor ad quem in causa procedat &c. signatur Placet.

V.

Si orator stante præmissa proxime, dicat se pauperem, & petat eidem Auditori committi, ut sibi summarie de eius paupertate constito, expensas, de quibus supra in fine litis reseruet. signatur Placet.

VI.

Si orator, qui obtinuit commissionem literis non expeditis, dummodo infra terminum ad articulandum &c. seruatis terminis substantialibus &c. dicat literas fuisse expeditas ante prædictum terminum, sed hoc non posse aliter probare, q̃ per librum sollicitatorum literarum apostolicarum &c. & petat committi Auditori, ꝙ constito sibi, ꝙ nomina rescribendarii, & dictæ bullæ scriptorum, nec non aliorum officialium in literis apostolicis apposita, cum nominibus in dicto libro officii sollicitatorum literarũ apostolicarum in scriptis concordant. & q̃d literæ apostolicæ per Cameram expeditæ ad officium sollicitatorum literarũ apostolicarum mitti non consueuerunt, ac etiam recepto iuramento oratoris, ꝙ litteræ expeditæ fuerint ante terminum ad articulandum, dicto libro sollicitatorum fidem adhibeat. signatur Placet.

VII.

Si orator dicat dubitari de iurisdictione Auditoris, quia multa per aduersarium impetrantem fuerunt narrata, quæ nõ sunt uerificata, ideo petat, ut iudex procedat ad absolutoriam, prout de iure, perinde ac si iurisdictio competeret, & de illis mentio per aduersarium facta nõ fuisset. signatur Placet.

VIII.

Si quis obtinuit causam committi super iactationibus, & diffamationibus, creditorum, &

rum.& non probauerit de diffamationibus ante commissionem, & fuerint omnes termini seruati,& orator petat,ut reiteratis terminis &c. Auditor causam decidat prout de iure.super diffamationibus factis lite huiusmodi pendente,perinde ac si ante commissionem emanassent.signatur
Placet.

IX.

Si orator, impetrauerit cōmissionē,ac literæ non fuerint expeditæ tempore commissionis,& citationis exequutæ, & postea petat attento,ꝙ ad huc non est seruatus terminus ad articulandum,ut super illa Auditor,parte legitime citata procedat, ac si literæ expeditæ fuissent.signatur Placet.

X.

Si fuerit cōmissa causa super beneficio, literis non confectis, dummodo ante terminum ad articulandum &c. & terminus ad articulandum fuerit tentus,ante illarum ꝑductionem apud acta, & impetrans nō possit forte docere, ꝙ ante dictum terminū literas expediuerit, et petat, ut termini male tēti,unico contextu &c.reiterentur,& detur fides testibus alias recte receptis,& examinatis.signatur Placet.

XI.

Si orator,in fauorem cuius sint datæ cōpulsoriæ speciales, cum deputatione iudicum,& termino xl.dierum,dicat,iura qbus indigebat,in tempore debito, coram dictis iudicibus exhibita, sed quia non constabat de mandato illius, qui literas huiusmodi p̄sentauit,& iura huiusmodi exhiberi,& transummi procurauit, ac etiam illa apparent post terminum,per Notarium de mandato iudicum transumpta. licet tamen prius in tempore exhibita,& ideo de iuribus huiusmodi transumptionis dubitetur, & orator petat committi Auditori, non obstantibus præmissis,ut iuribus huiusmodi, fidem plenariam perinde ac si alias rite extracta fuissent,adhibeat. Vel ex quo sequestrum est in dicto beneficio appositum. dictas literas compulsoriales de nouo exequi mandet,& in præmissis,uel in altero eorum,arbitrio dicti aduersarii,si de altera parte erit contentus,uel si recusaret,ipsius auditoris de altera parte arbitrio procedat.signatur
Placet. Et aduerte,ꝙ ibi orator allegabat, concessionem factam in fauorem aduersarii,qui dolose literis non confectis, causam committi obtinuerit. postq̄ de nullitate cōcessionis,& processus, fuerat per oratorem oppositum,defectum huiusmodi sanatum fuisse, absque aliqua refectione expensarū.

XII.

Si orator dicat,causam auocatam a partibus ad Rotam, & coram auditore cām instructam,ut ad decisionem procedi possit. Sed dubitari,an possit procedere non habitis processibus ex partibus,& dicatur utrāque partem consensisse in auditorem Rotæ,& processus in partibus habitos,esse tantū super subrectione, & obrectione literarū & iurisdictione iudicum. & per illos etiam si producerentur,non posse impediri expeditionem causæ,ideo petat illis non obstātibus,per auditorem,ad ulteriora procedi. signatur Placet

XIII.

Si orator dicat,super cā beneficiali comparuisse pro aduersario procuratorem habētem mandatum generale ad omnes causas, tam prophanas, q̄ criminales, seu mixtas, non aliter expresso ad causas beneficiales. qui procurator,hoc mādatum, ad acta causæ produxit,cum protestatione,ꝙ nihil fieret eo non uocato,& orator,iura, articulos, & testes ꝑduxit,& examinauit,& causam, ad plenum instruxit,& ille procurator exceptiones dedit,& causam,quātum, in eo fuit defendit.& quia de uiribus processus dubitatur,petit orator,mandari Auditori,ꝙ citato aduersario per Audientiam contradictarum,attento ꝙ causa huiusmodi est legitime deuoluta,ac etiam ex abundanti citato dicto procuratore, de quo supra, reiteratis omnibus terminis unico contextu,unica audientia,ac unica citatione tantum præcedēte,causam pro alias fouente iustitiam decidat.fidemq́ꝫ testibus, & iuribus productis, si alias rite &c.adhibeat.signatur
Placet. Aduerte,ꝙ ibi nihil dicitur de interrogatoriis partis aduersæ, sed tantum, si alias rite &c.

XIIII.

Si aduersarius obtinuit commissionem, literis non expeditis,cū clausula solita &c. orator dicat omnes terminos seruatos, nec constare de expeditione literarum, ideo ne dubitetur de iurisdictione,petat orator mandari eidem auditori, ut reiteratis terminis &c.unico contextu, ad absolutionem, uel condemnationem,& totalem dictæ causæ

expeditionem, pro fouente iustitiam proce-dat &c. cassantur in supplicatione illa uerba cōdemnationem &c. & post uerbum absolutionem, ponitur prout iustum fuerit & signatur

Placet. Aduerte tamē, ꝙ supra in alia supplicatione simili non fuerunt cassata illa uerba, uel condemnationem &c. tamen ui-deretur, ꝙ melius esset, ꝙ cassarentur, quia illa uerba uel condemnationem sunt in fa-uorem aduersarii negligentis in expeditio-ne, (quem tamen fauorē, si collitigans uult ei tribuere potest. & uidetur tribuere, eo met petente, ut possit condemnari negligentia aduersarii non obstante,) qui non debet posse obtinere, literis non expeditis, & reperi postea, illa uerba uel condemnationē, in multis aliis supplicationibus cassata semper, in aliquibus etiam paucis reperi, ꝙ non fue-runt cassata.

XV.

Si orator dicat, in causa spolii, obtinuisse sententiam absolutoriā ab Achille, in qua ad omnium terminorum obseruationem ꝓcessum, & iurium productionem, & Rege-strum dicto Auditori datum per Petrum procuratorem aduersarii. Qui tamen, quoniam in ultima audientia, dictus procura-tor, qui totam causam egit, non potuit haberi. idem Achilles, quendam Franciscum procuratorem, etiā aduersarii, ab ipso prin-cipaliter, & qui post huiusmodi procurationis instrumenti, apud acta causæ productionem, pro dicto aduersario, causam huius-modi sollicitauit, citari fecit ad sententiam audiendam, & quia apud acta causæ non reperiebatur, ꝙ dictus Franciscus, aliquem terminum, per quem uideretur, onus procurationis, expresse acceptasse, seruauerit. du-bitatur de ualiditate dictæ sententiæ. Ideo orator petat committi Auditori, cui causa appellationis a dicta sententia commissa est, ut in causa huiusmodi ad infirmationē, uel confirmationem dictæ sentētiæ, & alia'sprout iuris fuerit, procedat, causamq; huius modi terminet. Aut si magis placet, ꝙ reiecta dicta sententia, ad aliam ex eisdem a-ctis, siue ex nouis ad nouam sententiam ꝓ-cedat, causamq; terminet, & decidat. signatur

Placet de secunda parte refectis expensis. Hæc secūda pars fuit addita in signatura, quia pars illum non petebat, sed tantū pri-mam partem.

XVI.

Si orator dicat, se obtinuisse commissio-nem, literis non confectis cum clausula so-lita, & aduersarius uidens illum absentem impetrauit commissionem, quia nondum produxerat literas, ut reiteratis terminis &c. ad absolutionem prout iuris fuerit proce-dat, & orator dicat, aduersarium, propter eius absentiam præcipitasse terminos &c. & ita infra terminum ad articulandum orator non produxit literas nūc autem præsente oratore, qui hæc cognouit, & qui multas impensas fecit, et dicat se habere bonū ius, & ideo quia dubitatur de iurisdictione, pe-tat committi eidem Auditori, ut præfatum oratorem, ad iuris, ac litis, ac causæ huius-modi prosequutionem admittat, & testibus affuturis, prius per eum, coram eo exami-natis, fidem adhibeat, ac causam decidat, perinde ac si literæ ante terminum ad arti-culandum productæ fuissent. Dummodo infra aliquem breuem terminum, per iudi-cem præfigendum, illas expediuerit, & in iudicio produxerit. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ illa clausula dummo-do &c. fuit addita in signatura.

XVII.

Si orator dicat, per auditorem, prouisum fuisse minori de tutore, seu curatore ad litē, qui deputatus, alium substituit, cum quo aliqui termini substantiales fuerunt serua-ti, & quia dubitatur de ualiditate processus tam facti, q̄ faciendi, ex eo ꝙ dictus tutor, uel curator non potuerit abiq; decreto iu-dicis facere talem substitutionem, licet ap-pareat, coram Auditore factam. Ideo peta tur mandari Auditori, ut de eodem substi-tuto, uel alio, ut sibi uidebitur, eidem mino-ri prouideat, & illo citato, reiteratis omni-bus terminis, tam substantialibus, q̄ accidē talibus, simul, & semel, unico contextu, & audientia causam terminet, ac si in præfata substitutione decretum eiusdem Auditoris interuenisset. signatur

Placet.

XVIII.

Si orator egit super spolio contra Matrē & filios, & citatio fuit legitime intimata, quo ad filios, in eorum personā, Matri non, quia reperiri facta diligentia personaliter non potuit, sed ad domum habitationis so-litæ, & in ecclesia cathedrali dimissa ubiq;

copia citata fuit. Deinde in eorum contumaciam, per audientiam contradictarum, ad omnium terminorum substantialium, ac iurium, & testium productionem deuentum est, ut ne exhibitaretur de exequutione citationis, contra matrem de nouo ad domũ, & in parrochiali, & cathedrali ecclesia legitime citata fuit, & per publicum instrumentum doctum, ꝙ de mense specialiter ante productionem testium, dicta mater conuenit cum oratore, ꝙ posset ipsa cum filiis capere uinum uineæ, de cuius spolio agebat. Non obstante ꝙ pro parte oratoris esset a sententia appellatum ad sedem apostolicã & etiam ꝙ eius filii speciale mandatum ꝑ se, pro defensione causæ de data diei ante productionem dederunt, ex quibus potest præsummi manifeste ꝙ dicta citatio ad notitiam matris peruenit, cum etiam non sit uerisimile, matri fuisse incognitum, quod filii sciuerunt, ideo attentis præmissis, petit orator, ne dubitetur de ualiditate processus, & testium, mandari Auditori, ut constito sibi de præmissis, adhibita fide ipsis testibus, qui solum super spolio producti sunt, etiã quo ad matrem, si alias rite examinati fuerint, ac reiteratis terminis unico contextu, & unica audientia, ad expeditionem dictæ causæ, & spolii procedat. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ ibi nihil dicitur de interrogatoriis pro parte aduersa datis, quia præsupponitur eorum contumacia ut supra.

XIX.

Si orator dicat in cã bonorum qndecim milliũ ducatorũ, fuisse processum absque speciali commissione, sicut in beneficialibus. & dubitet de processu, ideo petat mandari Auditori, ut reiteratis terminis coram eo, ut præmittitur tentis, unico contextu, & unica Audientia, causam huiusmodi terminet, &c. signatur

Placet.

XX.

Si orator, qui obtinuit auocari causam a partibus propter perhorrescentiam, & obtulit iuramentum perhorrescentiæ, dicat, ꝙ iuramentum fuit præstitum, per procuratorem oratoris ad causas, sed quia non habebat ad hoc speciale mandatum ad præstandum dictum iuramentum, & omnes termini fuerunt coram Auditore seruati, & ꝑ hoc de uiribus processus dubitetur. Ideo petat orator, Auditori mandari, ut reiteratis omnibus terminis, tam ex præmissis, q̃ alias nulliter, aut male tentis, unico contextu, & audientia, ad ulteriora, in causa procedat, perinde ac si dictum iuramentum perhorrescentiæ per oratorem, seu procuratorem habentem ab eo speciale mandatum, a principio præstitum fuisset. signatur

Placet.

XXI.

Si orator, qui fecit committi causam Auditori in Rota, super beneficio, cuius uigore aduersarius, seu eius legitimus procurator comparuit, & causa fuit instructa, sed quia per errorem formantis supplicationem commissionis fuit erratum in cognomine oratoris, ac etiam in cognomine aduersarii, quia sicut dici debebat Ioannes de Nuceto, fuit dictum Ioannes de Nonto, & ubi debebat scribi Iacobus de Plaza fuit scriptum Iacobus de Paradia, & ideo ne dubitetur de uiribus processus, petit orator. Attento ꝙ constat de corpore per comparitionem utriusq; partis, & de tali errore a neutra partium, hactenus oppositum fuerit, mandari Auditori, ut in causa, ad ulteriora procedat, perinde ac si in dicta cõmissione causæ, dicta uera cognomina parciũ descripta essent, & in illis erratum non fuisset. signatur

Placet.

XXII.

Si orator, qui obtinuit causam committi contra Petrum, & quosdam alios &c. & uirtute dictæ clausulæ, & quosdam alios, fecit citari sedis apostolicæ Notarium, & fuerint tenti aliqui termini substantiales, citato tamen legitime procuratore eius, ad dicendum contra articulos, & dubitetur, an contra dictum Notarium potuerit procedi uirtute dictæ clausulæ, & dubitetur de ualiditate processus, ideo orator petat mandari Auditori, ut ad ulteriora procedat, terminis prædictis, etiã alias fors ad male &c. nulliter tentis, unico contextu, Audientia, & citatione reiteratis. signatur

Placet.

XXIII.

Si orator, q habuit duas sentẽtias in partibus pro se, & postea cõmissa causa in partibus, ad instantiam eius aduersarii cuidam Decano, & deinde ad instantiam

oratoris, dicentis illũ Decanũ sibi suspectũ & bona, de quibus agitur ascendere mille Florenos renenses, cã fuit cõmissa in Rota. & de partibus auocata, & coram Auditore seruati aliqui termini &c. Deinde prætendente oratore, transiuisse sententias in rem iudicatam propter non prosequutionẽ, obtinuit committi eidem Auditori, ut constito sibi de re iudicata, illam exequatur, & taxet expensas, Modo orator dicat dubitari de uiribus dictæ cõmissionis Auditoris, quia forsan non constat de suspitione dicti Decani, nec de ualore rei, nec de dicta appellatione, in partibus per aduersarium a secunda sententia interposita, & petat his nõ obstantibus, mandari Auditori, ut ad exequutionem procedat, iuxta formam suæ cõmissionis. signatur

Placet prout de iure.

XXIIII.

Si orator dicat, obtinuisse commissionẽ super beneficio, ut posset ꝓcedi contra Petrum per edictum, constito de non tuto accessu, & dicat decretam citationem exequutam in partibus, & post nonnullos actus & terminos substantiales seruatos, quidam ꝓcurator Petri, ad causam super eodem beneficio, sed contra alium tertium, in prima instantia comparuit, & mandatum huiusmodi præsentauit, & quatenus nõ esset sufficiens sub certa pœna promisit, & cauit, & pro examinatione testiũ, per oratorem productorum interrogatoria dedit, illorũq; depositiones, suꝑ certo articulo publicari obtinuit, & eodem procuratore & similiter principali suo, per audientiam contradictarum, ad nonnullos actus & causæ instructionem pro ipsius oratoris parte processum fuit, & licet citatio prædicta, in locis deputatis in illa in partibus legitime exequuta fuerit, qa de exequutione illius in curia non constat, & quamuis mandatum prædictum ad causam, super dicto beneficio, de quo agitur speciale sit, quia tamen est contra aliam personam, & ante decretum commissionis prædictæ concessum posset de uiribus processus habiti, seu habendi, ac sententiæ ferendæ dubitari. Ideo petatur, prædictis non obstantibus, mandari Auditori, quatenus.

Attento ꝙ citatio in locis deputatis in curia, iam est exequuta, licet post obseruationẽ omnium terminorum, in causa procedat, & pro fouente iustitiam terminet, &c. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ illa uerba, attento &c. fuerunt omnino addita in signatura.

XXV.

Si orator, contra quem fuit impetrata supra proxima commissio, dicat ꝙ terminus comparitionis nondum erat elapsus, sed pẽdebat, & ꝙ ipse orator, ante exequutionem prædictæ citationis in Romana Curia factæ, nullam notitiã de hoc habuit, & ideo ad causam prædictam nõ misit iura opportuna, & si aduersarius telam iudiciariam in simillibus seruari solitã seruasset, iura, & defensiones suas ut sperat, uerisimiliter habuisset. Ideo petat mandari Auditori, ut telam in simillibus causis post terminum comparitionis obseruari solitam, seruari mandet, cum ipse, & procurator iurare parati sunt ꝙ nondum iura, & defensiones suas pro ista causa receperant, quæ sperant interim recipere, si tela iudiciaria seruetur. Vel si magis placet, mandare, ut ad exequutionem proxime commissionis, minime procedat. Nisi post mẽsem inchoãdum, immediate post finitum terminũ citationis prædictæ in Romana Curia exequutæ. signatur

Placet de secunda parte. Aduerte ꝙ illa secunda pars non erat in supplicatione, sed fuit addita in signatura.

XXVI.

Si orator dicat, eius aduersarium adhuc impuberem fuisse personaliter citatum, & illum constituisse procuratorem ad se defendendum super beneficio coram Auditore Rotæ, & orator petat propter hoc dubitari de uiribus processus huiusmodi agitandi, & petat mandari Auditori Rotæ, ut eius aduersario impuberi, ad huiusmodi causam de idoneo tutore prouideat, seu etiam deputet, prout moris est. Deinde in causa procedat. signatur Placet.

XXVII.

Si fuit decreta remissoria ad partes Vngariæ pro probanda familiaritate alicuius Cardinalis Vngariæ, & fuit in Remissoria deputatus locus in ecclesia collegiata alicuius oppidi, ubi frequentius dictus Cardinalis moram trahebat, & propter pestem, præfatus Cardinalis a dicto loco recessit, qui postea mortuus est, & iudex deputatus in partibus fecit iurare, & examinare dictum Cardinalem & alios eius familiares in alio loco, q̃ deputato, citato ad hoc legitime aduersario, qui dedit interrogatoria, super qui

bus fuerũt examinati testes, & etiam iudex propter frigora hyemalia, in illis partibus uigentia, aliquos testes examinauit in oppido deputato, non in ecclesia deputata, sed in domo sua, citato legitime aduersario, & cum interrogatoriis per eum datis, & quia non fuerunt examinati in loco deputato, ut supra, dubitat de uiribus dictarum attestationum, & examinis. Ideo petat orator, mādari Auditori, ut fidem testibus prædictis adhibeat, & ad ulteriora procedat. signatur Placet.

XXVIII.

Si orator, contra quem fuit impetrata supra proxime commissio, dicat se non fuisse præsentem, nec eius procuratorem in dicta examinatione, & ꝙ dictus Cardinalis modo stabat in uno loco, modo in alio, secundum eius uoluntatem, nec dedit interrogatoria, ita ꝙ uideretur tacite consensisse non contradicendo, nec consensit, ꝙ in alio loco, q̃ deputato procederetur, nec sciuit, ꝙ iudex remissoriæ cōmisisset alteri, receptionem prætensorum iuramentorum testium, nec dedit interrogatoria pro examinatione eorum, sed solum fuerunt interrogatoria, q̃ tempore decretæ remissoriæ in Romana Curia, procurator eiusdem dederat in Romana Curia, ignorans, ꝙ testes alibi produci deberent, & tamen locus remissoriæ certus apponitur ex mutuo consensu partium & decreto Auditoris, ut sciant partes, ubi comparere debeant, & debet fieri legitima citatio partis, ad uidendum iurare testes, & dandum interrogatoria, ut citatus possit uidere ipsos testes, & dare interrogatoria specialia, iuxta qualitates testium, & quia præfatus iudex nunquam fecit aliquem actum in loco deputato, forte intelligens se, cum aduersario, orator non fecit aliquas reprobationes in partibus, ubi illas omnino fecisset, si aduersarius bene processisset. Vnde hæc uidens obtinuerat committi Auditori causam nullitatis præfatæ remissoriæ. ideo petat orator, committi Auditori, ut prætensis testibus productis, solum prout de iure fidē adhibeat, causam terminet, & debito fine decidat. signatur

Placet arbitrio Auditoris.

XXIX.

Si quis obtinuit, causam literis non confectis committi cum clausula solita, & orator pro suo interesse, in uim specialis commissionis fuit admissus in causa coram eodem Auditore, qui processit ad quam plures actus & iurium, ac testium productionē, & examinationē, citra tamen causæ conclusionē, & aduersarius literas gratiæ suæ hactenus non produxit ideo dubitetur, de ualiditate processus, & iurisdictione Auditoris, & petat orator mādari Auditori, quatenus in huiusmodi causa, ac si a principio, prætē sa commissio per aduersariū, sine illa clausula literis non expeditis obtenta fuisset, testibus, & attestationibus, alias rite, & recte habitis, & examinatis, fide habita, reiteratis terminis unico contextu, & Audientia procedat, & decidat, iustitia mediante. signatur Placet.

XXX.

Si orator, qui obtinuit auocari causam ad Rotam, offerendo iuramentum perhorrescentiæ, obtinuit sententiam in Rota, & eius uigore sequestrum, a quibus est appellatum per aduersarium, & causa appellationis commissa Triuultio, & postea compertum sit, ꝙ iuramentum, perhorrescentiæ nō fuit præstitum coram primo iudice, ante obseruationem terminorum, sed post ante tamen reiterationem terminorum, & cū orator conquereretur cum Notario, præsente quodam Simone Romano procuratore, & Notarius dixit se aptaturum dictū Regestrum antequam subscriberet, & authenticaret, postea Notarius se absentauit a Romana Curia absq; eo, ꝙ dictū Regestrum aptauerit, & authenticauerit. Modo utraq; parte instante pro iustitia, non potest fides adhiberi Regestro non authenticato tanq̃ simplici scripturæ. ideo petat orator mandari Auditori, ut reiectis quibuscunq; nullitatibus, & reseruatis expensis in fine litis, attenta Notarii culpa, reiteratis terminis unico contextu &c. fidem testibus cum interrogatoriis examinatis, & iuribus productis adhibeat, & causam super negocio principali, pro parte fouente iustitiam decidat. signatur.

Placet. Aduerte, ꝙ ista signatura, uidetur aliquantulum dura & in illis uerbis, quibuscunque nullitatibus aliter non restrictis tamen postea in alia supplicationę eiusdē, reperi ꝙ post illud uerbum nullitatibus, sequitur, iurisdictionem non tāgentibus, quæ uerba fuerunt addita in signatura.

XXXI.

Si orator aduersarius, cõtra quem est obtenta supra proxime commissio dicat esse alias nullitates processus, q̃ dicti iuramenti perhorrescentiæ ommissi, & ꝙ dictus Simõ est procurator aduersarii, cui non creditur quia agitur de tollenda nullitate eo procurante, & ꝙ prætensis probationibus etiam aliis ex causis, nulla est fides adhibenda. Ideo petat, mandari Auditori, ꝙ constito sibi, ꝙ dictus Symon sit procurator aduersarii, aliæq; nullitates resultent, procedat super nullitatibus dicti sequestri, & causam terminet, dicta commissione non obstante. signatur

Placet, ꝙ stet præinserta refectis expensis.

XXXII.

Si orator, qui obtinuit committi Auditori secundæ instantiæ, ut reiectis nullitatibus processus primæ instantiæ de nouo procederet, dicat non posse exhibere processum de partibus, quia in reuolutione status Mediolani, libri processus, & prothocolla Notariorum, fuerunt igne combusta & difficile esset, testes coram primo iudice in curia citato procuratore aduersarii, & interrogatoriis examinatis, iterum propter eorum absentiam, a Romana Curia reperire, & reproducere, Ideo petat committi Auditori, ut in causa, & causis huiusmodi, etiam summarie &c. procedat, fidemq; testibus, & iuribus productis, si alias rite &c. adhibeat, illamq;, siue illas, ac si processus de partibus fuisset productus, super negocio principali, pro parte fouente iustitiam. Aliis præterq̃ ex defectu iurisdictionis nullitatibus ex toto processu resultantibus non obstantibus, terminet, & decidat, omnesq;, & singulos terminos, nulliter, aut male tentos, unico contextu, & audientia reiteret &c. signatur

Placet constito de assertis. Aduerte ꝙ hic nihil dicitur de refectione expensarũ, quia in supplicatione narrabat obtinuisse propter paupertatem reseruari expensas in fine litis.

XXXIII.

Si orator qui obtinuit committi causam, literis non cõfectis, cum clausula solita &c. cuius uigore, citatio est exequutioni mandata, dicat supplicationem gratiæ, postea fuisse reformatam, propter quandam clausulam, quæ deficiebat, propter quam reformationem. Data literarum efficitur post impetrationem dictæ commissionis, cum non sit sub data prioris supplicationis, propter qđ de uiribus commissionis dubitatur, ideo petat mandari Auditori, cui prius fuerat causa commissa, ut constito sibi, ꝙ prima supplicatio dictæ gratiæ præcesserit commissionem sibi factam, in causa procedat &c. non obstantibus quibuscunque. signatur

Placet.

XXXIIII.

Si orator non facta mentione, de commissione supra proxime contra eum obtenta, petat committi Auditori causam nullitatis commissionis impetratæ, literis non confectis, & processus eius causa sequuti. signatur Placet.

XXXV.

Si idem orator dicat dubitari, an uigore supra proxime per eum obtentæ, possit idẽ Auditor pronunciare beneficium non esse litigiosum, & aduersarium, in expensis condemnare, ideo petat mãdari eidem Auditori, ut si sibi constiterit de nullitate dictæ commissionis, oratorem ab instantia absoluat, & beneficium non esse litigiosum, quo ad aduersariũ declaret. signatur Placet.

XXXVI.

Si orator, qui impetrauit ut supra tertiã, dicat aduersarium, qui impetrauit duas supra proxime commissiones, non fecisse mẽtionem de sua impetrata, cuius tenorẽ narret. Ideo petat, committi Auditori eidem, ut si sibi constiterit summarie, & sine figura iudicii ut supra tertia, & ꝙ orator, literas gratiæ dictæ reformationis postea factæ ante terminum ad articulandum expediuerit, & in causa præsentatæ fuerint, ut mandabatur in eius commissione &c. in causa negocii principalis procedat, & terminet dictis commissionibus supra proxime non obstantibus, signatur

Placet.

XXXVII.

Si orator obtinuit cõmitti causam in Rota, cuius uigore habuit compulsoriã, & aduersarius citatus, & quia timet commissionem nullam fore uitio subreptionis, quia nõ fecit mentionem de litis pendentia in partibus, & totum processum faciendũ per hoc nullum, & processus agitatus in partibus uigore compulsoriæ extractus, sit penes au

ditorem,& iudex in partibus cessauit procedere. Ideo petat causam huiusmodi euocari de partibus,& eidem Auditori committi, eiq; mandari,ut in causa, & causis huiusmodi,ulterius procedat, & fine debito terminet,& decidat,si dictæ partes legitime citatæ fuerunt,perinde ac si de litis pendentia in prædicta commissione sibi præsentata,spetialis,& expressa mentio facta fuisset, ipsæq; causæ in partibus pendentes aduocatæ & tunc sibi commissæ fuissent. signatur Placet.

XXXVIII.

Si orator dicat,requisiuisse aduersarium in partibus,ut dimitteret beneficium suum, in quo intrusus est, a qua requisitione aduersarius appellauit,& causam appellationis, cum negocio principali in Rota committi fecit,& fuerũt coram Auditore seruati omnes termini substantiales, & quia asseritur, dictum Aduersarium esse minorem, ideo petat orator,mandari Auditori,causam cognoscendam,& decidendam cum potestate in Romana Curia,& extra eam, curatorem,seu curatores ad causam huiusmodi, dicto aduersario etiam absenti, prout iuris fuerit deputari mandandi,& faciendi, uel deputandi,ipsumq; aduersarium, & deputatum curatorem in dicta Romana Curia, & extra eam,totiens,quotiens fuerit opportunum citandi,& omnia in præmisis,& circa præmissa agendi.signatur.

Placet. Aduerte,ꝙ illa uerba etiam absenti fuerunt cassata in signatura,& addita illa uerba ꝑut iuris&c.manu ꝓpria alexãdri ni & tamẽ in multis aliis supplicationibus illa uerba,etiam absenti non fuerunt cassata. Aduerte etiam,ꝙ in præsenti supplicatione non petitur aliqua conualidatio, nec reiteratio actorum.

XXXIX.

Si orator,qui ob non solutionem pensionis obtinuit committi causam, priuationis, super beneficio grauato pensione,contra aduersarium & in ea,ad iurium, & testium ꝓductionem processum hinc inde ꝙ solum quatuor termini,ad docendum paruisse literis apostolicis assignationis dictæ pensionis,contra aduersarium seruati sunt,& dubitatur. An Auditor possit etiam in causa adiudicationis beneficii absq; alia obseruatione terminorum procedere. Ideo petat orator mandari Auditori,ut seruatis terminis, in beneficialibus causis seruari solitis unico contextu, & audientia, ad decisionem causæ,& causarum,tam super declaratione incursus censurarum, & pœnarum in literis pensionis contentarum, q̃ adiudicationis eiusdem beneficii procedat.signatur. Placet.

XL.

Lata sententia diffinitiua super exequutione laudi in partibus contra oratorem, & pro Stephano, & quibusdam leprosariis, fuit pro parte oratoris appellatum,& causa appellationis commissa in Rota, D. Io. Vanulio,qui decreuit citationem ad partes,cuius uigore,Stephanus fuit personaliter citatus,leprosarii uero forte minus legitime citati,& in contumaciam eorundem, termini fuerunt contra eos seruati per contradictas. Deinde pro parte Stephani, & leprosariorum fuit datum mandatum, sed ne de uiribus processus, & sententiæ ferendæ dubitetur, petit orator, ut reiteratis terminis &c. ad confirmationem, uel infirmationem sententiæ latæ. Auditor procedat. signatur

Placet patte legitime citata.

XLI.

Si orator dicat, ꝙ super quibusdam canonicatu,& præbenda,in partibus aliquandiu litigauit,& postmodũ causam de partibus auocari,& committi Domino Episcopo Castellimaris in Rota obtinuisse, & qa dubitatur an D. Episcopus possit cãm expedire sine processu de partibus, & ideo petat cõmitti eidem Episcopo,ut præfigat terminũ competentem parti,aduersæ, ad ꝓducendum dictũ processum, si eo uti uelit,attento ꝙ minime partes releuaret,etiam si de eo constaret,quo elapso,causam huiusmodi,absq; dicto processu expediat. signatur Placet.

XLII.

Si orator dicat,ꝙ in principio litis nõ iurauit de perhorrescentia prout tenebatur uigore commissionis,sed post terminorum obseruationem,ideo dubitari de ualiditate ꝓcessus,& petat committi Auditori causæ, ut reiteratis terminis unico contextu &c. causam perinde ac si iuramentum in primordio litis præstitum fuisset expediat. signatur Placet.

XLIII.

Si orator dicat,aduersarium suum obti-

fuisse committi causam super canonicatu, & præbenda contra oratorem, literis nō ex peditis,& absq; derogatione regulæ, & per ipsum oratorem, coram Auditore, omnes terminos obseruasse, & dubitari posse de ualiditate processus ob non expeditionem literarum aduersarii & ideo petat, ut reitera tis terminis saluo sibi iure opponēdi, quam cūq; nullitatem ex nō expeditione literarū. idem Auditor reiteratis terminis &c. causam huiusmodi decidat, uel si magis placet eidem Auditori committere. Nisi pars aduersa infra decem dies probauerit expediuisse bullas suas, ante terminum ad articulandum, iam per oratorem obseruatum, ex tunc eo elapso pronuntiet se nullam habere iurisdictionem partem aduersam in ex pensis condemnando. signatur

Placet de secunda parte.

Cap. VI. de commissionibus appellationum & executorialibus.

I.

Si petitur, q̧ sententia, debitæ exequutioni demandetur, ponitur in corpore supplicationis, si, & prout ex tenore ipsius sententiæ de iure fuerit faciendum, & signatur

Placet.

II.

Si petatur committi causam appellationis a diffinitiua, ac prætensis litteris exequutorialibus, & decreto earum per Auditorem causæ promulgatarum. signatur

Placet sine præiudicio legitime exequutionis.

III.

Si petatur, q̧ idem iudex Auditor, qui tulit sententiam, a qua dicitur non legitime appellatum, & sic transiuisse in rem iudicatam, constito sibi de re iudicata exequatur, cum potestate aggrauandi, interdicendi, ac Brachium seculare inuocādi &c. literasq; desuper opportunas sub sigillo decerni, q̄ rebelles, & inobedientes quoscunq; arctent, & constringāt perinde ac si sub plumbo ex peditæ forent, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, regula Cancellariæ, qua cauetur, q̧ literæ huiusmodi, alias q̄ sub plumbo expeditæ nullæ sint. non obstantibus &c. signatur Placet.

IIII.

Si orator, qui fuit condemnatus unica sententia per contradictas super beneficio, litteris exequutorialibus decretis, a quibus cum habuit notitiam appellauit, & petit committi causam appellationis, ac si infra tempus decem dierum interposita fuisset, reseruatis expensis in fine litis, attenta paupertate oratoris. signatur.

Placet constito de Paupertate.

V.

Si orator condemnatus ad pensionem, pro qua erat obligatus etiam in forma Cameræ, & constituerat procuratorem ad resignandum, in casu deficientis solutionis fuerit condēnatus ad pensionē, & aduersarius obtinuerit uigore dicti mādati pcuratoris sibi prouideri de beneficio, dicat sententiam latam fuisse ipso nō citato, & in defenso, & appellasse a die notitiæ, & beneficium pro quo fuerat cōstituta pensio ab eo fuisse euictum, quod ab aduersario datum erat, & petat committi causam appellationis, nullitatis sententiæ, censurarum, resignationis, & prouisionum desuper factarum. signatur

Placet parito iudicato, & constito de bono iure.

VI.

Si petatur commissio exequutionis sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, signatur.

Placet, constito de re iudicata.

VII.

Si petatur commissio exequutorialis propter lapsum fatalium. signatur.

Placet constito de re iudicata.

VIII.

Si orator obtinuit committi exequutionem sententiæ, eo q̧ per non prosequutionē transiuit in rem iudicatam. & aduersario eius fuerint dati termini ad probandum de diligentia, intra quos, nihil probauit, quo postea mortuo, alius se in dicto beneficio intrusit. & orator petat reiterationem omniū terminorum unico contextu contra intrusos, & intrudendos, & q̧ dictam sententiam exequatur. signatur.

Placet de reiteratione terminorum, in aliis prout de iure.

IX.

Si orator, qui obtinuit aduersarium grauari &c. usq; ad auxilium brachii secularis, & pdurauerit post per decem menses, & propter fauores in partibus, frater oratoris fuit in eius odium pessime tractatus, & uexatus, ideo petat, ut monasterium de quo

erat

erat quæstio & pro quo in fauorem oratoris fuit iudicatum. supponatur, interdicto. signatur Placet.

X.

Si canonici alicuius ecclesiæ requisiti, per exequutorem, super prætensa prouisione præposituræ ob non paritionem fuerint excommunicati, & appellauerint, petant committi causam appellationis. signatur
Placet sine præiudicio rei iudicatæ.

XI.

Si orator, qui obtinuit exequutoriales cōtra intrusos, & intrudendos, dicat lite pendente, alium se intrusisse, in beneficio. & illi intimauerit exequutoriales, qui a die notitiæ ab exequutoribus & sententia appellauit, & orator petat, quod procedatur, contra illum nec ipse impediatur in exequutione illarum quo ad possessionem. signatur
Placet prout de iure.

XII.

Si orator obtinuit literas exequutoriales contra intrusum, qui mortuus est, in intrusione, eoq; mortuo, alius se intrusit, & petat, quod literæ exequutoriales contra eum mandentur exequutioni, ac si contra eum latæ essent. signatur
Placet. Hic nō narratur, quod aduersarius appellauit ab exequutorialibus, sicut in præcedenti.

XIII.

Si orator appellet ab excessiua taxatione expensarum, & petat committi causam appellationis. signatur
Placet citra præiudicium rei iudicatæ.

XIIII.

Si petatur commissio exequutorialis, cōstito de re iudicata, non obstantibus feriis natiuitatis Domini. signatur
Placet constito de re iudicata.

XV.

Si orator dicat, causam appellationis desertam, ob lapsum fatalium. & petat committi exequutionem primo auditori, qui tulit sententiam, cassantur illa uerba primo auditori, &c. & ponitur auditori, cui causa appellationis est commissa, & signatur
Placet constito de re iudicata.

XVI.

Si orator qui obtinuit ut supra proxime, dicat ignorare, cui causa sit commissa appellationis, & credat non commissam, ideo cum adhuc Regestrum sit penes Notarium auditoris, qui tulit primam sententiā, & petat primo iudici exequutionem committi. signatur Placet.

XVII.

Si orator dicat, anno elapso aduersarios nō paruisse exequutorialibus, & substinuisse censuras, ideo petat prioratum canonicorum regularium uicinum aduersariis, & parrochiales ecclesias eorum interdicto supponi, quia causa est magna, ascendens summam quadringentorum ducatorū. signatur
Placet de parrochialibus, in quibus habitant.

XVIII.

Si orator petat committi causam appellationis interpositæ per ipsum a sententia declarationis censurarum contra eum non intrusum, nec requisitū, nec ad causam uocatum, ob non paritionem literarum exequutorialium contra tertium decretarum lata. ac nullitatis, & attentatorum, cum potestate citandi, inhibendi, & absoluendi. signatur
Placet sine præiudicio legitime exequutionis.

XIX.

Si orator, qui appellauit a sentētia Martini auditoris, fecit committi causam appellationis Petro auditori, & dicat partem aduersariam sub prætextu quod habuit tres conformes obtinuisse mandari exequutionem, & taxationem expensarum. & cōmitti præfato Martino tanquam illi, qui tulit tertiā sententiam, quam orator dicit iniustam & notorie nullam, & quod etiam duæ sententiæ in fauorem aduersarii fuerunt declaratæ nullæ, & reuocatæ, & quod reuocatio transiuit in rem iudicatam, ideoq; prima eius sentētia transiuit in rem iudicatam, ideo petat orator, quia non conueniens sit, quod Martinus sententiam tam aperte nullam, & iniquam exequatur, ut committatur Petro, ut in causa procedat, & constito sibi de re iudicata unius, uel alterius, illam exequatur. signatur Placet.

XX.

Si orator dicat, primo habuisse duas sententias pro se, & quæ postea fuerunt annullatæ, & reuocatæ. deinde habuisse tertiam sententiā confirmantem duas suas primas, & reuocatoriam sententiæ latæ in fauorem aduersarii, a quarum ultima, pars appellauit, & obtinuit committi Domino Castelli

maris,& orator dicit,se habuisse tres senten tias,nec licere tertio prouocare, & petat cõ mitti iudici qui tulit tertiam sententiam, ut exequatur,signatur

Placet, ꝙ committatur Domino Castellimaris.

XXI.

Si orator dicat, se obtinuisse sententiam ab Episcopo Cenetẽsi Auditore Rotæ,cõtra aduersarium,a qua licet prætendat aduersarius appellasse,& causam appellationis commissam Domino Castellimaris,& inde,dictus Episcopus Cenetensi, seruatis terminis seruandis,uigore commissionis expensas taxauit,& literas exequutoriales decreuit,& ideo petat, ꝙ mandetur Domino Castellimaris,cui cã appellationis est commissa,ut inhibitionem, per eum dicto Episcopo Cenetensi factam, moderetur, sine præiudicio legitimæ exequutionis. signatur

Placet.

XXII.

Si orator,qui habuit sententiam pro se, in partibus, quæ ex eo, ꝙ non est aduersarius leum prosequutus, infra terminum sibi a iudice datum,ad eam introducendã,transiuit in rem iudicatam,licet causa appellationis alteri iudici in partibus cõmissa fuit, & deinde illi eidem mandatum,ꝙ constito de legitimo impedimento,non obstante dicto lapsu termini,ac ꝙ sententia,ut præfertur transiuerit in rem iudicatam,in negocio principali procedat,& quia coram eo, aduersarius nunquam docuit de legitimo impedimento. Ideo orator coram dicto iudice pro exequutione rei iudicatæ institerit, qđ quia sibi denegatum fuit,appellauit; & qa non sperat, consequi iustitiam in partibus, prout iurare paratus est, petat causam appellationis committi in Rota, & mandari auditori Rotæ ꝙ constito sibi de re iudicata,sententiam prædictam exequatur,& exequutoriales decernat &c. signatur

Placet.

XXIII.

Si orator petat mandari Auditori, ut literas exequutoriales concessas,contra quendam,qui lite pendente, se de beneficio intromisit, ut per edictum illas exequatur, quia ad eum,tutus non pateat accessus, signatur Placet.

XXIIII.

Si orator dicat,aduersarium, qui allegãdo paupertatem,& ꝙ dimisit possessionem, fuit admissus ad prosequutionẽ causæ non obstante re iudicata, non uerificasse contenta in eius commissione, nec possessionẽ dimisisse,ideo petat,illi præfigi terminum,arbitrio auditoris moderandum, infra quem, nisi uerificauerit contenta in eius commissione,ꝙ procedatur ad exequutionem exequutorialium &c. signatur Placet.

XXV.

Si orator dicat,fuisse aduersarium excõmunicatum,& deuentum usq; ad inuocationem brachii secularis de mense Maii ꝓxime præteriti,ideo petat poni interdictum in ecclesia cathedrali,in qua habet præposituram,& in ecclesia collegiata, in qua habet canonicatum,& ꝙ mandetur eius aduersario,sub pœna priuationis omnium, & singulorum beneficiorum,præposituraram, & canonicatuum suorum, debeat paruisse infra certum terminum statuendum, infra quem,si paruisse non docuerit, auditor declaret,illum incidisse in pœnam priuationis suorum beneficiorum. signatur

Placet de interdicto in ecclesia collegiata, in qua est canonicus.

XXVI.

Si orator,qui habuit sententiam pro se, super attentatis contra aduersarium, q appellauit,qui forte cõsiderans eam friuolã,liti,causæ,ac possessioni huiusmodi cessit,& eam relaxauit,& orator dicat se dubitare etiam stante dicta cessione, & relaxatione non posse assequi possessionem dictorũ bonorum citra incursus attentatorum, & petat ut auditor taxet expensas in causa factas,& exequutoriales in forma solita decernat,eundemq; oratorem in possessionem induci mandet. signatur Placet.

XXVII.

Si oratrix,quæ est uidua, & reportauit sententiam contra se super attentatis, cum condemnatione fructuum, & expensarum, a qua appellauit,deinde liti cessit,dimittendo,& relaxando iudicialiter possessionem, data aduersario facultate, & libera potestate,illã apprehendẽdi,saluo sibi iure proprietatis,dicat se habere bonum ius in principali,s. in petitorio,petat committi auditori, ut constito sibi de uiduitate, & paupertate,ac de ipsius possessionis relaxatione, quo ad prætensos fructus,qui nõdum sunt liquida

ti,& expensis in fine litis reseruatis,causam super principali procedendo ressumant.signatur Placet.

XXVIII.

Si ad instantiam illius, qui habuit rem iudicatam, contra intrusum in beneficio, non parentem declaratum &c. & propter eius contumaciam, fuit uentum ad interdictum ecclesiæ collegiatæ, in qua aduersarius erat canonicus, in regno Vnghariæ, seu Boemiæ,& Cardinalis protector illorũ regnorum dicat, ꝙ in partibus illis sunt permixti Christiani Chatolici, cum Boemis, & Hæreticis.& ꝙ si illud interdictum seruetur,erit magnum periculũ, ne aliqui Christiani,cum Boemis,& hæreticis ad hæreãt, & ne maiores hæreses pullulent. Ideo petat Cardinalis orator, propter multa scandala euitanda,in partibus illis, ut illud interdictum relaxetur.signatur

Placet constito de assertis.

XXIX.

Si orator,contra quem est signata præinserta proxima,dicat in dicta ciuitate,ubi est dicta ecclesia collegiata, nec circum ultra dictam non pulalare hæreses, nec ibi patiũtur morari hæreticiũec sectæ Boemorum, ideo petat interdictum reponi, attento maxime pertinacia aduersarii,ut ex literis eiusdem in iudicio productis, & recognitis apparet,uel si magis placet, ꝙ moneatur aduersarius sub pœna omnium beneficiorum ut infra certum terminum, arbitrio iudicis statuendum,ut doceat se paruisse in totum exequutorialibus, & ꝙ Canonici utriusq; ecclesiæ tam cathedralis, q̃ collegiatæ, in quibus aduersarius est canonicus, moueantur ad expellendum dictum aduersarium, & ad auferendum fructus beneficiorum, q̃ in dictis ecclesiis obtinet,cum comminatione contra canonicos præfatos,ꝙ nisi paruerint,contra eos apponetur interdictum,& ꝙ interim auditor causæ sequestret fructus beneficiorum suorum,signatur

Placet de secunda parte, & ista secunda non erat in supplicatione sed fuit apposita in signatura.

XXX.

Si orator,qui obtinuit tres sententias conformes,quarum ultima per Dominum de Accoltis lata est & a quarum tertia aduersarius appellauit,licet nõ ponent dicat D. de Accoltis,cui causa commissa fuit taxationis expensarum,& exequutorialium dedisse parti aduersæ apostolos reuerentiales, quatenus a sententia per ipsum ultimo loco appellare posset,& deneget oratori taxationem expensarum, & exequutorialiũ decretum,a quibus denegatione, & apostolorum reuerentialium dilatione orator appellauit, & petat committi appellationem illi auditori,cui ultimo loco appellatio a tertia sententia commissa fuit, cum potestate, ut constito sibi de huiusmodi re iudicata, aut ꝙ dictus aduersarius appellare non potuit, etiam causis appellationis huiusmodi, & grauaminis ommisis. Assumptis sibi,duobus,aut tribus ex coauditoribus,etiam feriis de mense augusti non obstantibus, & ter in Hebdomada,in diebus in quibus procederetur,si feriæ non essent,expensas taxet &c. & sententias pro oratore latas, debitæ exequutioni mandet,& exequutoriales decernat.&c.signatur Placet.

XXXI.

Si Antonius orator,qui obtinuit rẽ iudicatam,pro se contra Petrum, qui iterũ fuit admissus ad ꝓsequendã causam corã Martino auditore,reseruatis expensis, & fructibus in fine litis,cõstito de paupertate, & parito iudicato,quo ad possessionẽ,petat orator præfigi terminũ arbitrio iudicis moderãdũ,ad uerificandũ narrata in sua cõmissione,alias ꝙ auditor procedat ad declarationes,& totalẽ exequutionẽ.signatur Placet.

XXXII.

Si Petrus,qui habuit, ut prætenditur rẽ iudicatã, contra se non facta mentione de præcedenti cõmisione, per eũ obtẽta,dicat Antoniũ eius aduersariũ,uigore rei iudicatæ per eũ prætensæ,fecisse taxari expensas, & obtinuisse exequutoriales, & illũ possessione dicti beneficii spoliasse,& petat alicui alteri auditori causam committi dicti spolii,& nullitatis dictarum censurarũ, & exequutorialium &c.signatur

Placet sine ꝑiudiciolegitime exequutionis.

XXXIII.

Si Antonius orator,qui habet rem iudicatam pro se, contra quem Petrus aduersarius obtinuit commissionem supra proxime,dicat, quia Petrus non uerificauit, q̃ tenebatur ut supra,cã diffugii obtinuit præcedẽtem ideo petat orator,ꝙ cõmittatur dicto Martino auditori, cui fuit prima cõmissio per petrũ præsentata,& corã quo orator

comparuit, ut præfixo eidem aduersario, aliquo breui peremptorio ad uerificandum, & colorandum, suam ultimam commisionē supra proxime quam nisi uerificauerit, ad ulteriora procedat, partibus iustitiam faciēdo. Non obstantibus supra proxime commissione, nec inhibitione, eius uigore facta, præsertim cum in narratis in prima commissione aduersarii, euidenter colligatur, stante re iudicata, & exequutorialibus, aliquod spolium, minime fuisse commissum. signatur

Placet, ꝙ omnia committantur eidem magistro Martino.

XXXIIII.

Si orator dicat, aduersarium, dimisso ꝑcuratore oratoris, qui præsentauerat mandatum, & protestatus fuerat, ꝙ nihil fieret eo non uocato, alium procuratorem, in mādato contentum, qui nō acceptauerat onus causæ, & (ut creditur) se procuratorem oratoris ignorabat, nec officium procurationis exercebat, ad concludendum, & audiendū sententiam, in ultima audientia citauit, sententiam in sui fauorem decepto, ut creditur Auditore, reportasse, a qua, cum ad notitiam procuratoris deuenisset, a die notitiæ infra decem dies appellauit, & causa appellationis Triuultio commissa, & Aduersarius prætendens sententiam transiuisse in rem iudicatam, obtinuit cōmisionem exequutionis. Ideo orator petat committi Triuultio, ut ad causæ expeditionē procedat. Ne prætextu dictæ fraudis expeditio causæ impediatur, & si prædicta sententia transiuit in rem iudicatam, ipse exequatur, signatur

Placet & constito de re iudicata.

XXXV.

Si orator dicat, se obtinuisse sententiam in sui fauorem, contra omnes sua interesse putantes, amoto quolibet a beneficio illicito detentore, quæ transiuit in rem iudicatam, & petat committi eidem Auditori, quatenus sententiam, & omnia, in ea cōtenta exequatur, literas exequutoriales decernendo. signatur Placet.

XXXVI.

Si orator de quo supra proxime dicat lite pendente, quendam se intrusisse in dicto beneficio, & adhuc in eo intrusum esse, nec ad eum patere tutū accessum pro exequutorialibus decretis intimandis, & petat committi Auditori, ut constito sibi summarie, & ēt extraiudicialiter de non tuto accessu, literas exequutoriales per edictum publicum in Romana Curia, & extra, exequi mandet, & in euentum non paritionis &c. declaret &c. signatur Placet.

XXXVII.

Si orator, qui reportauit sententiam contra se, & exequutoriales, cum condemnatione fructuum, & expensarum, dicat se offerre satisfacturum de expensis, dummodo reseruatis fructibus, quorum liquidatio facta non fuit, donec illi liquidentur, & petat, ꝙ super principali procedatur, præstita cautione de satisfaciendo de fructibus, postq̄ liquidati fuerint. signatur

Placet, ista non fuit signatura R. D. Alexandrini sed R. Sancti Petri ad Vincula, ideo postea reformatur per Alexandrinum ut statim in proxima sequitur.

XXXVIII.

Si orator, contra quem fuit impetrata supra proxime commissio, dicat non esse deueniendum ad præstationem cautionis, ex quo fructus liquidati sunt, & de illorū quātitate, & ualore apparet Auditori, ideo petat, mandari Auditori, ut constito sibi ex actis, & probationibus, de quantitate, & ualore fructuum, & ꝙ de illis aduersarius non satisfecerit, & ꝙ liquidati fuerint, ad declarationem incursus censurarum, pro ut iustū fuerit procedat, prædicta commisione non obstante. signatur

Placet. Hæc fuit signata per Alexandrinum, & signatura addidit illa uerba, & ꝙ liquidati fuerit, & illa prout iustum fuerit.

XXXIX.

Si orator, qui impetrauit ut supra secundam, qui tamen nō facit mentionem de cōmisione supra proxime per aduersarium impetrata, dicat uoluisse soluere expensas aduersario, qui noluit acceptare, ut staret semper in possesione, ideo orator dicat, illas deposuisse, ac etiam obtulisse idonee cauere de fructibus soluendis, postq̄ fuerint liquidati. Ideo orator petat committi Auditori, ut constito sibi de præmisis, ac præstita per oratorem idonea cautione, de satisfaciendo de fructibus, soluendis, postq̄ liquidati fuerint, ad expeditionem causæ, & negocii principalis, una cum dicta liquidatione coniunctim, uel diuisim, prout sibi magis uidebitur, ad ulteriora, partibus iustitiā mi-

nistrando procedat.signatur Placet.

XL.

Si aduersarius,conquerendo de supra ꝓxime commissione,dicat partem aduersam hoc confingere,& quod per plures menses, ante dictas commissiones obtentas liquidati fuerunt fructus,ideo petat,mandari Auditori,ut constito sibi simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii etiam ex actis,ꝙ fructus huiusmodi fuerint liquidati,dudum ante dictas commissiones,aduersarium,ad satisfaciendum de dictis fructibus,iuris remediis, prout iustum fuerit,cogat,& compellat,& successiue in causa negocii principalis,& non ante procedat. signatur

Placet. Aduerte,ꝙ illa uerba, prout iustū fuerit fuerunt addita in signatura.

XLI.

Si orator dicat,se possidere beneficium, & uigore literarum exequutorialium, in fauorem aduersarii decretarum, in quibus ipse non est comprehensus, nec nominatus, ꝙ est requisitus ab exequutore, ut aduersarium ponat in possessionem, & ipse appellat,& petat committi causam appellationis.signatur Placet.

XLII.

Si orator,contra quem fuit impetrata supra proxime commissio, multis narratis,in effectu dicat obtinuisse,rem iudicatam contra alios aduersarios,& exequutoriales,& lite pendente,aduersarium de quo supra, se intrusisse in beneficio. Ideo petat mandari Auditori Triuultio, cui causa appellationis de qua supra est commissa, & qui inhibuerat &c. ut uigore supra proxime commissionis,sine præiudicio legitime exequutionis,& non aliàs procedat, ac inhibitionē prædictam sine ipso præiudicio moderetur. signatur Placet.

XLIII.

Si idem orator, qui obtinuit commissionem supra secundam, dicat se molestari uigore dictarum literarum exequutorialium, in quibus non est nominatus a Domino de Accoltis Auditore,qui illas decreuit, quū ipse in dictis literis exequutorialibus minime comprehēdatur,& petat committi Auditori Triuultio, cui fuit commissa causa ut supra, ꝙ Auditor dictam causam exequutionis dictarum prætensarum exequutorialium,& in euentum, ꝙ exequutionem mereantur,illas exequatur,tanq̄ si ab initio talis exequutio sibi commissa fuisset. alioquin procedat iuxta commissionem supra secundam.signatur Placet.

XLIIII.

Si primus,& secundus agant contra tertium intrusum in beneficio, & lata sententia in fauorem primi contra secundum, & tertium,quæ quo ad tertium tantum possessorem transiuit in rem iudicatam, & non quo ad secundum. Et primus nunc orator, petat decerni exequutionem dictæ sententiæ,& expensas taxari,& omnia,& singula in dicta sententia contenta exequutioni mādari dictum tertium concernentia. signatur Placet. Illa uerba, dictum tertium concernentia fuerunt per signaturam addita.

XLV.

Si orator dicat,ꝙ capitulum, & canonici alicuius ecclesiæ,contra quos sunt decretæ exequutoriales propter rem iudicatam, & qui propter paupertatem petierunt se admitti ad beneficium c.odoardus & qui ut orator asserit nihil probant, sed dicunt causa fugiendæ exequutionis, & petat mandari Auditori,quatenus præfixo aliquo termino suo arbitrio ad hoc probandum &c.quo elapso,in euentum non legitime probationis,ad ulteriorem exequutionem, prout iustum fuerit procedat.signatur Placet.

XLVI.

Si oratores præsbiteri,qui asserunt, eo ꝙ fecerunt processiones in quodam Castro, ut Deus eos liberaret a talpis, comedentibus omnes eorum uineas, ab eorum Episcopo Nuscanensi, fuisse incarceratos, & excōmunicatos,& coactos,ad euitādos carceres,soluere qngētos,ducatos a quibus omnibus appellarunt ad Archiepiscopū Salernitanum, eorum Metropolitanum, qui primo fecit declarationem in eorum fauorem, postea propter fauores aduersarii illam reuocauit,a qua etiam appellarunt,& petant committi in Rota causam omnium nullitatum,& appellationum &c.signatur

Placet sine præiudicio legitime exequutionis. Aduerte quomodo fuerint appꝯ sita illa uerba sine præiudicio &c. cum non fieret aliqua mentio, nec de tribus sententiis nec de re iudicata.

XLVII.

Si orator qui obtinuit rem iudicatam, & exequutoriales,& ob non paritionem litera-

rum exequutorialium, huiusmodi negocii declarationem, coram Domino de Flores instruxit. & dicat aduersarium, & ad diffugiendum exequutionem causæ declarationis huiusmodi fecisse causam committi alteri iudici super molestatione, & inhiberi, licet eius procurator coram Domino de Flores cõparuerit, & petat orator mandari Domino de Flores, ut illo non obstante, in causa declarationis, ad ulteriora procedat. signatur Placet.

XLVIII.

Si orator, qui obtinuit usq; ad inuocationem brachii secularis contra aduersarios comites in Germania, qui indurauerunt per quinque annos, & postea obtinuit poni interdictum in stant oppido supposito Domino dictorum comitum iam per quindecim menses. & adhuc non paruerunt, ideo orator petat supponi interdicto Ciuitatem Viennẽsem, & cathedralem ecclesiam & alia Monasteria, & capellas dictæ ciuitatis &c. signatur

Placet de interdicto in una ecclesia conuentuali.

XLIX.

Si orator, qui obtinuit causam committi in Rota D. Iacobatio, dicat propter potentiam aduersarii a iudicibus in partibus coacti, certo modo compromittere in aliquos, & huiusmodi liti, & causæ in curia pendẽti renunciare, & compromissarii infra tempus non pronunciarunt, & sic compromissum ipso iure extinctam ideo petat orator, committi eidem, ut procedat iuxta formã primæ commissionis. signatur

Placet.

L.

Si orator, contra quem fuit obtẽta supra proxime commissio, dicat se habere aduersarium in forma cameræ obligatum, & illum ad differendam exequutionem, fecisse committi causam in Rota, ideo petat mãdari eidem Auditori, ut exhibito coram eo dicto instrumento in forma Cameræ procedat, & procedi permittat eo modo, & forma, quibus procedi consueuit coram Auditore Cameræ super instrumentis in forma Cameræ. signatur

Placet.

LI.

Si orator, contra quem aduersarius obtinuit committi in Rota, ut Auditor, attenta obligatione in forma Cameræ procederet, prout Auditor Cameræ in similibus procedere consueuit. Deinde se esse in casu absolutionis, & petat attenta commissione, de qua per aduersarium impetrata, mandari Auditori, ut absque alia terminorum obseruatione, ad absolutionem, uel condemnationem procedat. signatur Placet.

LII.

Si orator, qui habuit duas sententias, & exequutoriales propter transitum in rem iudicatam, & quia aduersarius latitabat, obtinuit committi Achilli, ut etiam per edictum, constito de non tuto accessu, dictas exequutoriales exequutioni mandet. Modo orator dicat, ꝙ eo quia uacationes generales in dictæ fuerunt, aduersarius non sine dolo, ad impediendam exequutionem rei iudicatæ, causam nullitatis prætensæ dictarum duarum sententiarum, & exequutorialium committi fecit Vanulio, qui inhibuit Achilli, ideo petat orator, mandari Achilli, ut præmissis non obstantibus, dictas literas exequutoriales etiam per edictum, constito de non tuto accessu &c. iuxta formam dictæ commissionis exequi mandet, & faciat. & si postmodum de nullitate dictarũ duarum sententiarum sibi constiterit, illas annullet, & reuocet, alias facta dictarũ exequutorialium exequatur, ad declarationem censurarum contra aduersarium procedat, feriis non obstantibus. signatur

Placet de legitima exequutione, feriis non obstantibus.

LIII.

Si orator qui habuit tres sententias conformes pro se, cum fructuum, & expensarũ condemnatione contra aduersarium, & postea aduersarius restitutus ad prosequendã causam obtinuit similiter tres sententias ꝓ se, cum simili condemnatione fructuum, & expensarum post restitutionem factarũ contra ipsum oratorem, & petat orator, attento ꝙ sibi debentur fructus, & expensæ ex pari causa iudicati, sicut aduersario, mandari Auditori, cui causæ exequutio mandata est, ut quatenus compensatis hinc inde fructibus, & expensis pro modo debiti declarati in eo, ꝙ altera partium apparuerit obligata, ad satisfactionem eum cogat. signatur

Placet prout de iure.

LIIII.

Si orator dicat, etiam facta cõpensatione

de qua supra in præcedenti commissione manere debitorem aduersarii circiter quadraginta ducatos, & propter eius inopiam petat admitti ad Alternatiuam miserabiliũ beneficiorum, signatur

Placet. Aduerte ꝙ ad supplicationem fuerunt addita illa uerba; pro ut iuris fuerit, q̃ reperiuntur etiam cassata, de quo miror, qa quasi sem p signatura solet esse in simili casu, placet prout de iure.

L V.

Si petatur cõmitti Auditori potestas relaxãdi interdictum ecclesiasticum in ciuitate, & ecclesia cathedrali positum, si, & pro ut de iure uidebitur faciendum. signatur

Placet.

L V I.

Si petatur ad tollendum dubium iurisdictionis &c. & obuiandum scandalis, committi Auditori informato, ut interdictũ ecclesiasticum speciale ciuitatis, quatenus de iure fuerit relaxandum relaxet & si dubiũ, uel difficultas in hoc occurrerit, ex nunc arbitrio suo, illud simpliciter, uel ad tẽpus, sub modo, uel conditione &c. relaxet &c. signatur

Placet prout de iure.

L V I I.

Si orator dicat, sempronium, super quodam canonicatu obtinuisse cõtra titium rẽ iudicatam, cum condemnatione &c. & etiã literas exequutoriales contra eum, & dictũ sempronium, licet admissus fuerit per capitulum, tamen non habuisse fructus, sed per canonicos semper datos Titio, & mortuo sempronio aliter possessione nõ habita, orator fuit in eius locum subrogatus, & alter se intromisit in beneficio, & petat orator mandari eidem Auditori, penes quem acta, & Regestrum causæ existunt, ut constito sibi etiã summarie, & extraiudicialiter de prædictis, aut saltem quantum sufficiat, præfatos canonicos, & capitulum, ac singulas ꝑsonas eiusdem ac dictum intrusum, omnesq; alios intrusos, & intrudendos dicti canonicatus, ac fructuum & prouentuum, & omnes alios, ad quos solutio dictorum fructuum spectat, quatenus ipsi canonici & intrusus, occupatoresq;, possessionem realem, & corporalem dicti canonicatus, ac eius prouentuum, uacuam, & liberam eidem oratori seu eius procuratori dimittere, & relaxare, dicti uero canonici illum admittere &c. ac de ipsis fructibus oratori respondere infra unum competẽtem terminũ, ꝑ Auditorẽ præfigendum sub cẽsuris, & pœnis pecuniariis &c. Nec non ut infra alium cõpetentem terminum, ipsum auditorem de paritione huiusmodi certificasse habeant, & quilibet eorum debeat sub eisdem pœnis &c. censuris &c. paruisse respectiue moneat in Romana Curia, uel extra, literasq; exequutoriales in euentum non paritionis contra eos decernat &c. signatur

Placet.

L V I I I.

Si orator petat causam appellationis, & appellationem, nullitatis, & nullitatum, & desertionis earundem pro parte aduersarii interpositarum aduersus sententiam in fauorem oratoris latam, & petat eas committi alicui alteri Auditori, cum potestate in euentum ꝙ dicta appellatio deserta sit, & quod sententia transiuerit in rem iudicatã, ꝙ omnes expensas taxet &c. & exequatur &c. & sequestrum appositum in fauorem oratoris tollat &c. signatur

Placet.

L I X.

Si orator dicat, se aduersario condemnatum in uiginti ducatis, pro expensis, & aduersarium sibi pro quinquaginta taxatis, & liquidatis, & aduersarius cogat oratorem, ad solutionem dictorum uiginti, orator uero petat committi Auditori exequenti, ut dictos uiginti ducatos, in quibus oratori aduersario teneri prætenditur, cum illis quinquaginta sibi debitis, in qbus dictus aduersarius est sibi condemnatus pro expensis, & qui taxati, moderati, & liquidati sunt, uerbo solum, & duntaxat, etiam absq; obseruatione terminorum substantialium, compenset &c. signatur

Placet.

L X.

Si orator, qui obtinuit sententiam, & exequutoriales pro se, contra aduersarium, dicat illas intimari fecisse aduersario in partibus tamen propter penuriam testium, orator, qui iam dictas literas exequutoriales in actis repetiit, & quatuor terminos consuetos cõtra ꝓcuratorẽ aduersarii, ad docẽdũ, dictũ aduersariũ literis exequutorialibus paruisse, nõ cõfidit, posse facere recognosci instrumentum intimationis dictarũ exequutorialium aduersario factæ, & dicat orator

ꝙ constare poterit aliter, q̃ per dictum instrumentum intimationis, quod per plures menses, ante obseruationem dictorum terminorum, dictæ literæ ad notitiam aduersarii peruenerunt, ideo petatur mandari Auditori, qui dictas exequutoriales decreuit, & coram quo, dicti termini seruati sunt, committi, ut constito sibi, ꝙ dictæ literæ, ad notitiam aduersarii, per plures menses, ante obseruationem dictorum terminorum decreuerint. in causa huiusmodi exequutionis, ulterius procedendo, dictum aduersarium ex communicationis maioris, & alias ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, in exequutorialibus contentas, incidisse declaret, aggrauet &c. iuxta formam ipsarum litterarum exequutorialium, & prout de iure fuerit faciẽdum, perinde ac si dictæ literæ exequutoriales apparerent eidem aduersario intimatæ. signatur

Placet, quatenus peruenerint ad Notitiã.

LXI.

Si orator in causa Depositi dicat, habuisse sententiam in eius fauorem, & in uim cõmissionis literas exequutoriales, sed de Decreto literarum exequutorialium dubitatur ex eo ꝙ de diligentiis appellationis a dicta sententia, quæ dicebatur non prosequuta, non apparet in capsetta commissionem, & etiam inhibitio' fuit facta per Auditorem Rotæ, cui causa appellationis commissa erat post Decretum literarum exequutorialium, ante tamen declarationem, & quia aduersarius, nunquam docuit de dictis diligẽtiis coram iudice a quo, ut orator frustraretur, ideo ad euitandas expensas petat orator, mandari dicto Auditori, cui causa appellationis fuit commissa, ut constito sibi, de desertione appellationis, a dicta sententia interpositæ, & ꝙ sententia prædicta transiuerit in rem iudicatam, cum dictis literis exequutorialibus, ut præfertur decretis, & intimatis, seruatis terminis seruari solitis, & dicto aduersario, eisdem literis, non parenti, præfatum aduersarium, declaret, aggrauet &c. Alias iuxta formam, & tenorem dictæ commissionis, exequutoriales præfato iudici a quo præsentatæ, attento ꝙ agitur de causa depositi. & aduersarius habet procuratorem in Curia, qui acceptauit. signatur

Placet, ꝙ de nouo exequutoriales decernãtur constito de re iudicata.

LXII.

Si orator, qui obtinuit supra proxime, dicat si de nouo exequutoriales cõcedi opporteret, & aduersarium, & ipsum, duplici expensa grauari, & aduersarium fuisse in culpa, qui de diligentia non docuit ante decretum exequutorialium. Ideo petat orator mandari Auditori, ut sibi constito de re iudicata, cum eisdem exequutorialibus iam Decretis contra aduersarium, iuxta formã, & tenorem præinsertæ procedat. Vel si magis placet constito de re iudicata, ac de nouo intimatis eisdem literis nisi infra tempus quindecim dierum, a dicta die intimationis inchoandorum, aduersarius huiusmodi literis exequutorialibus paruerit, seu paruisse docuerit, terminis seruatis unico contextu, ad docendum se paruisse, ad declarationem censurarum in ipsis contentarum, iuxta formam, & continentiam ipsarum literarum exequutorialium procedat, attento ꝙ est causa depositi, & in terris ecclesiæ. signatur

Placet de secunda parte.

LXIII.

Si orator qui obtinuit supra proximas dicat dubitari, an illa uerba, constito de re iudicata, in eisdem apposita, intelligantur, ꝙ constare debeat de re iudicata, tempore decreti dictarum literarum exequutorialium, & nõ tempore præsentationis dictæ ultimæ proximæ. Ideo petat mandari eidem Auditori, ꝙ constito, ꝙ dicta sententia transiuit in rem iudicatam tempore præsentationis dictæ ultimæ commissionis, ad dictarum literarum exequutorialium, dictæq; sententiæ ulteriorem exequutionem procedat, ꝓut in illa secunda eius parte, creditur concessum & mandatum. signatur

Placet. Aduerte, ꝙ illa uerba, prout in illa secunda eius parte, fuerunt addita manu Alexandrini.

LXIIII.

Orator Nicolaus Castellanus cuiusdã Castri, ac illius coloni a quodam officiali in partibus, cui commissa, super solutione cuiusdam census soluendi collegio maiori Artisarum, ob non solutionem dicti census fuerunt excommunicati, a qua excommunicatione, pro parte oratoris, & colonorum fuit appellatum quia petunt committi causam appellationis huiusmodi in Rota, cũ potestate absoluẽdi eosdẽ. signatur Placet.

Cap.

Cap. VII. De reparatoriis causarum.

I.

Si petatur commissio appellationis interpositæ per fictum contumacem, a prætensa diffinitiua sententia lata, contra sua interesse putantes inscio, & non citato oratore, qui iusto, & canonico titulo possedit, per triennium beneficium de quo agitur, signatur

Placet prout de iure.

II.

Si reus condemnatus per tres sententias pareat iudicato quoad possessionem, & obtinens possederit per triennium pacifice, & sit tutus regula de triennali, si tamen succūbes dicatse habere ius in beneficio, & alleget impedimentum infirmitatis, paupertatis &c. & petat admitti non obstante regula, signatur Placet.

III.

Si quis obtinuit tres sententias diffinitiuas contra se conformes super beneficio, & uigore exequutorialium fuerit excommunicatus & dicat iura, & defensiones nō fuisse productas, & sibi bonum ius competere in beneficio, & ob eius inopiam non posse satisfacere condemnationi fructuum, & expensarum, ideo petat, ut iterum causa super dicto beneficio committatur. &c. signatur

Placet, constito de paupertate, & bono iure, & parito iudicato quo ad possessionem.

IIII.

Si orator, prædicto stante proxima præinserta supplicatione, & commissione, petat ut prædicto Auditori committatur, ut ad totalem causæ huiusmodi expeditionem, pro alias fauente iustitiam ommissa pronūciatione aliqua, super surrectione commissionis præinsertæ, pro parte aduersarii impetratæ, diffinitiue uidelicet absoluendo, uel condemnando, prout iuris fuerit procedat. &c. signatur Placet.

V.

Si orator dicat, nō fuisse deductum suū bonum ius, coram Auditore, qui tulit sententiam, contra eum, a qua fuit appellatū, & deserta quia per procuratorem non prosequuta. Ideo petat causam appellationis, iniquitatis, & nullitatis committi &c. non obstanti desertione &c. signatur

Placet parito iudicato.

VI.

Si orator condemnatus etiam super restitutione fructuum, & emolumētorum, & postea acquieuit, quia nullos fructus habuit, petat mandari eidem Auditori, ut assignet terminum eius arbitrio aduersario, ad liquidandum fructus, & emolumenta, quo elapso si non liquidauerit, constito ꝙ orator literis exequutorialibus in aliis paruerit, prout iustum fuerit absoluat. signatur

Placet.

VII.

Si orator, qui habuit sententiam contra se, super beneficio, appellauit, & procurator non est prosequutus causam, & dicat se habere bonum ius in beneficio, ideo petat causam appellationis super beneficio committi &c. ne maneat aduersario beneficium sine titulo. signatur.

Placet, parito iudicato.

VIII.

orator, cōtra quem fuerit obtenta præinserta proxima, petat committi e dem Auditori, ut præfigat aduersario aliquem breuem terminum peremptorium competentē arbitrio suo, ad parendum iudicato, & ad docendum de bono iure suo, & si non paruerit, & docuerit, ex tunc præinsertam cōmissionem, nullam inualidam, & subreptitiam, nullamq; iurisdictionem tribuisse declaret absq; alterius telæ iudiciariæ obseruatione. signatur Placet.

IX.

Si quis petat committi causam nullitatis, & iniquitatis, Decreti literarum exequutorialium. signatur

Placet sine præiudicio legitimæ exequutionis.

X.

Si orator possessor beneficii dicit illud de iure ad se spectare, & in illo bonū ius habere &c. Non obstante, ꝙ aduersarius per audientiam contradictarum obtinuit sentētiam, & exequutoriales pro se, & forte nisus fuerit probare per testes oratorem fuisse citatum, & petat causam appellationis &c. signatur

Placet refectis expensis.

XI.

Si orator, stante præinserta proxima, qui obtinuit dictam sententiam, petat beneficiū sequestrari, iuxta clem. ad compescendas &c. signatur Placet.

XII.

Si orator dicat, se ab aduersario grauiter percussum, qui credens illum moriturum, beneficium illius impetrauit, & in causa in Rota commissa, orator per tres sententias succubuit, & dicat propter paupertatem, & expensas in infirmitate factas non potuisse ius bonum suum defendere. & petat se resti tui ad illius prosequutionem. signatur

Placet constito etiam extraiudicialiter de bono iure &c.

XIII.

Si orator dicat, a iudice in partibus remotis, a quo appellauit datũ sibi fuisse terminum centum dierum ad extrahendum processum, & centum ad se præsentãdum conspectui sedis apostolicæ cui præfixioni orator non consensit, immo tunc uerbo appellauit, & dicit processum infra tẽpus extraxisse, sed ꝙ infra tempus se non præsentauit, propter inopiam, & paupertatem, sed tamen infra dictum tempus, procuratorem ad causam prosequendam constituit, qui infra annum, causam debite fuit prosequutus. Et ideo orator, quia dubitat, sententiam transiuisse in rem iudicatam, petat, ꝙ si constiterit iudici, ꝙ propter paupertatem, se infra dictum tenpus præsentauerit, reiteratis terminis &c. illum admittat, ac in causa huiusmodi procedat, ac si infra dictum tẽpus se præsentasset, signatur

Placet.

XIIII.

Si orator dicat in causa beneficiali habuisse tres sententias contra se, & exequutoriales, nihilominus habere bonum ius, & alleget paupertatem &c. & petat cõmitti causam de nouo &c. signatur

Placet constito de paupertate, & bono iure, ac parito iudicato, quo ad possessionem.

XV.

Si orator, qui impetrauit proxime præinsertam dicat non posse uerificare præinsertam ante indictionem uacationũ proximarum & petat mandari Auditori, ut constito sibi summarie de paupertate, & ꝙ possessionem dicti beneficii dimisit, oratorem a censuris simpliciter, uel ad cautelam absoluat. signatur

Placet.

XVI.

Si orator dicat aduersarium, qui contra se duas proxime præcedentes obtinuit, tempore præsentationis dictarum commissionum, de quibus supra proxime possidere pacifice beneficiũ, de quo agitur, & se pauperem confinxisse ad illudendum tres conformes, & quibusdam testibus extraiudicialiter productis, & examinatis super paupertate obtinuisse absolutionem, ideo petat cõmitti auditori, ꝙ constito sibi, ꝙ prædictus aduersarius, tempore præsentationis præcedentium commissionum, possideret dictum beneficium, de quo contenditur, & alia beneficia, quæ excedũt summa quadraginta ducatorum, nisi infra certum terminum, arbitrio auditoris moderandum, rei iudicatæ huiusmodi plenarie paruerit, dicto termino elapso, aduersarium, in censuras reintrudat, non obstantibus præmissis. signatur

Placet.

XVII.

Si oratores religiosi, qui fuerunt excommunicati, ob non paritionem literarum exequutorialium, & quorũ Monasterium fuerat interdicto suppositum, dicant se paruisse, & absolutos fuisse a censuris, & quia dubitatur, an auditor possit relaxare interdictum, & petant oratores ut attento ꝙ paruerint, mandari auditori, ut interdictum relasset. signatur

Placet prout iure.

XVIII.

Si prior conuentus, & Monaci sancti Petri, dicant per eorum aduersarium, causam fuisse commissam contra eorum abbatem, absq; eo, quod de priore, & conuentu, aliquod uerbum factũ fuerit. Et nihilominus per illos auditores Rotæ, qui iudicauerunt, etiam ipsos fuisse declaratos, & grauatos, ideo petat committi causam nullitatis dictarum censurarum. signatur

Placet sine præiudicio legitimæ exequutionis.

XIX.

Si oratores, sequendo supra proxime supplicationem dicant, ꝙ auditor excommunicauit dictos Monachos Sancti Petri, & ẽt Sancti Benedicti, Qui Sancti Benedicti aliquo modo non erant in causa, & quod per errorem ipsi fuerunt inserti in sententia, ꝙ patet ex eo, quia auditor, qui tulit sententiam, huiusmodi errorem correxit, & per notarium corrigi mandauit, tamen quo ad abbatem, quia ei mandabatur, quod adimpleri non poterat, licet fecerit omnem diligen-

tiam pro excommunicatis publicati fuerunt,& ideo appellauerunt,& petant committi causam appellationis,nullitatis &c.signatur

Placet sine præiudicio legitime exequutionis.

XX.

Si orator,contra quem est lata sententia,& decretæ exequutoriales postea uenit ad concordiam cum aduersario, qua non obstante aduersarius uult procedere ad exequutionem exequutorialium,sub prætextu, quod orator non seruauit concordiam ,& orator,qui credebat,ex concordia se tutum, & satis absolutum,petat committi auditori,quod constito sibi de concordia apostolica authoritate confirmata,& obstante præfata cōcordia,oratorem non esse declarandum , obseruatis omnibus terminis unico contextu , audientia,& citatione tātum procedat ad sententiam absolutoriam , prout iuris fuerit. signatur.

Placet.

XXI.

Si orator,cuius aduersarius obtinuit præcedentem,dicat aduersarium , qui dicitur successor in beneficio illius,contra quē sunt res iudicata,& exequutoriales decretæ.dicat quod attento,quod nunc aduersarius,non potest,prætendere ignorantiam dictarum exequutorialium aliàs super dicta commisione,per aduersarium obtenta,non pronūciato,& quod orator paratus est consentire,quod aduersarius absoluatur,sed refectis expensis pro parte aduersarii legitime factis , & seruatis quatuor terminis consuetis,uidelicet primo secundo tertio,& quarto,ad docendum , se dictis literis exequutorialibus,quo ad dimissionem possessionis , & fructuum post eius intrusionem perceptis paruisse,si non paruerit,eundem aduersarium in cēsuras incidisse declaret,grauet.signatur

Placet & de legitima exequutione.

XXII.

Si orator dicat, aduersarium suum, qui substinuit censuras,usque ad brachium seculare , per plures annos circa xii. ob non paritionem rei iudicatæ obtinuisse in forma Breuis apostolici absolutionem a censuris,eo non uocato, neq; rei iudicatæ parito,ideo petat, mandari Auditori,quatenus huiusmodi prætensam absolutionem,nullā irritam,& inanem,ac contra S.D.N.intentionem processisse,uerbo, uel scriptis declaret,& ea absolutione non obstāte, iuxta priorum processuum declarationem decretorū declaret,aggrauet &c.signatur

Placet.

XXIII.

Si orator dicat,decreta remissoria in prima instantia ad partes,& reportata, nullitatem actorum,ex inordinato processu dictæ remissoriæ coram iudicibus,in partibus habito,deprehendi manifeste.& petat committi eidem Auditori,qui decreuit Remissoriā quatenus causam, & causas quaruncunq; nullitatum,tam processus,& actorum,corā iudicibus,in partibus prætextu dictæ remissoriæ habitis,quàm aliàs etiam in dicta causa,quomodolibet resultantibus , seruatis terminis coram eo,unico contextu,prout in beneficialibus,decidat,cum potestate citandi, tam in Romana Curia,quàm extra, signatur Placet.

XXIIII.

Si oratrix Monialis dicat , pendente lite in Rota,contra aliam Monialem, sup Abbatissatu aduersariā,ommisso negocio principali intentasse causam attentatorū,in quo aduersaria contra oratricem cum condēnatione fructuum,& expensarū & literas exequutoriales,& quia oratrix est pauper,& habet bonum ius,petat committi ultimo Auditori,qui pronunciauit super attentatis, ut constito sibi summarie de eius paupertate, reseruatis expensis,& fructibus in fine litis, in causa principali procedat,attento quod paruit,quo ad possesionem.signatur

Placet,& constito de bono iure.

XXV.

Si orator,qui habuit rem iudicatam contra se,dicat se minorem & læsum, & petat, mandari Auditori,ut sibi minori curatorē, ad prosequendam huiusmodi litem,& restitutionem petendam deputet, & deputari mandet.signatur

Placet prout de iure.

XXVI.

Si orator dicat,se minorem , & sententiam latam contra se , quæ dicitur transiuisse in rem iudicatam,& quod etiam nunc est minor, & læsus,& petat committi Auditori,ut constito sibi summarie,& sine figura iudicii de minoritate dicti oratoris , & quòd a dicta sententia non fuit appellatum culpa, dolo, seu neglıgentia curatoris, uel procuratoris,

& perconsequens fuerit lesus, oratorem, & minorem aduersus dictam sententiam, & rem iudicatam, prout iuris fuerit restituat, eundemq́ de nouo in suo iure audiat. signatur
Placet. Aduerte, ꝙ illa uerba prout iuris fuerit apposita fuerunt in signatura.

XXVII.

Si orator dicat, se super beneficio uocatum ex partibus in Rota, & quia fuit domi incarceratus, & spoliatus bonis, & exul factus non potuit uenire, nec mittere pro defensione, & in contumacia, contra se sententiam reportauit, quæ dicitur transiuisse in rem iudicatam, & decretas exequutoriales, quibus intellectis ad curiam uenit, ut doceret de bono iure suo, sed obstante dicta re iudicata non potest audiri. Ideo petat cõmitti Auditori, coram quo causa est, ut constito de præmissis summarie &c. & extraiudicialiter, oratorem ad appellãdum restituat, appellationisq́ causam, decidat, & terminet, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis, constito de paupertate. signatur
Placet constito de legitimo impedimento. Aduerte, ꝙ ibi nulla fit mentio, ꝙ pareat quo ad possesionem, nec aliter parito iudicato, quum tamen uideatur, ꝙ orator possideret, ex quo fuerat condemnatus ad fructus.

XXVIII.

Si orator dicat aduersariũ, qui obtinuit supra proxime commissionem stetisse ultra duos menses, & nihil de contentis in dicta commissione uerificasse, ideo petat, cõmitti eidem Auditori, ut dicto aduersario, seu eius procuratori, aliquem competẽtem, breuem terminum præfigat, infra quem, si dicta in sua commissione non uerificauerit, eundem aduersarium in domo habitationis suæ etiam solus, sententias, & censuras in dictis exequutorialibus contentas, incidisse declaret, &c. feriis non obstantibus. signatur Placet.

XXIX.

Si minor, contra quem fuit lata sententia, & decretæ exequutoriales obtinuerit cõmitti restitutionem, & quia restitutio non fuit petita per procuratorem habentem speciale mandatum, fuit data sententia in causa restitutionis contra minorem, qui decessit relicto altero minore hærede, qui iterum committi petat causam restitutionis eidem Auditori. signatur
Placet prout de iure.

XXX.

Si orator, contra quem minor petiit se restitui ut supra proxime, dicat se obtinuisse sententias in causa nullitatis, & alias contra minorem, qui per multos annos longis litibus fatigauit oratorem, & promulgata exequutoriali contra dictum minorem defunctum, non hæres etiam minor, ut euitet exequutionem petiit committi causam restitutionis, quam petitam, iam per nouem menses prosequi non curauit, ideo orator petat, mandari eidem Auditori, ut si ex actis causæ sibi uidebitur, ꝙ dictus minor, hæres aduersarius, prætensam restitutionem calumniose, & uerisimiliter ad impediendam exequutionem rei iudicatæ allegauerit ac etiam de notorio ipsius hæredis non iure cõstiterit, & nisi hæres, infra aliquem terminũ sibi præfigẽdum, de eius bono iure, seu prætensa læsione, (cuius uigore merito locus sit restitutioni) legitime docuerit. In causa huiusmodi, ad ulteriorem rei iudicatæ exequutionem, prout sibi per commissionem exequutorialium mandatum fuit, partibus iustitiam ministrando procedat. signatur
Placet.

XXXI.

Si orator dicat, dum esset lis inter eum, & inter Guardianum, & patres minores cũ iusdam Monasterii super prioratu, & suspẽso petitorio. Fratres obtinuisse super possessione tres sententias, cum condemnatione fructuum, & expensarum, & dicat orator se habere bonum ius in petitorio, in quo si succubuerit, uult non sibi licere appellare, & ꝙ sperat, ꝙ de iure, fratres sibi condemnabuntur in fructibus, & expensis, contra quos, ꝑpter paupertatem eorum erit innanis actio. Ideo petat committi Auditori, coram quo est Regestrum, ut dimissa per eum possessione religiosis aduersariis, fructibus, & expensis reseruatis in fine litis. causam audiat in petitorio &c. signatur
Placet parito iudicato.

XXXII.

Si orator de quo supra dicat, hoc sibi licere de iure communi, quod sibi supra concessum est, & iterum petat reseruari fructus & expensas in fine litis. Additur in supplicatione, constito de paupertate oratoris, & signatur Placet.

XXXIII.

Si orator, qui fuit subrogatus in iuribus defuncti litigantis cum alio etiam quo ad possessionem. & aduersarius dederit de attentatis, & obtinuerit sententiam contra oratorem super fructibus, & expensis, & orator dicat, sibi bonum ius competere in petitorio & uelit dimittere possessionem aduersario, & dicat se filium familias & nihil in bonis habere, & propterea sit clericus pauper, nec modum uiuendi aliter habeat, nisi eius pater, uictum, & uestitum subministraret, & clericus de iure nequeat, nisi inquantum facere potest coarctari, ideo petat, mādari Auditori, ut constito sibi summarie de oratoris paupertate, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis procedat in petitorio &c. signatur

Placet prout de iure. Aduerte quia semper in aliis similibus, consueuit signari. Placet constito de paupertate, ideo considera, qua de causa hic non signauerit more solito.

XXXIIII.

Si orator dicat, per mortem cuiusdam familiaris Cardinalis Neapolitani, sibi de eius consensu, de beneficio prouisum, & alium uigore gratiæ expectatiuæ, quæ ad beneficia reseruata non extenditur, illum acceptasse, & causam in Rota commissam, & oratorem personaliter citatum, sed postea, per Audientiam contradictarum, usq; ad sententiam, cum fructuum, & expensarum condemnatione, contra oratorem processum, quæ dicitur in rem iudicatam transiuisse, literis exequutorialibus desuper decretis. & oratori intimatis. Modo orator, ne uitiosus detur aduersario ingressus, petat alteri Auditori committi, ut constito sibi de oratoris paupertate, reseruatis condemnatis in fine litis, eundem oratorem in secunda instātia, ac si a diffinitiua sententia prætensa legitime fuisset appellatum, & causa appellationis sibi commissa fuisset, nec non nullitatis, iniqtatis, & iniustitiæ dictæ sentētiæ &c. cum potestate absoluendi a censuris simpliciter, uel ad cautelam &c. signatur

Placet. Aduerte, quæ potuerit esse ratio, ꝙ non fuerit signata, ut quasi semper solet, sine præiudicio legitime exequutionis, uel parito iudicato, ex quo orator, fatetur, se personaliter fuisse citatum.

XXXV.

Si orator, qui obtinuit supra proxime, petat, ut ad effectum tantum docendi de eius paupertate, & deinde ad euitandum exequutionem uigore supra proxime, ꝙ Auditor solus in domo audiat, feriis non obstantibus, signatur Placet.

XXXVI.

Si orator, qui habuit rem iudicatam contra se, super beneficio, & in censuris positus, deinde ad causam restitutus parito iudicato, & constito de bono iure, dicat uideri, ꝙ uigore dictæ commissionis etiam ꝙ paruerit iudicato, nisi de bono iure suo constiterit, absolui non possit, ideo petat orator, committi Auditori, attento ꝙ uult parere iudicato, in eo, quod potest, & ꝙ fuit condemnatus in contumaciam, ut cōstito sibi de impotentia oratoris, eundem a prædictis censuris absoluat. signatur

Placet prout de iure.

XXXVII.

Si orator dicat, a sententia lata contra se, infra legitimum tempus appellasse, & causam appellationis infra debitum tempus ꝓsequutam, tamen iudex a quo, uigore specialis commissionis literas exequutoriales decreuit, a quo etiam decreto appellauit, orator, & causæ appellationum prædictarum Domino Flores commissæ, qui inhibuit, & inhibitione non obstāte, iudex a quo uigore dictarum exequutorialium, ad declarationem processit. & ideo orator conqueratur, ꝙ hoc modo cogatur stare unicæ sentētiæ, et petat causam prætensæ exequutionis prædictæ, a dicto iudice, a quo euocari, illamq;, & illas in eodem statu, in quo nunc sunt, una cum causa prædictæ appellationis, a dicta declaratione, prædicto Domino de Flores committere reassumēdas, cognoscendas, & decidendas &c. ac coniunctim, & diuisim, ut iustum fuerit, nec non procedendi solum, & duntaxat ad ulteriorem exequutionem dictæ sententiæ si in rem transiuerit iudicatam, & exequutionem meruerit & cum facultate oratorem simpliciter, uel ad cautelam absoluendi &c. signatur

Placet

XXXVIII.

Si orator dicat, ꝙ fuit spoliatus sua Abbatia, quam possederat per triēnium a quodam Galeotto, & quendam Sebastianum prætendentem ius in dicta Abbatia, oratore ignorante, litem mouisse contra eundem Galeottum, ac postmodum oratori, literas

exequutoriales intimari fecisse, & usque ad brachium seculare contra eum, qui mortuo Galeotto, ad possessionem dictæ Abbatiæ reuersus fuerat processisse, & ideo appellasse, & petat committi causam suæ appellationis, una cum negocio principali, cum facultate a censuris absoluendi, interdictum relaxandi, & brachium reuocandi. signatur

Placet, prout de iure.

XXXIX.

Si orator dicat, ꝙ lite pendente, coram Episcopo Castellimaris, super parrochiali ecclesia aduersarium suum, oratore minus legitime citato, sententiam cum expensarum condemnatione, & literas exequutoriales obtinuisse, de quibus, nisi nuperrime, nunquam habuit notitiam, qua habita statim ab omnibus appellauit, & ideo petat causam appellationis committi, & perinde audiri, ac si esset infra decem dies ad appellãdum, reseruatis expensis in fine litis, attento ꝙ orator fuit indefensus & est pauper, & sententia est unica, & lata per audientiam contradictarum. signatur

Placet constito de paupertate.

XL.

Vacante Abbatia Sancti Hyppoliti de Fauentia, fuit de eadem prouisum oratori, illiusq; possessionem, per plura tempora continuauit. Quidam tamen dominus ciuitatis Fauentiæ, oratorem, ut illi Abbatiæ renunciaret cogere uolebat, eiq; minabatur, quam ob rem orator, ab illa Abbatia metu se absentauit, nonnunquam tamen ad illam eundo, possessionemq; illius retinendo, interim quidam Galeottus, qui oratorem, fauoribus laicorũ a sua possessione impediebat, mortuus est, & orator ipse ad suam possessionẽ continuandam uenit. Quidam tamen Sebastianus, sub prætextu quod aiebat se mouisse litem super dicta Abbatia contra Galeottum, de eius obitu cognito, sententiã cõtra interesse putantes, ac contra oratorem literasq; exequutoriales per edictum intimari obtinuit, a quibus omnibus orator appellauit, & cum pro parte oratoris, de titulo, & possessione doctum fuerit, tamẽ ipse aduersarius manu armata, oratorem de possessione spoliauit, ex quo statim orator appellauit, & causam attentatorum &c. cum facultate absoluendi a præfatis censuris, saltem quo ad effectum agẽdi committi fecit, supplicat igitur orator, ꝙ constito sibi de titulo, & possessione dudum ante litem motam inter Sebastianum. & Galeottum, & ꝓpter minas principis, impedimenta per Galeottum illata, orator ipse non potuerit possessionem pacifice continuare, & ꝙ orator se pluries ad dictum Abbatiam contulit inter medio tempore, & constito sibi ꝙ Sebastianus ante prolatam dictam sententiam, contra sua interesse putantes, nominauerit oratorem in Abbatem dictæ Abbatiæ Sancti Hyppoliti per suas literas misiuas, proptereaq; nõ debuisset, ubi certum sit, aduersarium, contra sua interesse putantes procedere, & constito sibi, ꝙ tutus, & facilis esset accessus propterea non debuissent præfatæ literæ exequutoriales per edictum intimari, eidem Auditori committatur, ut idem orator a censuris simpliciter, uel ad cautelam absoluat. cum sit paratus orator præstare iuratoriam cautionem de parendo iuri, & de satisfaciendo de expensis ac causam appellationis, una cũ negocio principali attentatorum audiat &c. cum potestate &c. non obstantibus. signatur

Placet prout de iure.

XLI.

Si orator Gerardus dicat latas fuisse tres sententias conformes contra se, super quodam prioratu, quia iura sua non fuere producta nec defensiones factæ, ideo petat, ut reseruatis expensis in fine litis, committatur causa alicui Auditori inter ipsum oratorẽ, & Bernardinũ aduersarium, signatur

Placet constito de paupertate, & bono iure & parito iudicato, quo ad possessionem.

XLII.

Si Bernardinus orator dicat, Gerardum post præsentationem præinsertæ obseruasse omnes terminos, & produxisse iura, nec tamen plene docuisse de bono iure, & aliis iuxta signaturam præinsertæ. ideo dubitari, an Auditor causæ, ad sentẽtiã ꝓcedere possit, quia petat, eidẽ Auditori cõmitti, ut omissa pronũciatione aliqua super commissionis subrectione præinsertæ pro parte aduersa impetratæ diffinitiue procedat, uidelicet absoluendo, uel condemnando prout iuris fuerit, signatur Placet.

XLIII.

Si idẽ Bernardinus orator, in secunda ꝑ inserta dicat, ante secũdo loco præinsertæ cõmissionis præsentationẽ ꝑ parte Gerardi aduersarii oẽs terminos tentos, & quia dictũ

fuit apud acta, de regula triennali, pp quã termini prædicti ex defectu iurisdictionis nulliter obseruati dicuntur, ideo dubitari, an Auditor ad reiterationẽ illorũ, iuxta bullã Innocentii reiterare, & illis reiteratis cãm expedire, ideo orator Bernardinus petat cõmitti eidẽ Auditori, ut reiteratis terminis unico cõtextu &c. iuxta proxime formam, ad causæ expeditionem procedat signatur

Placet.

XLIIII.

Si orator dicat, ꝙ sub ꝑtextu, ꝙ ipse consenserit cuidam pensioni sup fructibus sui prioratus, & in euentũ non solutionis, procuratorẽ ad resignandum ipsum prioratum constituerit, & pp nõ solutionẽ prætensam, fuit declaratus incidisse in pœnas, & cẽsuras, & excõicatus ipso absente, & aduersarius per cessionẽ asserti ꝓcuratoris de dicto prioratu prouisus fuerit, a quibus omnibus orator appellauit, ideo petat committi Auditori, coram quo, causa pẽdet, causam appellationis, & nullitatis, tã prætensæ resignationis, & prouisionis, quàm omnium processuum desuper habitorum. signatur

Placet, parito iudicato, & constito de bono iure. Aduerte ꝙ hic non narratur, ꝙ fuerint latæ contra oratorem tres sentẽtiæ, & tamẽ per signaturã respõdetur cõstito de bono iure, quæ clausula solet apponi, quando narrantur tres sententiæ latæ contra oratorem.

Cap. VIII. Super causis pensionariis.

I.

Titius asserens ex causa resignationis sibi esse reseruatam pensionem super fructibus illius beneficii soluendã sub pœna priuationis in forma consueta, & reseruato ẽt sibi regressu in euentum non solutionis, & priuationis huiusmodi, intendens tam decursas ante incursum pœnæ priuationis huiusmodi, & non solutas pensiones exigere, quàm etiam uigore gratiæ regressus præfati beneficium ipsum adiudicari sibi, petiit committi domino Auditori Camere, similium causarum iudici ordinario, ut si seruatis quatuor terminis consuetis inueniret aduersarium ob non solutionem incurrisse pœnam priuationis & censurarum in litteris contentarum, proptereáq; factum esse locum regressui præfato, præuia declaratione incursus pœnæ priuationis, & cẽsurarum huiusmodi, & seruatis terminis substãtialibus in causis beneficialibus seruari solitis, etiam super effectuatione regressus, & adiudicatione beneficii huiusmodi coniunctim, uel diuisim audiret, terminaret, & decideret.

Placet.

II.

Sempronius asserens iusto titulo se esse adeptum possessionem Abbatiæ & ꝙ quidam Gaius asserit super illius fructibus reseruatam esse sibi pensionem de consensu Martini olim prætẽsi Abbatis, q tamẽ reuera nunꝙ̃ fuit Abbas, neq; possessor, ꝑpterea ꝙ assignatio pẽsionis fuit inualida, & nulla, ipseq́; desiderat illam nullam & inualidam declarari, propterea supplicat committi alicui &c. causam nullitatis, & inualiditatis huiusmodi &c.

Placet sine retardatione solutionis.

III.

Abbatissa & Moniales asserentes uenisse ad sui notitiam ꝙ quidam Petrus iactabat, & diffamabat sibi auctoritate apostolica super sui monasterii fructibus apostolica auctoritate de ipsarum consensu reseruatã esse annuam pensionem centũ ducatorũ, & tamen sua iura ostẽdere differebat, ipse oratrices cupientes rem clarificari, ne per temporis diuturnitatẽ probationes perirent, aut aliud præiudicium eis generaretur per curiam D. Auditoris Camere obtinuerunt illum moneri, ut infra tunc expressum terminum deberet a diffamationibus, & iactationibus huiusmodi desistere, & quæcũq; sua prætensa iura deducere & producere, ne autem de modo procedendi, aut iurisdictione dicti auditoris, siue alias de ualiditate sententiæ ferendæ dubitari contingat, supplicant committi eidem Auditori, ut eidem Petro alterum similem terminum loco terminorum substantialium præfigat, & illo elapso, si quod releuet non deducat, aut a diffamationibus, & iactationibus prædictis desistendo non cedat ipsas oratrices absque alia terminorum substantium uel telæ iudiciariæ obseruatione absoluat, sententiamq́; absolutoriam in forma de iure conuenienti proferat.

Placet.

IIII.

Ioannes narrante ꝙ quatenus alias cui-

dam Iacobo super beneficio, quod ipse Io. possidet, reseruata fuisset annua pensio, C C C. ducatis cum facultate transferendi, & idem Iacobus translationem huiusmodi fecerit in fauorem cuiusdam lucæ aduersarii pro quanto in eisdem literis fuit apposita conditio, ꝙ translatio huiusmodi fieri deberet infra sex menses tunc proximos, & ex instructione instrumenti translationis apparet ꝙ translatio facta fuit post sex mēses, & sic nulliter. Ideo petit committi causam nullitatis & inualiditatis huiusmodi.
Placet.

V.

Gregorius dicens nuper sibi fuisse prouisum de portione in ecclesia cathedrali, quā possidebat Alfonsus, & ꝙ licet cuidā Ferdinando aduersario alias de consensu dicti Alfonsi reseruata fuisset pensio, centum ducatorum etiam super fructibus dictæ portionis, tamen non fuit super eiusdem portionis solius, sed etiam super aliorum quatuor beneficiorum, quæ idem Alfonsus similiter obtinebat fructibus confuse & indistincte assignata, unde clare patet ꝙ non est tota, & ex fructibus eiusdem portionis, persoluenda, nihilominus dictus Ferdinandus non cessat iudices comminari uelle totam ab ipso oratore exigere, interestq; ipsius oratoris, ut onus pensionis huiusmodi proportionabiliter, & attento ualore fructuum omnium & singulorum beneficiorum prædictorum distribuatur, & declaretur quota illius portio per eundem oratorem occasione pensionis prædicto sit persoluenda. Ideo supplicat committi causam & causas distributionis & declarationis huiusmodi.
Placet.

VI.

Iulius commēdatarius, & possessor præposituræ asserens ꝙ Io. Florentius sub prætextu ꝙ alias. xviij. annis præteritis, super eiusdem præposituræ fructibus reseruata fuisset Nicolao pensio. C C C C C. ducatorū, & ꝙ postea idē Nicolaus interim contracto per eum matrimonio, uirtute priuilegiorum collegii militum Sancti Petri eandem pensionem in personam eiusdem Ioannis Florentii transtulisset, huiusmodi trāslationis prætextu intendebat ipsum Iuliū molestare, & e' contra ipse intendat pensionem huiusmodi nullam & inualidam declarari, præsertim ex eo quod priuilegia p̄dicta quo ad translationes pensionum maxime per coniugatos, nūquam fuerunt usu recepta, & attento ꝙ nec Nicolaus, nec Ioannes Florentius præfati ab ipso oratore, nec a duobus aliis dictæ præposituræ commendatariis antecessoribus suis pensionem prædictam unquam exegerunt. Ideo supplicat committi causam iactationis, ac nullitatis, & inualiditatis, seu extinctionis pēsionis prædictæ summarie &c. Audiendā &c.
Placet.

VII.

Idem Ioannes Florentius qui supra asserens ꝙ putabat per errorem fuisse in præinserta ommissum apponi clausulam consuetam, sine retardatione solutionis pensionis petit committi eidem Auditori, ut in causa prædicta, nec non in causa declarationis incursus censurarum & pœnarum in literis reseruationis pensionis eiusdem contentarum sine retardatione solutionis a die intimationis literarum tantum procedat.
Placet. Et nota ꝙ illa uerba, a die intimationis literarum tantum addita fuerunt per signaturam, propter antiquitatem pensionis, quæ etiam per duos antecessores nō fuerunt soluta.

VIII.

Præfatus Iulius præinsertis duabus proximis superioribus narrato ꝙ pensio fuerat imposita de consensu Christofori, qui nunquam possederat præposituram, & ꝙ propter ea ipse non erat cogendus soluere pēsionem quam tertius posuerat super alieno beneficio, & ꝙ tempore factæ translationis, priuilegia militum de transferenda pensione non erant facta, & ꝙ propterea nec Nicolaus, nec Ioannes Florentius ausi fuerant per xviij. annos, pensionem petere, nec fuerunt in possessione percipiendi & ꝙ si hæc expressa fuissent, proxime præinserta signata non fuisset. Ideo petit committi Auditori, ut præfixo utriq; parti termino ad p̄bandum incumbentia, illo elapso causam huiusmodi pro debito iustitiæ, dicta clausula in proxime præinserta posita non obstante procedat, terminet, & decidat.
Placet.

IX.

Suprascriptus Ioannes Florentius præinsertis tribus proximis superioribus, & subiuncto ꝙ Iulius aduersarius mentitus erat in quantum exposuerat, de non iure Christophori,

stophori, qui consensit pensioni, & de nō existentia priuilegiorum, cum in cōtrarium sit ueritas, propterea supplicat committi eidē Auditori ut iuxta formam secundo præinsertæ sine retardatione solutionis etiam simpliciter, & absque illis uerbis, a die intimationis literarum, procedat. cum potestate citandi &c. uel si magis placet committatur eidem Auditori, ut constito de bono iure, ꝓcedat cum clausula sine retardatione solutionis a die intimationis tantum.

Placet de secunda parte.

X.

Philippus asserens se nuper canonico titulo præcedente assecutum præceptoriam loci. N. Hospitalis Sancti Ioannis Hyerosolimitani & inuenisse ꝙ quidā lutius iactabat fuisse sibi super eiusdem præceptoriæ fructibus auctoritate apostolica assignatam pensionem 800. ducatorum, quæ tamen si unquam assignata fuit remansit extincta, ꝓeo quia dictus lutius simplex clericus secularis non emisit professionem ordinis hospitalis præfati iuxta quandam constitutionē a Papa Clemente V I I. desuper editam, & quoniam secundum ordines, & stabilimēta dictæ religiosis fructus dictæ perceptoriæ duobus primis annis non per ipsum oratorē nouiter prouisum, sed per receptores cōmunis, thesauri religionis prædictæ sunt ꝑcipiendi, & nihilominus interim ipse orator intendit facere declarari pensionem præfatam fuisse ut præfertur extinctam, & quatenus pendente lite solutio non sit retardāda, eam dictus aduersarius non ab oratore, sed a dictis receptoribus petere debeat. ideo supplicat committi causam inualiditatis seu extinctionis pensionis huiusmodi audiēdam &c. in forma consueta Placet.

Sequuntur nunc commissiones diuersarum materiarum secundum ordinem ut infra.

Commissio causæ super ecclesia parrochiali.

DIgnetur. s. v. cām & causas quā & quas deuotus. e. s. v. orator. N. clericus Lubricensis diocesis hēt & mouet habereq; & mouere uult & intendit contra & aduersus quendā Io. assertū clericū aduersarium oēsq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes de & super parrochiali ecclesia. n. dictæ diocesis quam quōdā. B. dum uixit obtinebat rebusq; aliis in actis causæ & cærum hmōi latius deducēdis & illorum occasione alicui ex. R. patribus dominis uestri sacri palatii causarum auditoribus committere audiendas cognoscendas fineq; debito terminandas cum oībus & singulis earum incidētibus dependētibus emergentibus. annexis & connexis cum potestate dictum Io. omnesq; alios & singulos supradictos & in executiōe citationis præsentium uigore ad partes decernende nominandos in Ro. Cu. & extra eam in partibus totiēs quotiens opus fuerit citādi. sibiq; & aliis quibus uidebitur inhibendi. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stilo palatii, quodq; cā seu causæ huiusmodi non sint forsan ad Ro. Curiā legitime deuolute neq; in ea de sui natura aut iuris necessitate tractande & finiende. ceterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio super perpetua capellania pro familiari cardinalis.

DIgnetur. s. v. cām & cās quā & quas deuotus orator uester. N. ꝑpetuus capellanus ad altare sub inuocatione sanctæ Catherinæ sitū in parrochiali ecclesia beatæ Mariæ uirginis Lubicēsis & R. in Christo patris & domini domini. G. sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ ꝑsbiteri cardinalis familiaris continuus commensalis habet & mouet habereq; & mouere uult & intendit contra & aduersus quendam Io. assertum clericum aduersarium in dicta capellania intrusum omnesq; alios &c. alicui ex. R. P. &c. committere audiendas &c. Cū potestate &c. Constitutionibus &c. quibuscunq; &c.

Commissio super Vicaria necnon fundo & decimis.

DIgnetur. S. v. cām & causas quam & quas deuotus orator uester Ar. de brema Vicarius &c. intēdit cōtra & aduersus quēdam. G. assertū clericū &c. de & super Vicaria &c. necnon causam & causas appellationis & appellationum pro parte eiusdem oratoris a quibus

dam intrusionis detentionis & occupationis cuiusdam fundi ac nonnullarum decimarum ad Vicariam præfatam pertinentibus in actis causæ hmōi latius exprimendis & nōnullis aliis grauaminibus sibi per præfatum.G.de & super uicaria fundo & decimis prædictis ac iura ad ea pertinentia & ipsorum occasione præstitis & factis & fieri comminatis ad sanctitatem uestrā sanctāq; sedem apostolicam interposite & interpositarum unacum toto negocio principali alicui ex.R.p.&c.

Commissio absolutionis ad effectum agendi super parrochiali ecclesia.

DIgnetur.S.uestra.R.p.domino.L aur.de.N.auditori cāæ & causarū inter deuotū.E.v.s.oratorem Io.rectorem parrochialis ecclesiæ in.N.ex una & quendam.N.de & super possessorio & spolio dictæ ecclesiæ & illius occasione partibus ex altera committere & mandare quatenus prædictum oratorem a quibuscūque prætensis ecclesiasticis censuris in eum occasione quarundem prætensarū iniuriarū uerbaliū ac litiū & expensarū ad instātiā cuiusdam.N.prætēsi clerici quomodolibet latis & prolatis ad effectum prosequendi cām dictæ parrochialis ecclesiæ ne expeditio causæ impediatur simpliciter uel ad cautelam prout expedit absoluat. Et ꝙ ulterius in cā ecclesiæ prædictæ breue iustitiæ cōplementum ministret præmisīsis iuribusq; cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii cancellariæ regulis statum causæ & cārum huiusmodi quem pro sufficienter expresso habendo cæterisq; contrariis nō obstantibus quibuscunque attento ꝙ præfato aduersario nihil iuris ex præmisīsis accrescit uel decresīt nihil nisi causæ protractio & ut eo diutius in sua uiolentia intrusione & spolio glorietur in scandalum Christi fidelium plurimorum.

Commissio causæ cum potestate citandi per edictum.

DIgetur S.uestra cām & causas quā & quas deuctus orator uester Io.barbatus canonicus Lubicēsis habet & mouet habereq; & mouere uult & intēdit cōtra & aduersus quēdā Bartoldū asserū clericū dictorū canonicatus & præbēda illicitū detentorem & intrusum oēsq; alios & singulos forsan intrusos & intrudendos ac sua cōiter uel diuisim interesse putātes & in executiōe citationis præsentiū uigore decernēde nominādos de & sup dictis canonicatu & pbēda rebusq; aliis in actis causæ latius deducendis & illorum occasione Alicui ex.R.p.d.&c.cū ptāte citandi præfatum Bartol.intrusum oēsq; alios & singulos forsan intrusos & intrudēdos ac sua cōiter uel diuisim interesse putantes in Ro.cu.extra & in partibus totiens quotiens opus fuerit.Etiā per edictum publicum cum propter dicti Bartol.potentiam ad eundem in eius propria persona citandū tutus non pateat accessus necnō inhibēdi omnibus & singulis quibus uidebitur expedire.constitutionibus &c.

Commissio ꝙ procedatur non obstantibus feriis ter in hebdomada pro familiari uicecancellarii expresso nomine cancellariæ ut causa detur sibi gratis propter familiaritatem.

DIgnetur.s.v.cōmittere & mandare.R.p.d.N.&c.quatenus in quibusdā causis corā eo uertētib.inter quendā.N.agentē ex una & deuotū oratorē uestrū Io Reuerendissimi domini uicecancellarii familiarem de & super parrochiali ecclesia.n.n.diocesis rebusq;aliis&c. & illorū occsione partibus ex altera in qbus ad nonnullos actus iudiciales citra tamen ipsius cāæ conclusionē quos hic habere dignemini p sufficienter expressis est processum procedat nō obstantibus feriis per.e.s.v.ind.ct s seu in breui incidēdis ēt de mēse Augusti & ter in ebdomada diebus qbus pcederetur si feriæ illæ indictæ non forent.attento.P.S.quod dictus.n.supplicans fuit & est reus cuius est fugere & tamen cupit causam hmōi breuē iustitiam ministrari.cōstitutionibus &c.

Commissio pro citationibus & compulsoriis &c.decernendis per prælatū existentem cum Papa extra curiā Rota remansit in curia loco auditoris.

BEatissime pater cū non modicū dispendiosum atq; incōmodū sit deuotis oratoribus uestris curialibus

s.v.sequentibus & ad eandē curiā uenientibus pro decretis citationū & cōpulsoriarū ac aliarum literarum sine partis uocatione decerni cōsuetarū ad urbē Ro.pficisci. Et si unus aut duo prælati hic ab eadē.s.v.deputarentur qui citationibus & cōpulsorias aliasq́ꝫ litteras hmōi decernerēt ipsos curiales a laboribus & expensis non modicū relearēt. Supplicatur igitur.e.s.v. pro parte eorundem curialiū quatenus Reuerendis in Christo patribus & dominis dominis. N.et N.Epis cōmittere & mandare dignemini ut in causis cuiuscunqꝫ naturæ sint in locis N.&.N.aut alibi ubi.s.v.usqꝫ ad eius reditū ad urbē Ro.prædictā residere contigerit Reuerendis patribus dominis auditoribus in dicta alma urbe uel alias ubicūqꝫ residentibus p.s.v.& de mandato uestro cōmissis & cōmittendis citationibus inhibitionibus cōpulsorias arresta absolutiōes & absolutionū cōmissiones siue subdelegatiōes aliasq́ꝫ literas & instrumenta de stillo dicti palatii absqꝫ partium uocatione decerni cōsuetas pro eisdē auditoribus decernant & qlibet eorū decernat necnon citandos ad cōparendū corā eisdē auditoribus quibus cāæ hmōi cōmissæ fuerint seu eorū surrogandis iustitiā recepturos citent & inhibeant iuxta cōmissionū desup signatarū & signandarum formas & tenores. Necnon. R.d. Vicecancellario ut commissiones cārum quæ sibi signāde uidebuntur eisdē auditoribus signet & cōmittat perinde ac si in dicta urbe existeret motu proprio committere & mandare dignemini de gratia speciali. stillo dicti palatii cæterisq́ꝫ in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio prorogationis propter regulam pro expectante apostolico qui misit citationem ad partes.

Beatissime pater licet alias deuotus uester Io.clericus. N.diocesis ecclesiā parrochialē in. N. dictæ diocesis tunc p obitū. N.illius ultimi possessoris uacante uigore certæ suæ gratiæ expectatiuæ acceptauerit & sibi de eadem prouideri obtinuerit aliasq́ꝫ oportunas desuper fecit diligentias & cām quā contra quendam. L. assertum præsbiterū in dicta ecclesia intrusum de & super eadem ecclesia & illius occasione inter alia mouere intendebat R.patri domino Ludouico &c.sacri palatii apostolici cārum aud.tori cōmitti fecerit citationēqꝫ ad partes miserit.tamē propter regulā cancellariæ apostolicæ de publicādis acceptationis & puisiōibus p.s.v.editā in qua inter alia caueri dicitur expectātē apostolicū suas acceptationē & prouisionē & ipsarum publicationē a die prouisionis facte infra annū possessori beneficii acceptati rite & legitime insinuare aut alias secū in iure experiri debere.alioqn inter alia acceptatio & puisio hmōi nullus sit roboris uel momēti dubitat idē Io.orator præfatus in Ro. Cu. præsens an dicta sua citatio longe infra tpūs debitū per eū ad partes missa cōtra in dicta ecclesia intrusum debito tēpore executa sit.ne igitur ipse Io.propterea a bono suo iure cadat & attento ꝙ tēpus infra qđ citatio exeqꝫ ac idē intrusus in cām trahi & euocari possit nondū lapsum existat. Dignetur.e.s.v. huiusmodi causæ auditori uel in eius loco surrogato uel surrogando cōmittere & mandare quatenus terminū infra quē idem orator de suo iure cū in dicta ecclesia intruso experiri tenetur a tēpore ꝑsentationis ꝑsentis supplicatiōis siue cōmissionis ad sex mēses proroget infra quos orator ipse iterato suam diligentiam in & circa iuris sui prosecutionem facere teneatur regula antedicta cæterisq́ꝫ in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio de procedendo summarie inter laicos in causa pecuniaria.

Beatissime p.licet quodā Io. socius & factor. A.& sociorū mercatorum Ro.Cu.dictorū. A.& sociorum nominibus ꝓmiserit soluere deuoto oratori uestro.B.laico.n. diocesis nomine cuiusdam C.ratione uenditionis certorum animaliū centū ducatorū sine aliqua retētione a.d.e.x.mensis. N.per totum mensem. M.proxime futurū de anno domini.m. cccc.lxxix. ac idem orator cedulam seu apocam manu propria scriptam & signo solito dicti banchi signatam desuper dederit prout mercatores in dicta curia consueuerunt Nihilominus tamen. A. prædictus licet ad id per. R.P.d.curiæ causarum Cameræ apostolicæ generalem auditorem monitus fuerit dictam summam soluere indebite denegauit & contradixit prout dene

gat & contradicit in animæ suæ periculum & ipsius oratoris graue damnum. Ne igitur clementissime pater dictus orator occasione præmissa ubi adeo claram probationem habet litium dispendiis inuoluatur. sed ueritas executionem paratam habere possit. Dignetur.s.v.præfato domino auditori cameræ committere & mādare quatenus causam & causas huiusmodi inter dictas partes summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii terminis non seruatis sola facti ueritate inspecta audiat, cognoscat decidat & fine debito terminet cū singulis suis emergentibus incidentibus depēdētibus annexis & connexis. Constitutionibus &c. quibuscunq;.

Commissio super causa matrimoniali.

BEatissime pater cum deuota uestra N. mulier. N. dioc. non sperans in partibus posse consequi iustitiæ cōplementum contra. N. laicum dicte diocesi de & super matrimonio inter eos contracto carnali copula consumato ad uestræ beatitudinis pedes cepit gressus personaliter in Ro. Cu. expectare uolens iustitiæ cōplementum præsens existat. Dignetur igitur.s.v. causam & causas quam & quas mouet seu mouere uult & intēdit dicta oratrix hēt & contra & aduersus præfatū. N. de & super matrimonio prædicto & illius occasione alicui ex. R. P. uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus committere audiendas &c. Cum omnibus & singulis suis emergentibus &c. Et cū potestate pfatum. N. omnesq; alios & singulos sua interesse putantes citandi & inhibendi &c. Non obstante q causa & causæ &c. Constitutionibus &c. quibuscunq;.

Commissio q procedatur terminis abbreuiatis ac si in tertia instantia esset.

DIgnetur.s.v. cōmittere & mandare R. P. D. G. uestri sacri palatii causarum auditori. quatenus in quadam causa coram eo in prima instantia pendente inter deuotum oratorem uestrum N. agentem ex una &. N. de & super parrochiali ecclesia. N. & illius occasione &c. partibus ex altera & in qua ad nonnullos licet paucos actus quos hic pro sufficiēter expressis habere dignemini per audientiam contradictarum processum est, procedat summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii. terminisq; abbreuiatis per iudicem ac si huiusmodi causa in tertia instantia esset quacunque appellatione præterquam a diffinitiua seu diffinitiue sententiæ uim habeante reiecta stillo usu & consuetudine dicti palatii cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;.

Commissio generalis.

DIgnetū.s.v. oēs & singulas cās beneficiales pphanas matrimoniales ciuiles criminales & mixtas. R. p. d. G. utriusq; iuris doctori sacri palatii apostolici cārum auditori tā generaliū q specialiū cōmissionum uigore commissas & cōmittēdas in qbus deuoti uestri. a. b. c. d. clerici. n. & n. diocesis publici apostolica & imperiali auctoritatibus notarii corā eodē. d. G. auditore scribebant & ad scribēdū deputati fuerant seu deputabūtur pp̄ter ipsius. d. G. auditoris a Ro. Cu. absentiam usq; ad eius reditum & earundem causarum resumptione alicui ex. R. p. d. uestri sacri palatii apostolici causarū auditoribus cōmittere reassumendas ulteriusq; audiendas cognoscendas decidendas & fine debito terminādas cum potestate citandi literas decernēdi decretas sigillandi expensas taxandi sententias & quæcunq; instrumenta extrahendi & in publicam formam redigendi & redigi mandandi ac omnia & singula faciendi & fieri mandandi quæ dictus. d. G. auditor fecisset & facere decernere mandare & concedere potuisset si a dicta curia non recessisset. ac plenaria & omnimoda potestate eidē domino. G. auditori quarumcunq; commissionum sibi in dictis causis præsentatarum seu præsentandarum uigore concessa & attributa. Et q dicti. a. b. c. d. notarii in eisdē ulterius scribant, & scribere continuent. in cōtrarium facientibus. non obstantibus quibuscunque.

Commissio super reiteratione terminorum.

BEatissime pater licet in quadā causa coram. R. p. d. G. uestri sacri palatii apostolici causarum auditore inter deuotum oratorem uestrum. B. e. s. v.

familiarem & continuum commensalem actorem ex una & quendam Io. assertum clericum de & sup prioratu n. n. diocesis rebusq; aliis in actis causæ & cārum hmōi latius expressis & eorū occasione partibus ex altera in prima pendēte instantia ad omniū & singulorum terminorum substantialium obseruationem citra tamen ipsius causæ cōclusionem præter tamē terminum ad libellandum qui per errorem ommissus siue male tentus inuenitur processum extitit ne contingat de ualiditate processus huiusmodi forte propter inualidam dictorum terminorum obseruationem & præfati termini ommissionē imposterum dubitari. Dignetur igitur. s. v. statum causæ huiusmodi & in ea actitatorum pro expressis habente præfato domino auditori committere & mandare quatenus d. ctū. B. seu eius legitimum procuratorem ad dicti termini ad libellandum necnon omnium & singulorum terminorū de consuetudine & stillo palatii obseruari solitorum obseruationem & reiterationē recipiat & admittat, ac oēs & singulos terminos huiusmodi simul & unico cōtextu & in una audientia inter partes prædictas reiterari & obseruari faciat atq; mandet, ac ipsis sic reiteratis & obseruatis ad ulteriora in huiusmodi causa procedat præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis stilo palatii cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Alia commissio super reiteratione terminorum.

Dignet. s. v. R. p. d. G. de. N. uestri sacri palatii apostolici causarū auditori cōmittere & mandare ut omnes & singulos terminos substantiales & nō substantiales in quadam causa quæ coram eo inter deuotum oratorem uestrum Io. rectorē parrochialis ecclesiæ de. n. n. diocesis ex una & quendam. B. assertum clericum de & sup dicta parrochiali ecclesia de. N. & eius occasione partibus ex altera in prima uertitur instantia etiam male nulliter & aliās qualitercunque tentos & obseruatos simul & semel unico contextu ac unica & eadem audientia unicaq; citatione præcedēti reiteret & reasumet ac reiterari & reasumi faciat ac illis reiteratis in causa concludat & partibus prædictis iustitie ministret complementū Constitutionibus & ordinationibus apostolicis & uestri sacri palatii causarū p̄dictis ac aliis in cetrarium editis uel facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Commissio de consensu partium ut idem auditor seruet & reiteret terminos simul & semel & unica audientia terminet causam.

Dignetur. s. v. R. p. domino G. uestri sacri palatii apostolici cārum auditori cōmittere & mādare quatenus causam & causas ad deuoti oratoris uestri M. clerici. N. diocesis instantiā cōtra deuotum uestrum Io. clericum eiusdem diocesis de & super parrochiali ecclesia. N. dicte diocesis & illius occasione inprima instātia commissas in quibus per partes prædictas seu uerius earum procuratores ad nonnullorum terminorum substantialium obseruationem citra tamen causæ cōclusionem extitit processum de partium ipsarum hincin de cōsensu ulterius audiat & cognoscat decidat & fine debito terminet cū singulis earū incidentibus emergentibus dependentibus annexis & connexis & cū potestate omnes & singulos terminos substantiales & accidentales de stillo palatii prædicti seruari solitos nondum seruatos simul & semel ac unico & eodem contextu unica citatione p̄missa unicaq; & eadem audientia seruandi & continuandi terminosq; iam forsan bene uel nulliter seruatos reiterando de nouo seruādi ac illos cōtinuari reiterari & de nouo seruari ac cætera alia ad p̄missa necessaria faciendi & admittendi constitutionibus apostolicis stillo palatii cæterisq; in cōtrariū facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Commissio causæ super canonicatu & præbenda.

Dignetur. s. v. cām & causas quam & quas deuotus eiusdē. s. v. orator. Io ma. clericus Mindensis diocesis habet & mouet habere q & mouere uult & intēdit contra & aduersus quendam Ia. de Brema. assertum clericum de & super certis canonicatu & præbenda ecclesiæ collegiate sancti Stephani Bremensis nuper uacantibus per obitum quōdam. P. N. eorundē dum uixit possessorem & eorum occasione

& spolio eorundem tam coniunctim q̃ diuisim alicui ex. R. P. causarũ uestri sacri palatii apostolici auditoribus committere audiendas cognoscendas decidendas & fine debito terminandas cum omnibus & singulis emergentibus incidentibus dependentibus annexis & connexis & cum potestate p̃fatum Ia. & quoscunq; alios sua interesse putantes & in executione præsentium uigore decernendæ nominandos tam coniũctim q̃ diuisim in Ro. Cu. & extra eam citandi ac inhibendi &c. Non obstantibus ꝙ causa seu causæ huiusmodi ad Ro. Cu. forsan legitime non existant deuolute siue in eadẽ de iuris necessitate seu de natura sui tractandæ & finiendæ. Constitutionibus ordinationibus apostolicis cæterisq; in contrariũ facientibus nõ obstantibus qbuscũq;.

Commissio pro interesse.

Dignetur. s. v. R. p. Io. electo Metẽsi unius ex sacri palatii causarũ auditoribus locumtenenti aut in eius forsan loco surrogato uel surrogãdo auditori committere & mandare. Quatenus deuotum oratorem uestrum Stephanum Simonis clericum Maguntinensis dioecesis. e. s. v. familiarem continuum commensalem ad causam quæ coram eodem domino Io. electo inter quosdam Io. Ma. & Ia. de. N. de & super canonicatu & præbẽdæ ecclesiæ beatæ Mariæ Nannetensis quos quondam Petrus Iacobi dum uiueret obtinebat & illorum occasione in prima pendere dicitur instantia pro suo interesse in statu in quo existit, admittat. & causam ipsam inter oratorem ac alios supradictos nec non quã & quas ipse orator contra præfatos Io. & Ia. omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes de & sup dictis canonicatu & præbenda & illorum occasione mouere uult & intendit causas audiat cognoscat decidat & fine debito terminet cum omnibus & singulis suis emergẽtibus incidentibus dependentibus annexis & connexis & cum potestate citandi dictos Io. & Ia. oẽsq; alios & singulos supradictos in Ro. Cu. & extra eã ad partes ac inhibendi totiens quotiens &c. aliisq; clausulis consuetis & oportunis constitutionibus apostolicis stillo palatii aliisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Alia commissio pro interesse.

Dignetur. s. v. R. p. d. G. uestri sacri palatii apostolici cãrum aut eius surrogato uel surrogando auditori in quadam cã coram eo in prima instãtia inter quosdam. G. possessorem & . A. assertos clericos de & super parrochiali ecclesia sancti. N. in. N. s. dioecesis & illius occasionis ad nonnullorum terminorum substãtialium obseruatione citra tamen causæ cõclusionem processum extitit committere & mandare quatenus deuotum eiusdem. s. v. oratorem. B. canonicum. n. legum doctorẽ ad dictam causam & litem in eodem statu in quo coram eo indecisa pendet constito summarie de aliquo iure pro suo interesse admittat & recipiat ac recipi & admitti faciat ulteriusq; causam & causas huiusmodi ac quam & quas dictus orator habet & mouet habereq; & mouere uult & intendit contra & aduersus G. intrusum & possessorem &. A. prædictos omnesq; alios & singulos sua cõiter uel diuisim interesse putantes de & super dicta parrochiali ecclesia in. N. ac illius occasionis audiat decidat fineq; debito terminet cum omnibus & singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus annexis & connexis cum potestate præfatos. G. &. A. respectiue ac alios quoscunq; in executione citationis præsentium uigore decernende nominandos in Ro. Cu. & extra eam citandi & in forma inhibendi. nõ obstantibus ꝙ cã seu causæ hmõi ad ipsam curiam forsan legitime deuolute seu in eadem de sui natura aut iuris necessitate tractande seu finiende non existãt. statum causæ præsentis pro sufficienter expressis habende. constitutionibus & ordinationibus apostolicis &c.

Cõmissio pro interesse in secũda instantia.

Dignetur. s. v. R. p. d. N. in locum R. p. d. Mathæi de porta uestri sacri palatii apostolici causarum auditoris propter ipsius absentiam surrogato auditori committere & mandare quatenus in quadam causa quæ coram. R. p. domino Gaspare de Theramo etiam dicti palatii causarum auditore inter quosdam Io. N. actorem ex una & Guil. reum & intru-

sum de & super certis canonicatu & præbēdæ ecclesiæ Tarbatēsis rebusq; aliis in actis latius expressis & eorum occasione partibus ex altera in prima & coram præfato domino. N. ut surrogato in locum dicti. R. p. d. Mathæi in secunda uerti prætenditur instantia deuotum uestrum oratorem Io. Badenbech canonicum Tarbatensem pro suo iure & interesse in eo statu in quo coram eo pendet indecisa admittat causamq; & causas huiusmodi inter dictum Io. Badensem necnō Io. N. & Guil. N. aduersarios simul & semel ac audientia unica & eadem unica citatione præcedente audiat cognoscat decidat fineq; debito terminet partibus alias breue iustitiæ complementum ministrando. statum causæ & causarum huiusmodi &c. cæterisq; in contrarium facientibus nō obstantibus quibuscunque.

Commissio super nullitate processus.

Dignetur. s. v. R. p. domino Io. didaci de coca electo in locū Ouetensis unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locumtenēte coram quo cā inter quendā Io. mauert ex una & deuotum oratorem uestrum Ia. de mota reum de & super certis canonicatu & præbende ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ Nannetēsis & illorū occasione partibus ex altera in prima uerti prætenditur instantia quatenus omnes & singulas cām & cās nullitatis prætēsi processus corā eodē domino electo inter partes p̄dictas & sup dictis canonicatu & p̄benda & illorū occasione ut dicitur factis & habitis audiat cognoscat decidat & fine debito terminet cum omnibus & singulis suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis & cōnexis & cū ptāte citādi & inhibēdi ac aliis clausulis cōsuetis & oportunis. Cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio super sequestro.

Dignetur. s. v. R. p. d. Io. didaci de coca electo cārum uestri palatii apostolici auditori in locū unius. s. q nup in quadā cā coram eo in prima instātia uertente inter deuotū. e. s. v. oratorē Io. mauert actorē ex una & quosdā Ia. de mota intrusum & Stephanū Simonis assertos clericos de & sup certis canonicatu & p̄benda ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ Nānetensis & earū occasione partibus ex altera quādā diffinitiuā sñiam eorundē canonicatus & p̄bende adiudicatoriā cum fructuū & expēsarū cōdēnatione in fauorē dicti Io. oratoris & contra p̄fatos Ia. de mota intrusum necnō dictū Stephanū tulit & p̄mulgauit cōmittere quatenus canonicatū & p̄bendā & p̄dictos necnō fructus redditus & prouentus eorundē sequestret & sequestrari mādet sub pœnis & cēsuris in cle. ad cōpescēdas. cōtentis usq; ad finalē cāæ uictoriā. constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac regulis cācellariæ illa p̄sertim qua cauetur dici tur ut sequestra sub plumbo & bulla expediri debeant cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio appellationis a diffinitiua sententia lata in prima instantia.

Dignetur. s. v. cām & cās prætēsarū appellationis & appellationū pro parte quorūdā Ia. de mota & Ste. Simonis necnō nullitatis & desertionis earūdē ad eandem. s. v. prætenditur interpositæ & interpositarū a quadā diffinitiua sñia p R. p. dominum Io. didaci de coca electum Ouetēsem in cā tunc coram eo in prima instantia uertente inter deuotū. e. s. v. oratorē Io. mauert actorem ex una & præfatos Ia. & Stephanū de & super canonicatu & præbendæ ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ Nannetensis & eorum occasione partibus ex altera in fauorē dicti Io. oratoris & cōtra præfatos Ia. & Stephanū lata alicui alteri ex reuerendis partibus causarū uestri sacri palatii apostolici auditoribus cōmittere audiendas cognoscendas decidendas & fine debito terminandas cum omnibus & singulis emergentibus incidentibus dependentibus annexis & connexis. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Commissio appellationis a diffinitiua lata in secunda instantia.

Dignetur. s. v. cām & causas appellationis & appellationū pro parte deuoti oratoris uestri Iacobi de mota ab admissione cuiusdam Io. mouert ad reiterandum terminos unico contextu in causa quæ coram. R. p. d. Io. de coca

electo Ouetensi unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locumtenēte, inter præfatum Io. Mauert actorem ex una & Ia. oratorem de & super quibusdam canonicatu & præbenda ecclesiæ beatæ Mariæ Nannetensis. & illorum occasione partibus ex altera in prima uerti prætendebatur instantia per eundem dominum electū taliter qualiter in præiudicium oratoris facta per quam grauamen quod in appellatione a diffinitiua reparari non posset infertur interposite & interpositarum unacum negocio principali alicui ex præfatis dominis auditoribus committere audiendas cognoscendas decidendas & fine debito terminandas cum omnibus & singulis suis incidentibus emergentibus dependentibus & connexis. & cum potestate citandi & inhibendi ac aliis clausulis consuetis & opportunis constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq́ȝ in contrarium faciētibus non obstantibus quibuscunqȝ.

Commissio appellationis interposite ab admissione ad reiterandum terminos.

DIgnetur. s. v. cām & cās appellationis & appellationū p parte deuoti oratoris uestri Ia. de mota ab admissione cuiusdam Io. mauert ad reiterandū terminos unico contextu in cā quæ corā Reuerendo patre domino Ioan. de Coca electo unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locumtenente inter præfatum Io. Mauert actorem ex una & oratorem de & super quibusdam canonicatu & præbenda ecclesiæ beatæ Mariæ Nannetensis & illorum occasione partibus ex altera, in prima uerti prætendebatur instantia per eundem dominum electum taliter qualiter in præiudicium oratoris facta per quā grauamen quod in appellatione a diffinitiua reparari non posset infertur interposite & interpositarū unacū toto negocio principali alicui ex præfatis dominis auditoribus cōmittere audiendas cognoscendas decidēdas & fine debito terminandas, cum oībus & singulis suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis & cōnexis & cum ptāte citandi & inhibendi, ac aliis clausulis consuetis & oportunis, cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq́ȝ in contrariū facientibus non obstantibus quibuscūqȝ.

Commissio appellationis in tertia instantia.

DIgnetur. s. v. cām & causas prætēsarū appellationis & appellationū ad. e. s. v. ut ptenditur iterposite & interpositarum ac nullitatis & desertionis earundem pro parte quorundam Ia. de mota & Stepha. Simonis assertorum clericorū a quadā diffinitiua sentētia nuper per Reuerendum patrem dominum Io. de Cesarinis in causa quæ tunc coram eo in secunda & alias coram Reuerendo patre domino Io. electo in prima uerse fuerunt instantia, inter deuotum eiusdem. s. v. oratorem Io. Mauert actorem ex una & prædictos Iaco. & Steph. de & super certis canonicatu & præbenda ecclesiæ collegiate beatæ Mariæ Nannetenensis & eorum occasione partibus ex altera in fauorem dicti Io. oratoris & contra prædictos Iac. & Stepha. lata alicui alteri ex. R. p. causarum uestri sacri palatii apostolici auditoribus cōmittere audiēdas cognoscendas decidendas & fine debito terminandas, cū omnibus & singulis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis. in contrarium facientibus nō obstantibus quibuscunqȝ.

Commissio causæ appellationis a sententia secunda reuocatoria primæ.

DIgnetur. s. v. cām & causas appellationis & appellationū pro parte deuoti. e. s. v. oratoris. A. a quadā prætensa sententia etiam si diffinitiua dici mereatur. quæ prætensa sententia per. R. p. d. N. sacri. &c. auditorem in causa quæ coram eo inter dictum oratorem, & quendam N. de & super. N. & cærebusq́ȝ aliis in actis causæ latius expressis & illorum occasione partibus ex altera in secunda uerti prætendebatur instantia diffinitiuam sententiam pro dicto. N. oratore & contra dictum. N. aduersarium per R. p. d. N. &c. auditorem latam cassasse & annullasse seu reuocasse & desuper suam prætensam sententiam cū expensarum condemnatione promulgasse prætenditur ad. s. v. sanctamq́ȝ sedem apostolicam interposite & interpositarum nullitatisq́ȝ & nullitatū iniquitatis & iniustitie dictæ prætēsæ sententiæ ipsius domini. N. to

tiusq́ȝ

tiusq; prætensi processus desup quomodoli bet habiti & facti unacū toto negocio prin cipali alicui alteri ex. R.p.d.&c. auditori bus cōmittere audiēdas cognoscendas deci dēdas & fine debito terminandas cū omni bus & singulis suis emergentibus incidenti tibus depēdentibus annexis & cōnexis. cæ terisq; in contrarium facientibus non obstā tibus quibuscunque.

Commissio causæ appellationis ab exclu-sione a capitulo & tractatibus eiusdem.

BEatissime pater licet deuotus.s.v. orator Ia.de.N.&c.nō meruerit ne que fecit talia propter quæ præser-tim a quibusdam.N.&.D. assertorum ca-nonicorum dictæ ecclesiæ asserētium se ca pitulum eiusdem ecclesiæ repræsētare a ca pitulo excludi & negociis & tractatibus se-cularibus interesse & ueniens non admitti debuerit. Nihilominus præmissis nō obstāti bus ex eo maxime cū illa nō uidebatur sub sistere causa ꝙ literas apostolicas & manda ta.s.v.exequi & executioni demandare tē-ptauit dicti domini.N.&.D.temere & de facto nulla causa legitima subsistente nullo iuris ordine seruato eundem Ia.oratorem a capitulo excludere eundemq; ad interessen dum actibus & negociis & tractatibus capi tularibus uenientem admittere recusare ip sumq; diuersis iniuriis & contumeliis affi-cere præsumpserunt pœnas contra tales a s.v.in die Iouis sancta promulgatas dam-nabiliter incurrendo.a quibusquidem om-nibus & singulis tam coniunctim q̄ diuisim ad.s.v.sanctāq; sedem apostolicam ꝓ par te dicti Ia.oratoris prouocatum extitit& ap pellatum. Dignetur igitur.e.s.v. causam & causas appellationis & appellationū hmōi attemptatorūq; & innouatorū quoruncun-que nullitatisq;& nullitatū iniquitatis & in iustitie dictarum prætensarum exclusione omniumq; processuum desuper quomodo libet per eosdem.N.&.D. habitorum una cum negocio principali iniuriarumq; & cō tumeliarum præmissorum occasione ipsi o ratori illatarum dānorūq; & interesse alicui ex.R.patribus dominis uestri sacri palatii cārum auditoribus cōmittere cum potesta te citandi ac eosdem.N.&.D. in pœnas sententias & censuras ecclesiasticas contra tales in bulla.s.v.publicatas incidisse decla randi ac inhibendi.Cōstitutionibus & ordi nationibus &c.

Commissio causæ appellationis a sen tentia super attemptatis lata una cum totos &c.

BEatissime pater nuper quadā cau-sa inter deuotum uestrum.L.cano nicum &c.ex una & quendam.C. assertum clericum de & super parrochiali ecclesia sancti Martini &c & ipsius occa-sione partibus ex altera coram.R.p.d.Ma gno Episcopo Hilde.loci ordinario indeci sa ut prætēditur uertente lata quadam per dictum episcopum in fauorem dicti.C.& contra præfatū.L.prætensa diffinitiua sen tentia & ab ea pro parte dicti.L.ad.R.p. d.archiepiscopū Maguntinensem appella to & causa appellationis huiusmodi corā domino Io.Suarte asserto iudice eiusdem sedis Maguntinensis ad instātiam p̄fati do mini.L.introducta causaq; coram eodem Io.Suarte asserto iudice indecisa ut præten ditur uertente præfatus.C. prætēdens licet minus ueraciter ꝙ dictus.L. nonnullos cen suarios siue reddituarios & collectores fru ctuum dictæ ecclesiæ sancti.M.sub excom municationis late sentētiæ & aliis pecunia rum pœnis per quendā.N. fabri decanum ecclesiæ sancti Io.Mindēsi tanq̄ subexecu torem cleri ciuitatis & diocesi Mindensi in sui & litispendentie hmōi præiudicium ut sibi & nulli alteri de fructibus redditibus & prouentibus ac iuribus & obuentionibus saltem salinariis de salina Lunenburgen-si ad ipsam ecclesiam ut asserebat spectan-te satisfacere & respondere deberent mone ri & requiri.& ꝙ similiter etiam ipsos cen-suarios seu reddituarios siue colonos prædi ctos occasione præmissorum alias mole-stauerit & excommunicationis sententiam incidisse declarari fecerit.causam sup præ tensis attemptatis huiusmodi coram dicto Io.s.introduxit ut prætenditur. ipseq; Io.p peram & inique procedens quandam præ tensam sententiam super prætensis attem-ptatis huiusmodi in fauorem dicti.C.nullū ius siue titulum in dicta ecclesia sancti.M. seu ad eam habentis cū prætensarū expēsa rū damnorum & interesse condemnatione ut dicitur promulgauit reseruādo etiam in dicta prætensa sententia ipsius prætensi in

N

interesse quantitatem de dicto prætenso interesse non cognito iuramento dicti C. p̄fi gendo ēt ipsi certũ per ipsum tũc peremptorium statutũ terminũ infra quē de dicto p̄tēso interesse ip̄e. C. deberet & teneretur satisfacere prout præmissa in dicta prætensa sententia & ab eodem prætenso iudice appellationis ad. s. v. & sanctã sedem apostolicam extitit prouocatũ & appellatum. Dignetur igitur. s. v. cãm & causas appellationis & appellationum hmõi unacũ toto negocio principali. necnon nullitatis iniquitatis & iniustitiæ dictorũ prætensorum, processuum & prætensarum sententiarum prædictarum tã per dictũ dominum Maguntinē sē episcopũ aut eius officiales seu forsan cõmissarios per eum forsan deputatos ac ēt p̄ dominũ Io. Suarte prætensum iudicem in p̄iudicium dicti. L. quomodolibet habiti & facti. alicui ex dominis &c. terminandam cum omnibus & singulis &c. & cũ ptãte dictum. C. omnesq; &c. citandi & inhibendi constitutionibus & ordinationibus &c.

Commissio appellationis ab absolutione excommunicationis ob non paritionem rei iudicate. &c.

DIgnetur. s. v. causam & causas appellationis & appellationum pro parte deuoti oratoris uestri. B. canonici. N. a quadã prætensa sententia siue ordinatione per quam. R. p. d. Io. de Cæsarinis auditor quendã. N. de. H. intrusum in canonicatu & præbenda dictæ ecclesiæ ob non paritionem rei iudicate & occupatione dictorum canonicatus & præbende fructuumq; eorundem usurpatione maioris excommunicationis sententia ligatum a dictis sententiis & censuris taliter qualiter p̄cedendo absoluisse & nonnullos nominatos in dicta prætensa sententia pro inquisitione dictarum quorundam literarum apostolicarum & aliorum in prætensa sententia expressorum deputasse prætenditur taciteq; pro terminis repulsionis rebusq; & grauaminibus aliis in appellatione desuper interiectis ad. s. v. sanctamq; sedem apostolicam interposite & interpositarum nullitatisq; iniquitatis & iniustitiæ dictæ prætēsæ sententiæ & ordinationis totiusq; prætensi processus desup p eundem. d. Io. an. habitis & fatis attemptatorũq; & innouatorum quorũcũq; necnon surreptionis & obreptionis nullitatisq; ac defectus intentionis cuiusdã p̄tensæ cõmissionis p eũdem. N. p̄textu cuius hmõi prætensam sententiam promulgasse dicitur extorte. Alicui alteri ex. R. p. v. sacri palatii &c. auditoribus cõmittere audiendas &c. cum omnibus & singulis &c. constitutionibus & ordinationibus apostolicis statũ causæ & in ea actitatorũ tenores p̄sentibus pro expressis habendo. Aliisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio appellationis ab intrusione perpetuæ uicariæ.

DIgnetur. s. v. causam & causas appellationis & appellationum quarumcunq; pro parte. e. s. v. oratoris N. clerici Mindensis diocesis rectoris siue perpetui uicarii altaris sanctorum trium regum sitũ in parrochiali ecclesia beatæ Mariæ uirginis Lubicensis ab intrusionis iniectionis ac occupationis detentionis & impedimentis grauaminibus aliis in appellatione desuper interiectis plenius expressis & in deductione causæ latius deducendis per quendam Io. assertum clericũ, aduersariũ de & sup dicta perpetua uicaria trium regũ & illius occasione factis præstitis & illatis ad. s. v. sanctãq; sedē apostolicam interposite & intesposítarũ. necnon cãm & causas q̄ & quas ipse. N. contra & aduersus Io. prædictum intrusum omnesq; alios & singulos sua cõiter uel diuisim interesse putantes & in executione præsentiũ quomodolibet nominandos mouet mouereq; uult & intēdit de & super dicta uicaria & illius occasione Alicui ex. R. p. d. uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus committere audiendas &c. Cum omnibus & singulis suis emergētibus &c. Cum potestate Io. p̄dictũ omnesq; alios & singulos in executione citationis huiusmodi præsentium uigore decernende nominandos in Romana curia & extra eam & in partibus præmissorum occasione prout opus fuerit citandi & inhibendi omnibus & singulis quibus fuerit inhibendum ac alias & alia faciendi & circa præmissa necessaria & oportuna. nõ obstantibus q̄ causa seu causæ &c. aliisq; in contrarium &c.

Commisſio appellationis a mãdatis & mo nitionibus &c.ad ſoluẽdum decimas archiepiſcopo Colonienſi.

DIgntur.s.v.cauſam & cauſas appellationis & appellationum pro parte deuotorũ.s.v. oratorum decanorum & capitulorum necnon perſonarum & canonicorum ſanctorum Gereonis Seuerini Cuniberti Andreæ Apoſtolorum beatæ Mariæ ad gradus & Georgii Colonienſis ciuitatis eccleſiarum ipſorumq; adherentiũ & ſua cõiter uel diuiſim intereſſe putantes a qbuſdam prætenſis impoſitionibus conceſsionibus ſiue pronunciationibus ipſis non uocatis nec auditis ad ſoluẽdum uigintiquatuor decimas in certis terminis ſtatutis R. domino Theoderico archiepiſcopo Colonienſi necnon mandatis atque monitionibus ſub prætenſis pœnis & cenſuris eccleſiaſticis deſuper emiſsis aliiſq; etiã grauaminibus in appellatione propterea interiectis plenius expreſsis ipſis per dominos decanum & capitulum eccleſiæ Colonienſi necnon aſſertum officialem Colonienſem taliter qualiter factis præſtitis exortis & illatis ad.e.s.v.interpoſitæ & interpoſitarum nullitatiſq; iniquitatis & iniuſtitiæ dictarum prætenſorum impoſitionum ſiue pnunciationum atq; monitionum & mandatorum omniumq; & ſingulorum prætenſorũ proceſſuum coram præfatis dominis decano & capitulo eccleſiæ Colonienſis ſeu eorum inſtantiam atq; aſſerto officiali coniunctim uel diuiſim occaſione præmiſſorũ habitorum & factorum attemptatorum & innouatorum quoruncũq; unacum toto negocio principali alicui ex Reuerendis patribus dominis ueſtri ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditoribus committere audiendas &c.terminandas cum omnibus & ſingulis ſuis emergentibus &c. cum poteſtate præfatos decanum & capitulum atq; officialem coniunctim & diuiſim omneſq; etiã alios & ſingulos ſua communiter uel idiuiſim intereſſe putantes & in executione &c. in Romana. Cu.& extra &c. citandi atque ſub excommunicationis pœna aliiſq; cenſuris eccleſiaſticis inhibendi.necnon pfatos dominos decanos canonicos & capitula ipſorumq; ẽt adherentes coniunctim & diuiſim a quibuſcunque prætenſis excõicationis ſuſpenſionis aliiſq; cenſuris eccleſiaſticis quibus forſan præmiſſorum occaſione laqueati prætẽduntur ſimpliciter uel ad cautelam quatenus indigeant abſoluendi atq; quodcunque prætenſum interdictum forſitan etiam poſitum tollendi & relaxandi iuribus necnon conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ſtillo palatii ac ꝙ cã ſeu cauſæ huiuſmodi non ſint forſan ad Ro. Cu.&c.quibuſcunque.

Commisſio prætenſæ appellationis a monitionibus factis occupatori bonorũ poſſeſſoribus & hominibus loci. N. Lucẽſis dioceſis ut ab occupationibus deſiſtant & deſertionis eiuſdem.

BEatisſime pater licet bona poſſeſſiones & uaſſalli loci. N. Lucẽſis dioceſis uulgariter nuncupati ad deuotos ueſtros decanum & capitulum eccleſiæ Compoſtolane eorumque capitularem menſam pleno iure pertineant ipſiq; oratores huiuſmodi bona poſſeſsiones & uaſſallos prædicti loci.n. in prædicta dioceſi Lucenſi ab antiqs temporibus poſſediſſent & in hmõi loci.n.iuriũq; & ptinentiarũ omniũ eiuſdem poſſeſsione ſeu quaſi pacifica & quieta fuiſſent. nihilominus tamen qdã A. laicus quibus ſpiritu titulo cauſa uel rõne ductus neſcitur temere & de facto ſe in hmõi bonis poſſeſsionibus & uaſallis dicti loci.n.intruſit & prædictos oratores hmõi bonis poſſeſsionibus & uaſallis prædicti loci.n.ſpoliauit.unde prædicti oratores ſentientes ſe pp præmiſſa indebite grauari ad abbatem monaſterii de ſancto paulo ciuitatis Compoſtolanſis ordinis ſancti Benedicti conſeruatorem ſuũ auctoritate apoſtolica deputatũ recurſum habuerunt dictuſq; abbas cõſeruator p ſuas certi tenoris literas prædictũ. A. ſub excõis aliiſq; pœnis & cẽſuris eccleſiaſticis quatenus infra certũ expreſſum terminũ hmõi bonorũ poſſeſsionũ uaſallorum dicti loci. N. poſſeſsionem liberam uacuam & expeditam prædictis oratoribus ueſtris dimittere monuit & requiſiuit ſeu moneri & requiri fecit a quibus quidem monitionibus & requiſitionibus fuit ut prætenditur pro parte dicti. A. aduerſarii ad .s.v. ſanctamq; ſedem apoſtolicam appellatum. Verum pater ſanctæ prædictus. A. in partibus illis eſt potens & præ-

dicti oratores uestri attenta potentia dicti A. eorum aduersarii non sperant posse consequi iustitie complementum. dignetur. s. v. causam & causas prætensarum appellationis. & appellationum huiusmodi desertionisq; & nullitatis illorum. necnō etiam spoliatione prædictis unacum negocio principali alicui ex. R. p. dominis uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus committere audiendas &c. Cum potestate etiam citandi dictum. B. aduersarium omnesq; alios &c. extra Ro. Cu. & ad partes etiam per edictum publicum in locis circumuicinis totiens quotiens opus erit cum non sit tutus accessus ipsis oratoribus ad citādum dictum aduersarium laicum non obstante quacunq; commissione per rescriptum apostolicum aut alias ad instantiam dicti laici aduersarii. Alicui seu aliquibus iudici uel iudicibus in partibus super præmissis & eorum occasione facta etiam si uigore illius ad aliquos actus processum fuerit. & ꝙ forsan causa seu causæ huiusmodi nō sint ad Ro. Cu. &c. quibuscunq;. &c.

Commissio appellationum a sententiis in partibus latis super bonis immobilibus.

DIgnetur. s. v. causam & cās appellatiōis & appellationū ꝓ parte deuoti uestri. N. canonici ecclesiæ Lubicēsi a quadam diffinitiua sñia per uenerabiles. A. &. B. assertos iudices per R. p. d. archiepiscopū Bremensem ut dicitur deputatos in causa quæ coram eis uertebatur inter præfatum N. ex una & Io. habitatorem ciuitatis Lubicēsis et administratorem ecclesiarum sanctorum. C. &. D. dictæ ciuitatis Lubicensis de & super quibusdam molendinis & bonis immobilibus in uilla. E. dictæ Lubicēsis diocesis sitis & nullitatis desertionis eiusdem appellationis pro parte dicti. N. a quadam diffinitiua sententia per quendam officialē Lubicensem super dictis bonis pro dicto Io. & contra præfatum. N. & rebus aliis in actis causæ deductis ut dicitur lata & promulgata. ad. e. s. v. sanctamq; sedem apostolicam interpositæ & interpositarum. necnon iniquitatis nullitatis & iniustitiæ processus & sententiarum prædictarum unacum toto negocio principali ac attemptatorum & innouatorū quoruncunq; alicui ex. R. p. uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus. attento ꝙ causa huiusmodi in prima instantia fuit coram loci ordinario & post coram Metropolitano uentilata committere audiendas &c. Et cum potestate citandi &c. Non obstante ꝙ causa seu causæ huiusmodi &c. quibuscunque. &c.

Commissio appellationis a requisitione & monitione ad soluendum pensionem annuam.

BEatissime pater licet deuotus orator uester. P. rector parrochialis ecclesiæ de. A. N. diocesis nullatenus teneretur ad alicuius pensionis solutionem. ratione dictæ suæ ecclesiæ cum nunquam consensisset ut super illius fructibus aliqua pensio assignaretur ipseq; illam tenuisset & possedisset prout tenet & possidet de præsenti absq; eo ꝙ de alicuius pensionis solutione requisitus fuerit pensionesq; super fructibus beneficiorum absque consensu rectorum eorundem constitui & assignari non debeant. Nihilominus quidam Io. n. assertus clericus prætendens quadam annuam pensionē super fructibus dictæ ecclesiæ de A. sibi reseruatam & assignatā fuisse quasdam literas super dicta prætensa reseruatione ut dicitur expediuit & illas præfato oratori præsentari ac ipsum ad solutionem dictæ prætensæ pensionis moneri fecit. a quibusquidem prætensis requisitione & monitione ac nonnullis aliis grauaminibus ipsi oratori illatis & inferri comminatis fuit ad s. v. sanctamq; sedem apostolicam appellatum ac de nullitate dictum. Dignetur igitur s. v. causam & causas appellationis & appellationum huiusmodi nullitatisq; iniquitatis & iniustitie tam dictarum prætensarū requisitionū & monitionū quam alionum cōtra dictum oratorem occasione prætensæ assignationis dictæ prætensæ pensionis gestorum & habitorum attemptatorumq; & innonatorum ac totius negocii principalis cōmittere alicui ex uestri sacri palatii causarum auditoribus audiendas &c. Et cum potestate citandi &c. non obstante ꝙ causa seu causæ &c. Constitutionibus &c. quibuscunque.

Commissio appellationis a spolio beneficii.

Dignetur.s.v.causam & cās appellationis & appellationū ad.e.s.v.sanctamq́ʒ sedem apostolicā pro parte deuoti oratoris uestri Io.N.uicarii perpetui ad altare sancti Martini situm in ecclesia parrochiali sancti Io.Lubicensi ab indebita admissione necnon intrusione & spolio per quendam Alb.n.assertum clericum ppetratis aliisq́ʒ grauaminibus in appellatione desuper interiecta expressis cuius tenorem &c.dignemini habere pro sufficienter expressis interposite & interpositarum nullitatisq́ʒ iniquitatis & iniustitie dictæ prætensæ admissionis attemptatorumq́ʒ & innouatorum quoruncunque necnon causam & causas quam & quas dictus orator habet & mouet habereq́ʒ & mouere uult & intendit contra & aduersus dictum Albertum intrusum omnesq́ʒ alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes de & super intrusione & spolio dictæ Vicariæ & impedimentis molestationibus & uexationibus & iactationibus prætensi iuris rebusq́ʒ aliis in actis specificandis. alicui ex.R.patribus dominis &c.terminandas cum singulis suis emergentibus &c.connexis.cū potestate dictum Albertum omnesq́ʒ alios &c. constitutionibus &c.quodqʒ causa &c.non obstantibus quibuscunqʒ.

Commissio appellationis a prætensa spoliatione intrusione & incarceratione in partibus illatis.

PAter sanctæ licet deuotus orator.s.v.Io.parrochiales ecclesias.n.Lubicēsis &.N.Verdēsis diocesis sibi canonice collatas ex dispensatione.s.v.sibi super hoc concessa ad inuicem obtineret ac obtinere & retinere usque ad certum tēpus nondū finitum canonice posset. Nihilominus quidam dominus.A.officialis & Vicarius domini Episcopi Lubicēsis assertus ad suggestionem cuiusdam P.Mindensis diocesis seu aliás licet tamē indebite& de facto dictū Io.præfata ecclesia .n. Lubicensis diocesis ut dicit̄ priuauit seu taliter qualiter declarauit esse priuatū ac ipsum ab eadem amouit illamq́ʒ dicto Petro quamuis etiam indebite & de facto contulit . idemq́ʒ Petrus ipsius ecclesiæ.N.possessionē intrauit seu potius se intrusit in eadem. ac præfatum Ioannem ecclesia ipsa eiusq́ʒ possessione spoliauit dicto Ioanne absente in duris carceribus existente & detento sic & taliter ꝙ ipse coram dicto asserto officiali & Vicario etiam si ad hoc fuisset debite uocatus cōparere ne ius suum defendere dispensationemq́ʒ prædictam exhibere nequiuit. sed a priuatione seu amotione & collatione aliis grauaminibus supradictis quantotius ad ipsius Ioannis notitiam peruenerunt ad.s.v. appellauit. Dignetur igitur.s.v. causam & causas appellationis & appellationum huiusmodi necnon alias quas idem Ioannes mouet mouereq́ʒ uult & intendit contra & aduersus officialem & Petrum prædictos omnesq́ʒ alios & singulos dictæ ecclesiæ detentores ac sua communiter uel diuisim interesse putantes.de & super præfata parrochiali ecclesia.N. priuationeq́ʒ amotione & intrusione prædictis ac nullitatis sententiæ priuatione seu declaratione amotione & collatione prætensarum prædictarum & cuiuslibet ipsarum tam coniunctim q̄ diuisim Alicui ex.R.p.dominis uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus committere audiendas &c. Et cū potestate citandi præfatos dominos officialē & Vicarium si sua putauerint interesse & processus suos uoluerint sustentare. necnon dictum.P.& quoscunque alios sua in præmissis interesse putantes & dictæ ecclesiæ de.N.detentores in Cu.Ro.& extra semel & pluries totiens quotiens fuerit oportunū ac etiam inhibendi quibus fuerit inhibendum constitutionibus.&c.

Commissio appellationis non obstante ꝙ non sunt dati apostoli cum multis clausulis.

DIgnetur.s.v.causam & cās appellationis & appellationū pro parte deuoti oratoris uestri.N.ad eandē s.v.nuper interposite & interpositarū a quadam prætensa sententia per dominum.N. causarum apostolici auditorem in fauorem cuiusdam Io.& contra quendam Petrū. N.in quadam causa quæ coram eo inter dictas partes uentilari dicebatur de & super parrochiali ecclesia.N.N.diocesis.ac quibusdam prætensis spoliis attemptatis seu innouatis & eorum occasione ut dicitur lata necnon prætensa taxatione expensarū inde ut dicitur secuta ac etiam a decreto certarū

dicta sententia exequenda decretarum nec non ipsarum prætensarum sententiæ ac taxationis ac præfatarum litterarum executorialium decreti seu concessionis & cuiuslibet illorum nullitate & iniquitate & iniustitia unacum toto negocio principali Alicui alteri ex dictis dominis dicti palatii causarum apostolici auditoribus committere tã coniunctim quam diuisim audiendas cognoscendas &c. Et cum potestate citandi &c. ac inhibendi quibus fuerit inhibendum tam in Romana curia q̃ extra eam. Non obstantibus ꝙ apostoli super huiusmodi appellationibus nondum dati fuerint cum interim pendentibus huiusmodi dilationibus ad dandum apostolos dictus appellans niteretur prout nititur dictam prætensam talẽ qualem & nullam sententiam executioni facere demandari. Constitutionibus &c. quibuscunque &c.

Commissio appellationis extra curiam ad partes etiam ultra unam dietam.

DIgnetur. s. v. causam & causas appellationis & appellationum pro parte. R. p. d. Ioan. episcopi. N. a quadam prætensa sententia aliisq; grauaminibus in appellatione expressis per uenerabilem uirum dominum. N. abbatem monasterii sancti Petri. diocesis assertum iudicem delegatum auctoritate apostolica in cã quæ coram eo uerti p̃tendebatur inter quẽdam. H. laicum agentem ex una & dictum dominũ Io. ep̃um de & super q̃busdã pecuniarũ summis & rebus aliis tũc expressis & ipsorum occasione partibus ex altera ꝑ dicto. H. & cõtra dictum Io. episcopum ut dicitur latis & promulgatis ad sanctam sedẽ apostolicã interposite & interpositarũ. nec nõ nullitatis iniquitatis & iniustitiæ processus & sententiæ prædictorum unacum toto negocio principali alicui probo uiro in partibus etiam ultra unam dietam. Non obstãtibus cõstitutionibus Innocentii terti & Bonifacii octaui committere audiendas &c. cum potestate citandi dictum. H. &c. ac inhibendi dicto iudici & aduersario & aliis de quibus uidebitur expedire etiam sub cẽsuris ecclesiasticis ne in præiudicium litispendente & dicti domini episcopi aliquid attemptent seu innouent. constitutionibus &c. quibuscunque.

Commissio appellationis super federe matrimonii a grauaminibus & processu iudicis secularis & cum auocatione causæ.

DIgnetur. s. v. causam & causas appellationis & appellationum pro parte deuoti uestri Io. clerici. N. diocesis a nonnullis grauaminibus & iniustis processibus in appellationibus hmõi latius expressatis per quendam. P. assertum iudicem secularem ad instantiã cuiusdam Chatherinæ filiæ quondam. S. ciuis Bremensis & contra dictum Io. super prætenso federe matrimonii & eius occasione inter eos ut dicitur contractis factis & illatis ad. s. v. sanctãq; sedem apostolicam interposite & interpositarum unacum toto negocio principali etiam cum auocatione causarũ huiusmodi a quibuscunque iudicibus ecclesiasticis uel secularibus statum causarũ huiusmodi etiã si de eis specialis & expressa mẽtio habenda sit Alicui ex R. p. dominis uestri sacri paltii apostolici cãrum auditoribus committere audiendas &c. cum potestate citandi &c. Dictisq; Chathe. & iudicibus sub censuris ecclesiasticis & centum marcarum auri pœnis quas contrafacientibus ipso facto incurrant ne ulterius se de dicta causa intromittant & ne in præiudiciũ dicti Io. quicquam attemptent seu innouẽt. Non obstantibus ꝙ causa seu causæ huiusmodi de sui natura &c. Constitutionibus &c. quibuscunque.

Commissio appellationis a monitionibus & requisitionibus ad soluendum annuam pensionem.

BEatissime pater licet deuotus orator uester Io. rector parrochialis ecclesiæ. N. M. diocesis nullatenus teneretur ad alicuius pensionis solutionem ratione dictæ ecclesiæ cum nunquam consensisset ut super illius fructibus aliqua pensio assignaretur ipseq; illam tenuisset & possedisset prout tenet & possidet de præsenti absque eo ꝙ de alicuius pensionis solutione requisitus fuerit pensionesq; sup fructibus beneficiorum absque consensu rectoris eorundem constitui & assignari non debeant, Nihilominus quidam. E. assertus

clericus pretendens quandam annuam pensionem super fructibus dictæ ecclesiæ sibi reseruatam & assignatam fuisse quasdam litteras super dicta prætensa reseruatione ut dicitur expediuit & illas præfato oratori presentari acipsum ad solutionem dictæ prætensæ pensionis moneri fecit. A quibusquidē pretensis requisitione & monitione & nonnullis aliis grauaminibus ipsi oratori illatis & inferri cominatis fuit ad.s.v. sanctamq; sedem apostolicam appellatum ac de nullitate dictorum. Dignetur igitur s.v. causam & causas appellationis & appellationum huiusmodi nullitatis iniquitatisq; & iniustitie tam dictarum prætensarum requisitionis & monitionis q̄ aliorum contra dictum oratorem occasione prætensæ assignationis dictæ prætensæ pensionis gestorum & habitorum attemptatorumq; & innouatorū unacum toto negocio principali committere alicui ex uestri sacri palatii apostolici causarū auditoribus audiendas cognoscendas. &c. cum omnibus & singulis suis incidentibus &c. Et cum potestate citandi &c. Non obstantibus q̄ causa seu causæ &c. constitutionibus &c. quibuscunque.

Commisio appellationis per dependentiam.

DIgnetur.s.v.causam & causas pretensarum appellationis & appellationum ac desertionis & nullitatis earundem ad.s.v.ut prætenditur interposite & interpositarum pro parte cuiusdā. P.asserti clerici a quadam diffinitiua sententia super spolio per R.p.d.A.de B.causarum sacri palatii apostolici auditorem in causa tunc coram eo in secunda instantia uertente inter deuotum.e.s.v.Io. ex una & dictum P.de & super canonicatu & præbē de ecclesiæ Lubicensis & eorum occasione partibus ex altera in fauorem dicti oratoris & contra præfatum.P.lata alicui ex R. p.d.&c.committere audiendas &c. Cum omnibus &c. & connexis. Et si placet.R. p.d.A.cui causa prætensi grauaminis ante sententiam ad instantiam aduersarii cōmissa reperitur ne continentie causarum diuidantur & coram quo termini super dicto prætenso grauamine seruati dicuntur. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio appellationis a denegatione iustitiæ super spolio fructuum &c.per capitulum facto cum narratione facti.

BEatissime pater exponitur.s.v.pro parte deuoti oratoris uestri. N.canonici &c.q̄ licet ipse dudum non nullis redditibus & prouentibus sibi ratione canonicalis portioni debitis & ab antea per eum pacifice & quiete perceptis per Decanum seniorem & capitulum præfatæ ecclesiæ contra institutiones spoliatus causam super spoliatione & detentione fructuum & prouentuum huiusmodi cōtra eosdem decanum seniorem & capitulū coram.R.p.d.A.episcopo.N.iureiurādo & prosequendo possessiones & spoliationes ac detentione prædictas sufficienter & legitime probauerit necnon præfatum dominum episcopum sepius quatenus sibi sup præmissis iustitiam ministrare dignaretur requisiuerat & illi supplicari fecerit. Idem tamen dominus episcopus præfatis decano & capitulo ut uidebatur nimis fauens causam huiusmodi per uaria subterfugia expedire distulit. unde præfatus.n.cum causæ huiusmodi post multas supplicationes & requisitiones pro ministranda iustitia dicto episcopo factis expeditionem habere non potuerat.etiam postquā centum dies a conclusione in causa factas lapsi essent a denegatione iustitiæ & aliis præiudiciis ac grauaminibus sibi per præfatum episcopum factis & illatis ad.s.v.sanctamq; sedem apostolicam appellauit.Cum autem pater sanctæ ualde existeret iniquum præfatum oratorem ob inordinatos fauores quos decanus & capitulum prædicti apud præfatum episcopum sentiunt fructibus & redditibus prædictis sic inaniter spoliatus & destitutus. Quare pro parte dicti. N.præmissis ac quod etiam episcopus præfatus eidem.s.v.& sedi apostolice immediate subiectus existit attentis supplicatur dictæ.s.v. quatenus omnes & singulas causas appellationum prædictas unacum negocio principali ac suis emergentibus &c. alicui ex R.patribus dominis &c. committere &c. ut in forma.

Commissio restitutionis ad appellandum

BEatisſimæ pater lite & cauſa in ue ſtro ſacro palatio apoſtolico inter deuotum .v.s. oratorē Io.de.n.reū & poſſeſſorem ex una & quēdam. N.aſſer tum clericum aduerſarium actorem coram R.p.domino. A.dicti palatii cauſarum au ditore de & ſuper certis canonicatu & præ bēda eccleſiæ ſanctæ Crucis Hildeſem.re busq́ȝ aliis in actis cauſæ & cārum hmōi la tius deſignatis & illorum occaſione in pri ma ut prætenditur inſtantia pendente. idē dominus. A.auditor taliter qualiter proce dens quādam prætenſam diffinitiuam ſen tentiam cuiuſdam aſſerte gratiæ ſi neutri. canonizatoriam pro. N.& cōtra præfatum Io.oratorem cum fructuū & expenſarū cō demnatione promulgauit. A.qua pro parte dicti Io. infra tempus debitum appellato apoſtolisq́ȝ reuerentialibus datis &.x.dierū termino ut moris eſt ad proſequendum aſſi gnato infra quem credens Io.ſeu eius pro curator pro parte aduerſa factam diligen tiam & appellationis cauſam commiſſam eo ꝙ.N.ipſum ad dicendum contra com miſſionem ad primam diem in cauſa hmōi canonicatus & præbēde coram. R.p.d.N. eiuſdē palatii cārum apoſtolici auditore pē dente citari procurauit.quæ tamen commiſ ſio non ſuper huiuſmodi ſed ipſius. N.ap pellatione a diffinitiua ſententia ſuper poſ ſeſſorio pro præfato Io.contra. N.lata diu antea præſentata reperitur. Et propterea idē N.coram eodē domino. N.auditore ſuper huiuſmodi appellatione agit deſertione ter minis iam ſeruatis. Verum pater ſanctæ di ctus Io.qui dictis canonicatum & præben da ſpacio.xii.annorum tenuit & poſſedit ꝑ prætenſam ſententiam huiuſmodi & ꝙ iu ra defenſiones & rationes quibus prætēſam gratiam ſi neutri huiuſmodi eneruabit non dedit neqȝ in eis auditus eſt, læſus eſt & gra uatus læſisq́ȝ & grauatis nunc ad appellan dum nunc in integrum reſtitutionis benefi cio per principem etiam poſt res bis iudica tas ſuccurri ſoleat & prouideri. Dignetur igitur.s.v. præfato domino. N. auditori cō mittere & mandare quatenus præmiſſis nō obſtantibus ipſum Io.ad appellādū appel lationemq́ȝ & illius cauſam proſequēdum reſtituat.& exinde cauſam ſeu cauſas ap pellationis huiuſmodi nullitatisq́ȝ iniquita tis & iniuſtitie dictæ prætenſæ ipſius domi ni. A.ſententiæ totiusq́ȝ prætenſi proceſſus coram ipſo deſuper quomodolibet habiti atque facti unacum toto negocio principa li audiat cognoſcat decidat & fine debito terminet cū omnibus & ſingulis ſuis emer gentibus incidentibus dependentibus anne xis & connexis præmiſſis necnon cōſtitutio nibus & ordinationibus apoſtolicis ſtillo pa latii iuribus ſtatutis cauſæ ipſius cum præ tēſis ſententiæ ac in cauſa actitatorum teno ribus pro ſufficienter expreſſis habentes a liisq́ȝ in contrarium facientibus non obſtan tibus quibuſcunqȝ attento ꝙ a tempore pro mulgationis ipſius prætenſæ ſententiæ o cto menſes nondum ſunt tranſacti.

Reſtitutio ad beneficium quod ex cau ſa permutationis reſignauit quia [illegible] eſt deceptus.

BEatisſimæ pater dudum deuotus N.canonicus talis eccleſiæ &.N. perpetuus cappellanus in tali loco canonicatum & præbendā. ac cappellaniā prædictos in manibus ordinarii collatoris ex cauſa permutationis reſignarunt.qui col lator de dictis canonicatu & præbenda ac cappellania ex dicta cauſa hincinde proui dit poſſeſſione legitima hincinde ſubſecu ta. Et licet pater ſanctæ præfatus. N.ora tor dictam cappellaniam ad duos annos cū dimidio poſſedit nihilominus tamen qui dem. P.eandem cappellaniam a.s.v.tanq̃ ſedi apoſtolicæ ſpecialiter & generaliter re ſeruatā impetraſſe aſſerit. ac eundem. N. oratorem ad uidendum ſibi de dicta cap pellania prouideri citari fecit coram execu tore litterarum apoſtolicarum dicto. P.con ceſſarū licet de facto ut ſperatur. Cum au tem pater ſanctæ ex præmiſſis clare cōſtet ipſum. N.oratorem defraudatum fore ſup plicat ipſe. N.quatenus huiuſmodi permu tationem reſcindi ſeu ad priſtinam ſuā poſ ſeſſionem dictorum canonicatus & præbē da reſtituere & reſtitui mandari ſibiq́ȝ de di ctis canonicatu & præbenda quorum fru ctus &c.non excedunt inquantum opus eſt de nouo prouidere ſeu prouideri mandare dignemini de gratia ſpeciali in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque cum clauſulis oportunis. Et ꝙ non obſtāte &c. Et cum abſolutionibus.

Petitur reduci pensio propter guerras &ho stiles incursus.

Beatissime pater dudum tpe fe. Re. Pauli Papæ.ij.s.v.prædecessoris or ta lite inter quendam Io.ex una & quendam.N.tunc reum & possessorem ecclesiæ parrochialis.N.a diocesis de & sup dicta ecclesia rebusq; aliis in actis latius expressis in uestro sacro palatio apostolico tādem communi consensu dictorum tunc litigantium super dictis ecclesia & fructibus redditibus & puentibus qui tūc ualere asserebātur.cc.ducatorū pēsio annua.lx. ducatorum auri de Camera per ipsum.N.& suos successores soluenda, in certis tunc expressis terminis sub certis poenis & censuris ecclesiasticis constituta prætenditur. Verum pater sanctæ fructus redditus & puentus dicte ecclesiæ tempore cōstitutionis dicte pēsionis & antiqtus ualere consuerūt annuatim.cc, floretiorū auri de camera. iā uero a pluribus annis citra qbus deuotus.s. v.orator.F.comes de.M.rector dicte ecclesiæ ipsam ecclesiam assecutus fuit.lx.ducatorū annuatim non excesserūt put nec hodie excedūt & hoc propter guerras & dimitiutionē & mutationē monete & alias calamitates quæ in partibus illis affluxerunt de præsenti nec est uerisimile q ex futuris temporibus dicti fructus ecclesie redeāt ad pristinum statum unde præmissis attentis præsertim q fructus ecclesiæ adeo tenues ut p mittitur existant licet onera ipsius ecclesiæ semper seruentur & durent pro tanto recurrit ad pedes sanctitatis uestre dictus.F. orator humiliter supplicando quatenus.R.p. d.N.uestri sacri palatii auditori corā quo causæ appellationis a nonnullis prætensis requisitionibus de soluda ptensa pensione pro parte dicti Io.ut dicitur factis necnon nullitatis iniquitatis & iniustitie cuiusdam prætensæ declaratorie sententie incursus poenarum contra dictum oratorem ut prætenditur late commissæ reperiuntur committere & mandare ut si per informationē desuper simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta recipienda constiterit de præmissis & si repperiat dictam ecclesiam adeo in fructictus redditibus & prouentibus diminutam & ipsam per præfatam pensionem grauatā pensionē prædictā reducat & diminuat ad aliam quantitatem proportionabilem uidelicet ad tertiam partem uel saltem prout iustum fuerit ad talem quantitatem ad qualē introitus expenses & onera olim & nunc dictæ ecclesiæ obuenientia & incumbentia reducat & moderet quodq; quælibet partium & illarum successores dictis reductioni & moderationi acquiescere & stare debeant per suam sententiam desuper ferendā declaret faciatq; in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna cum potestate dictum Io.omnesq; alios &c.inhibendi dictumq; F.&c.a quibuscunque excommunicationis sententiis censuris & poenis in ipsum forsan præmissorum occasione latis simpliciter uel ad cautelam quatenus indigeat absoluendi præmissis necnon constitutionibus & ordinationibus apostolicis statum causæ in eoq; actitatorū nec non alterius prætense commissionis super prætensis nullitatibus absolutionis per quēdam.n.abbatem eidem oratori impense ad instantiam aduersarii.R.p.domino electo Ouetensi ut dicitur commissis appellationum hincinde interiectarum tenores præsentium pro sufficienter expressis habentes aliisq; in contrarium facientibus nō obstantibus quibuscunque.



Commissio auocationis causæ de consensu partium.

Dignetur.s.v.omnes & singulas cās coram R.p.d.G. uestri sacri palatii apostolici causarum auditore inter deuotum oratorem uestrum.n. clericū N.diocesis & quendam.A. clericum dicte diocesis de & super parrochiali ecclesia in N.B.diocesis rebusq; aliis &c. specificatis in prima instantia pendente indecisas ab eodem domino.G.auditore de partium prædictarum consensu expresso ad se aduocare illasq; de simili consensu alicui prælato in Ro.curia residenti & si placet uenerabili uiro domino .N. præposito ecclesiæ.G. L.diocesis in dicta curia residenti committere reasumendas ulteriusq; audiendas cognoscēdas decidēdas fineq; debito terminādas cum singulis suis emergentibus incidētibus dependentibus annexis & cōnexis ac cum potestate omnes & singulos terminos substantiales de usu stillo more & consuetu

dine dicti palatii seruari solitos simul & semel unico contextu unicaq; & eadem audientia singulis diebus locis & horis feriatis & non feriatis seruandi & reiterandi ac coram se seruari & reiterari admittendi. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo dicti palatii iuribus cācellariae apostolicaeregulis caeterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque.

Commissio auocationis causae quae pluribus reperitur commissa.

Beatissime pater ad instantiā cuiusdam. L. asserti praesbiteri nonnullae praetense causae appellationis unacum toto negocio principali occasione parrochialis ecclesiae sancti. M. &c. seu de & super dicta parrochiali ecclesia contra quēdam, C, nuper defunctū aliās. R. p. domino. N. uestri sacri palatii causarum auditori reperiuntur commisse coram quo ad nonnullorum terminorum obseruationē citra tamē causae conclusionem ad eiusdem. L. instātiā processum extitit. deinde dictus. L. praemissorum non ignarus cum suum erat factum proprium nullam de praemisis mētionem facientiens causam praetensarū appellationum unacum toto negocio principali praedicto super eadem parrochiali ecclesia pro parte eiusdem ut praetenditur ad s. v. sanctamq; sedem apostolicam interpositarum contra deuotos uestros. A. &. B. etiā occasione praetensi spolii. R. p. d. F. eiusdē palatii auditori ut dicitur cōmitti obtinuit corā quo contra dictos oratores ad terminorū obseruationem citra tamen causae cōclusionē processum ut dicitur extitit. Vnde pater beatissime cum ipse debeat censeri iudex competens quem. s. v. elegit seu cuius iurisdictionem prorogauit saltim cum dicto. L. de hoc penitere non licuit quod sibi semel placuit pro tanto ad euitandum circuitus & ut laboribus & expensis partium parcatur ne super iurisdictione hinc inde habeant disceptare sed ut equa lance coram uno iudice negocium terminetur. Dignetur s. v. causam & causas huiusmodi a praefato. d. F. auditore auocare illāq; & illas dicto. d. L. auditori aut eius surrogato uel surrogando committere reassumēdas ulteriusq; audiendas &c. una cum omnibus suis incidentibus &c. annexis & cōnexis constitutionibus &c. iuribus statum causarum huiusmodi & in ea actitatorū unacum appellationibus ꝑ parte. B. interpositis tenore pro sufficienter expressis habentes etiam si indiuiduam requirant expressionem aliisq; in cōtrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Alia commissio auocationis causae pluribus auditoribus commisse in qua petitur remitti illi coram quo iura sunt producta cum reiteratione terminorum.

Beatissime pater sub nomine deuoti uestri Io. rectoris parrochialis ecclesiae beatae Mariae. N. diocesis contra quendam Franciscum. N. in eande ecclesia intrusum de & super dicta parrochiali ecclesia & illius occasione certa cōmissio. R. p. d. Antonio. N. auditori causarum palatii primo reperitur facta & praesentata & alia eiusdem tenoris commissio. R. p. d. Ludouico. N. similiter auditori quae commissio per ipsius Ludo. procuratorem ratificata & coram eodem domino Ludo. ad obseruationem terminorum ac iuriū ipsius Io. productionē citra tamen causae conclusionem in causa est processum, Franciscus uero ut uerisimiliter creditur querens litem huiusmodi in longum protrahere & suam intrusionem diutius continuare cām ipsam coram dicto Antonio praetextu dictae commissionis prosequitur qui etiam ad ipsius Francisci procuratoris instantiā de facto dicitur decreuisse inhibitionem prout ēt dictus dominus Ludo. auditor praefato domino Antonio auditori inhibuit & litteras inhibitorias decreuit. Et quia pater sancte iura ut praemitttiur corā dicto domino Ludouico sunt producta ne partes ipse laboribus & expensis praegrauētur Dignetur. s. v. causam & causas huiusmodi in omnē euētum dicto domino Lodo. cum oportuna aduocatione committere reasumendas audiendas &c. annexis & connexis ac cum potestate omnes & singulos terminos coram ipso. d. Ludo. & aliās tentos ac de iure & stillo palatii seruari consuetos simul & semel ac unica citatione praecedente unica audiētia & unico contextu etiam altera parte inuita obseruandi & reiterandi obseruariq; & reiterari faciēdi in cōtrarium facientibus nō obstantibus quibuscūque praemissorum omnium & singulorum ac cōmissionibus hinc

inde obtentis actorum'que causæ & causarũ huiusmodi status & totos tenores quomodolibet & ubilibet habitorum præsentibus pro expresfis habentes.

Alia commissio causæ quæ pluribus reperitur commissa cum auocatione &c.

BEatisfime pater alias uacãtibus certis canonicatu & præbenda ecclesiæ. N. quibus ecclesia parrochialis in. V. canonice est annexa. C. diocesis p obitum quondam. M. dum uixit eorũdem possessoris extra Ro. Cu. & in partibus defuncti deuotus. e. s. v. oratur. H. clericus. C. diocesis dictos canonicatum & præbendã cum eis annexis in uim gratiæ suæ expectatiue sibi per fe. re. Paulum Papam. ij. concesse & processuum inde secutorũ acceptauit & de eisdem sibi prouideri obtinuit possessione subsecuta postmodũ quidem. P. assertus clericus ui & uiolenter ac manu armata eundem oratorem dictis canonicatu & præbenda temere & de sancto spoliauit ac se intrusit in eisdem, ortaq; propterea lite siue controuersia inter ipsum oratorem & p̃fatum. P. de & super dicto spolio & eius occasione idem orator in palatio apostolico litigando contra præfatum. P. de & sup spolio & eius occasione duas conformes sentẽtias diffinitiuas cum fructuũ & expensarũ condemnatione reportauit, quarum ultimã tulit. R. p. d. B. auditor &c. Et quia pater sancte pro parte dicti. P. a nonnullis prætẽsis grauaminibus etiam ante diffinitiuã ab eodem. R. p. d. B. Appellatũ reperitur quorum alterum grauamen committi fecit. R. p. d. Antonio &c. & aliud. R. p. d. Io. &c. & successiue eidem. R. p. d. Ant. causa spolii in tertia instantia commissa fuit & quidã etiam Martinus prætendẽs in petitorio ius habere in huiusmodi canonicatu & præbẽda ac eis annexis de prætenti contra ipsum oratorem agit coram. R. p. d. B. tam contra dictum oratorem quam dictum. P. Et quia pater sancte causa huiusmodi coram tribus iudicibus agitatur &. B. iam pronunciauerit & primũ p̃tensum grauamen cõmissum fuerit p̃fato. R. p. d. Ant. ut laboribus & expẽsis parcatur & ut finis liti & causæ hmõi imponat Dignetur. s. v. oẽs & singulas cãs hmõi quomodolibet pẽdentes tã corã præfato, d. B. q̃ coram, d. Io. ad se auocare. necnõ cãm & causas hmõi præfato. d. Ant. aut eius surrogato uel surrogando cui ut p̃mittitur cã primi prætensi grauaminis & ẽt spolii cõmissa reperitur cõmittere in eodẽ statu sicut coram præfato domino auditore de p̃senti pendent reasumendas audiendas &c. cum annexis & connexis statum cãæ hmõi & omnium prænarratorũ tenores hic habẽtes pro sufficienter expresfis. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Cõmissio releuans quia in præcedenti non fuit facta mentio de conclusione causæ.

BEatisfime pater cum nuper lis siue cã in uestro sacro palatio apostolico inter deuotum eiusdem. s. v. oratorem ex una & quosdam. M. & P. aduersarios respectiue penderet siue uerteretur coram tribus auditoribus causarum uestri sacri palatii uidelicet. B. Io. & A. de & sup canonicatu & præbenda. A. & parrochiali eis annexa &c. & eorum occasione partibus ex altera. s. v. ad releuandum partes a laboribus & expensis causas huiusmodi a præfatis dominis Io. &. B. auocauit ac p̃fato. R. p. domino Antonio cui primum p̃tensum grauamen cõmissum fuerat a quadam prætensa appellatione pro parte dicti P. interposita præfato domino. B. siue eius surrogato commisit prout etiam in quadam commissione de & super auocatione huiusmodi signata & iam dudum præsentata cuius tenorem hic habere dignemini p̱ sufficiẽter expresso. Cum autem pater sancte de uiribus dicte commissionis & auocationis hesitetur siue dubitetur ex eo quia in dicta commissione ommissum fuit exprimi q̱ in dicta causa inter dictum oratorem & M. extitit conclusum. Ne igitur pater sancte dicta commissio & auocatio reddatur inutilis propter ommissionẽ narrationis conclusionis antedicte & sic causa huiusmodi coram tribus auditoribus penderet indecisa ad releuandum oratorem laboribus & expensis qui iam in palatio apostolico duas litigando conformes diffinitiuas sententias contra dictum. P. de & super spolio eorundem canonicatus & præbenda ac parrochialis ecclesiæ reportauit. Dignetur. s. v. præfato domino Antonio siue in eius

locum surrogato committere & mandare: quatenus in dicta causa inter dictas partes iuxta tenorem ultime commissionis in omnibus & per omnia procedat ac si de dicta conclusione mentio facta fuisset & illi expresse derogatũ esset. statum c ãe & omniũ prænarratorum tenorem hic pro sufficienter expressis habẽtes constitutionibus &c. quibuscunque.

Commissio ꝙ procedatur in causa commissa litteris non expeditis non obstantibus regula in contrarium edita & ꝑ aduersarium repetita.

Beatissime pater de quibusdam canonicatu & præbenda ecclesiæ. N. per obitum quondam. A. doctoris uacante. s. v. deuoto oratori uestro Io. clerico. N. diocesis decretorum doctori prouideri concessit ac deinde oratori propter rei familiaris maxima qua tunc uexabatur penuria litteris apostolicis ut prætenditur desuper non expeditis causam quam super eisdem canonicatu & præbenda habere intendebat. R. p. d. G. palatii apostolici auditori die. xxx. Maij proxime præterita committi fecit & successiue citatione decreta & executas dictus intrusus quibusdam suis procuratoribus in Romana curia existẽtibus mãdatum ad causam huiusmodi speciale fecit & generale ac a principio per audientiã contradictarum usque ad terminum ad dicendum contra articulos inclusiue & deinde litteris apostolicis expeditis cum procuratore aduersarii litigando ad testium productionem & examinationem ac omnium substantialium terminorum citra conclusionem in prima instantia processum extitit literis apostolicis supradictis apud acta productis quarum effectui & causæ commissioni ac processui prælibatis ab aliquibus asseritur obstare regulam cancellarie per. s. v. editã & per aduersarium repetitam quæ dicitur caueri ꝙ omnes & singule causarum commissiones quas fieri contigerit & obtentu uel occasione concessionum duntaxat apostolicarũ de beneficiis ecclesiasticis gratiarum super quibus littere confecte non forent ac processus desuper habitis nullius forent roboris & momenti. Beatissime pater ex actis constare creditur de oratoris bono iure q nimmo impossibile de iure reputatur canonicatum & præbendam huiusmodi ꝑ aduersarium posse obtineri. ad tollendũ igitur circuitum qui nullum iuris adminiculũ aduersario præbet & litis huic facilis exitus imponatur ad litium immortalitatem extirpandam orator supplicat. s. v. quatenus auditori præfato siue eius forsan surrogato uel surrogando huiusmodi causam expediat atque decidat perinde in omnibus & ꝑ omnia pariformiter ac si ante tempus causæ conclusionis huiusmodi litteras mandati apostolici de conferendo prædictis canonicatum & præbendã expeditas fuisse constaret dignemini committere & mandare præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis & clausula in instrumento mandati facti procuratoribus aduersarii uidelicet quatenus causa fuerit legitime deuoluta &c. aliisue &c. quibuscunque.

Commissio reiiciens præinsertam commissionem qua allegatur regula de non cõmittendo causam literis non expeditis & petitur aduersarium in expensis condemnari.

Pater sanctæ Frustra uidetur constitutiones facere nisi obseruentur & ut scit. e. s. v. actor nunq̃ ad causam ueniat & reum ad iudiciũ euocet quin debeat esse paratus cum iuribus suis quodq; Io. lupi assertus doctor & causarum procurator ac antiquus curialis non debuit ignorare constitutionem per. v. s. factam uidelicet ꝙ commissiones facte litteris super beneficio super quo commissio fit non expeditis ac ꝓcessus desuper factus fuit & est nullus. Et si non habuit pecunias ad expediendum litteras ante commissionem causæ nõ debuerat facere committi causam & exponentẽ pacificũ possessorẽ prætextu nõnullarũ commissione & citatione de partibus ad curiam non sine magnis incommoditatibus & expẽsis facere uenire & si. e. s. v. uult facere dicto aduersario gratiam debet illã sine præiudicio exponentis facere nam exponens credens se legitime citatum misit ꝓcuratorem suum de partibus ad curiam ad prosecutionem & defensionem huiusmodi causæ dictusq; procurator non modicas expensas etiam tam in ueniendo de partibus q̃ in curia in conducẽdo procuratorem & aduocatum pro defensione causæ & stan-

do in curia fecit. indecensq; uidetur q̄ aduersarius qui de errore per eum in committendo causam litteris non expeditis contra dictam constitutionem commisisse commode & exponens qui iustam causam habuit facere pronunciari commisionem citationem & processum nullum cum condemnatione expensarum damnum importare debeat. Et pro tanto pater sancte ut peccata suos teneāt auctores & in eo quis puniatur in quo deliquit. & ne dictus aduersarius ex præmissis glorietur placeat. e. s. v. dicto auditori aut eius loco surrogato cōmittere & mandare ut præinserta commissione penitus & omnino reiecta causam prædictam in omnibus & per omnia expediat ac si de ea apud acta causæ huiusmodi non constaret. Vel si hoc. e. s. v. facere nolit eidē auditori mandare ut in dicta causa ad ulteriora nullatenus procedat nisi dictus aduersarius prius expēsas quas dictus exponens tā in partibus pro mittēdo procuratorem pro defensione dictæ causæ ad curiam quam dictus procurator ad dictā curiam in eius prosecutione ueniendo & in ea stando fecerit realiter & cum effectu soluerit de gratia speciali præinserta commissione & contenta in ea ac statum causæ habendo pro expressis ac præmissis & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Commissio consistorialis q̄ reiectis nullitatibus & possessorio procedatur in principali.

Beatissime pater exponitur. s. v. pro parte deuoti oratoris uestri Io. rectoris parrochialis ecclesiæ in. N. Lubicensis diocesis q̄ cum idem orator parrochialem ecclesiam, septem annis uel circa pacifice & quiete absque alicuius molestatione canonico titulo possedisset quidā Ia. assertus clericus oratorem ipsum nescitur quo spiritu ductus in palatio apostolico coram. R. p. domino &c. auditore palatii causarum apostolici tam super ecclesia ipsa q̄ prætenso eius spolio traxit in causam coram quo dum ad omnium terminorum substantialium obseruatione ac iurium productione per partem aduersam processo citra tamen causæ conclusionem & pro parte oratoris non aliud nisi mandatum procurationis ad lites productum fuisset. tandem causa ipsa per præfatum dominum Ant. auditorem ad cācellariam apostolicam remissa ac deinde propter remissionē huiusmodi. R. p. d. Io. Francisco dicti palatii et causarum auditori cōmissa fuerat. qui dominus Io. Franciscus auditor sequenti die post præsentationem commissionis pro dicto Ia. aduersario & contra oratorem miserrime per procuratores suos neglectum & indefensum in eadē audientia terminū ad dicendū cōtra commissionē seruans causam reasumēs in prætenso possessorio conclusit & tulit sententiam cum fructuum & expensarū condēnatione. A qua dū propter fraudem seu dolum notarii negantis sententiā latam die. xi. ab ipsius prolatione per procuratorem oratoris appellatum fuisset & sic ipsa sententia taliter qualiter lata per huiusmodi dolosam notarii negationem in rem prætenderetur transiuisse iudicatam desuper litteris executorialibus ut prætenditur decretis quarum uigore dictus aduersarius oratore tunc a dicta ecclesia absente & ignorante domum dotis illius ingressus extitit licet postea orator ipse ad domū & ecclesiā prædictā nōdum quinq; diebus elapsis reuersus omnino possessionē suā cōtinuando illā ingressus fuerit per q̄ idem aduersarius prætendit se spoliatum uiolenter. interea. s. v. ipsi oratori paterno fauore consulere uolens præmissis fraude notarii & subitaneo processu auditoris plene intellectis. R. p. domino Io. prioris etiam dicti palatii apostolici causarum auditori quatenus constito sibi de bono iure oratoris ipsum ad appellandū restitueret. quiquidem dominus Io. prioris productis coram se iuribus oratoris & dicta materia restitutionis diu litigata uisis hinc inde productis & allegatis ac diligenter examinatis oratorem ipsum de dominorum auditorum Rotæ consilio & assensu ad appellandum sententialiter restituit prætensarum expensarū condēnatione reseruās usque in finem litis. A quaquidem sentētia per aduersarium aut pro eius parte ut prætenditur appellato & appellationis causa R. p. domino Nicolao de eadem etiā eiusdem palatii causarum apostolici auditori commissa & in eadem ad aliquorum terminorum obseruatione processo. & deinde ꝓpter illius recessum R. p. domino Gundissaluo de uilladiego commissa ac obseruatis omnibus seruandis cum dictus aduersa

rius a Ro. Curia recessisset & certos assertos procuratores apud acta constituisset & orator seu procurator eius inaduertenter solum & dumtaxat per audientiam contradictarum ad hoc citatione lecta per præfatū dominum Gundisaluum & eius sententiā dicti domini Io. prioris sententiam obtinuit confirmari. & deinde uirtute specialis commissionis desuper facte literas obtinuit decerni executoriales. quibusquidem ultimæ sententiæ & litteris tanq̄ uitio nullitatis subiacentes propter non citationis prætensorū procuratorum prædictorum licet pro parte oratoris postea renunciatum & propter specialem commissionem per. s. v. per placet signatam ut refectis expensis dicte nullitatis idem auditor constito sibi de notoria desertione prætense appellationis per aduersarium a dicta sentētia domini Io. interposite literas executoriales de nouo decerneret dicta prætensa nullitate non obstante concessum existat debuissentq́ʒ propterea de nouo dicte littere executoriales merito decernere. quia tamen idem aduersarius dictis prætensis nullitatibus adhuc insistere intēdebat & causam quam super illis mouere prætendebat. R. p. d. Nicolao de Vbaldis eiusdē palatii apostolici causarum auditori fecit committi propter quæ & inhibitione hinc inde facta causa huiusmodi nimium ꝓtracta fuit & orator iam senio confectus & septuagenarius per aduersariū calumniis cauillationibus indebite fuit molestatus. Vnde beatissime pater præfati domini Anto. & Nic. auditores pro bono pacis partes ad cōcordiam reducere curantes uoluerunt ꝙ reiectis omnibus cauillationibus & tam p̄tensis possessorio q̄ nullitatis materiis quælibet partium suum titulum coram ipsis etiā extraiudicialiter producere deberet. & cuius titulus potior repperiretur ille ecclesiam obtineret & alter honestā recompensam ꝑ redimendis uexationibus haberet iuxta eorum arbitrium auctoritate tamen. e. s. v. interueniente. Verum pater sancte dictus aduersarius uidens se in salutari suo deficere nullumq́ʒ sibi ius in petitorio competere ad prætensum possessorium refugiens dicti auditores post longos tractatus desuper habitos audire & eis in hoc attendere recusauit sperans per longam & temerariam uexationē ipsum oratorem qui iam decem & octo annis ecclesiam ipsam possedit & qui desuꝑ plures ex subordinatione dicti aduersarii uiolentias opprobria & iniurias perpessus extitit uel cogere per indirectum dictam ecclesiam dimittere & desistendi a iuris sui ꝓsecutione. uel saltem cām hmōi tamdiu friuole etiā sustinere pendente ut oratore mortuo in ipsius ius posset surrogari. Vt igitur beatissime pater sano & bono iuri oratoris succurratur & talibus calumniis & temerariis litigiis obuietur quæ iam in accessoriis hmōi ultra decem annos durauit & ne aduersarius oratoris iactura locupletetur aut ex calumniis suis cōmodum reportet recurrit ad pedes. s. v. idem orator humiliter supplicando quatenus præfato domino. A. uel Ni. qui oratorem a molestationibus supdictis prætensis nullitatibus factis per suam sententiā absoluit & desuper aduersario silētium imposuit aut surrogando in eius locū auditori committere & mandare dignemini ut cōstito sibi de canonico titulo & bono iure oratoris de tā longa temporis possessione de sententia restitutionis & ab illa prætensa aduersarii appellatione desertione ac de commissione ad decernendum nouas litteras executoriales necnō de molestiis & uiolentiis oratori possessori per dictum aduersariū illatis ac ꝙ aduersarius a tractatu cōpositione dictorum auditorum resiliuit ut p̄fertur ex tunc reiectis omnibus & singulis tā prætensi possessorii q̄ nullitatū materiis in petitorio solum procedat ac partibus ipsis breue iustitie complementum ministret cū potestate citandi & inhibendi &c. cum directa auocatione omnium & singularū causarum inter partes ipsas coram quibuscūqʒ iudicibus & auditoribus occasione hmōi ecclesiæ quomodolibet pendente statū causarum ubicunqʒ pendentium quomodolibet & omnium actitatorum etiam si appellationes quibus nondum de apostolis responsum esset forsan pēderent præsentibus pro expressis habentes stillo palatii cæterisq́ʒ in contrarium editis uel facientibus nō obstantibus quibuscunque.

Commissio ꝙ procedatur in petitorio & possessorio simul.

BEatissime pater nuper sancte & iuste per. R. p. d. Guestri sacri palatii apostolici causarum auditorem in quadam causa quæ coram eo in prima

uertebatur instātia inter quendam. A. in iure deuoti oratoris ac familiaris. s. v. B. possessoris surrogatum agentem ex una & quendam. N. assertum clericum. N. diocesis de & super præpositura ecclesiæ. N. & eius occasione defendētem in partibus ex altera pro parte dicti. A. & contra dictum. N. diffinitiua adiudicatoria sententia pronūtiata ab ipsa licet friuole pro parte dicti. N. appellato causaq; appellationis huiusmodi. R. p. domino Petro &c. dicti palatii causarum apostolici auditori commissa idē dominus Petrus auditor in huiusmodi causa taliter qualiter & secundum ꝙ sibi placuit procedens suam talem qualem diffinitiuam protulit sententiam per quam licet indebite dicti domini. G. sententiam diffinitiuam ꝓ dictam dicitur reuocasse & quandam prætēsam gratiam seu collationem legitimam dicti. N. canonizasse eidemq;. N. præfatā præposituram adiudicasse & alias prout in ipsa prætensa sententia latius continetur processisse a qua prætensa sententia præfata fuit non immerito pro parte dictorū. A. &. B. pro suo interesse appellatum & causa appellationis huiusmodi. R. p. d. C. dicti palatii causarum auditori commissa & in ea ad aliquos actus iudiciales quos & status totius negocii huiusmodi hic habere dignemini pro sufficienter expressos citra tamen ipsius causæ conclusionem processo. & licet. N. in certis suis productis se dicat & fateatur possessorem ac beneficium de quo agitur possidere. & nihilominus ipse ꝓfatos. A. &. B. litibus & expensis nunc in possessorio nūc in petitorio huiusmodi causæ perpetuo inuoluere ac fatigare nititur ut sic inuoluti & diutius fatigati litibus & fatigationibus huiusmodi cedere seu etiam cū eo conuenire cogantur prætendit lite pendente huiusmodi fuisse spoliatum & petitorium hincinde in huiusmodi causa intentatū suspendere & sup solo possessorio procedere uelle seu iam suspendisse. Vnde pater sancte cum in beneficialibus uitiosus cuiq; debeat denegari ingressus & beneficia sine canonico titulo & iure optimo non debeāt detineri & dictus. A. in iure præfati. B. qui possessionem dicte præpositure primitus dicitur habuisse tam quo ad possessionem q̄ quo ad proprietatem surrogatus & ad possessionem dicte prepositure de consensu dicti. B. fuerit per capitulum. N. admissus ꝓ tanto supplicant. s. v. A. &. B. præfati quatenus dicto domino. C. auditori cōmittere & mandare dignemini ut si idem. N. in materia dicti prætensi spolii procedi curauerit procedat simul & semel super utroque inter partes prædictas etiam unico & eodem contextu super eisdem pronuntiet statum causæ huiusmodi ac omnium actitatorum tenores hic ꝓ sufficienter expressis habente constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii cancellariæ regulis cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio super monitorio decernendo pro capitulo Coloniensi contra Archiepiscopum.

Beatissime pater & clemētissime domine prælatus qui gregē dominicum sibi commissum non aliit non pascit & in necessaribus nō adiuuat oppressos non tuetur nec defendit illicitis exactionibus uexat iura & bona subditorū contra iuris formam usurpat & spoliat & a uia rationis oberrat summum pastorem saluatorem nostrum Iesum Christum non diligit. nam cuilibet pontifici per os prophete dictum est ut iudicium & iustitiam faciat omni populo & iniuriam patienti. pro tanto exponitur. s. v. lamentabili cum querela pro parte deuotorum. e. s. v. oratorum Decani & capituli ecclesiæ Coloniensis ꝙ licet Reuerendissimus pater dominus Rubertus modernus ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus cum ad Archiepiscopatus gradum fuisset assumptus sperabatur ut ecclesiam sponsam suam sacerdotes gregem & populum suos ita puro dei iudicio & nuda iustitie libra maioritatis reatu non iuris ordine prætermisso nec passionum rationalitate gubernaret tueretur & defenderet ita ꝙ pax eccelsiæ bonorum accresceret uite subditorum custodia debitorum quibus extitit grauata solutione in statum liberum restitueretur redderetur; salutemq; & commodum omnes consequerentur. Sed beatissime pater quod cum gratia dicitur idem dominus Rubertus Archiepiscopus in præmissis suæ ecclesiæ & deuotis. s. v. oratoribus Decano & capitulo prædictis cleroq; & populo nauseam face

te uidetur. Nam licet de consuetudine dictæ ecclesiæ fuerit & usu a memoria hominum obseruatum q Archiepiscopus pro tēpore in suo primordio assumptionis promittere & iurare teneatur q in castris & dominiis ac fortaliciis ecclesiæ Coloniensis officiales & castellanos tales præficiat qui Decano & capitulo casu quo Archiepiscopus caperetur ab hostibus usque ad eius liberationem aut decederet usque ad futuri pontificis electionem omnia castra fortalicia & arces fideliter gubernarent Decano & capitulo & nulli alteri obedirēt eorumq; possessiones & bona tuerentur & defensarent ad cum promissionibus & litteris eorundem sigillo roboratis Decano & capitulo tradendum & assignandum se obligarent & constringerent. prout idem dominus Rubertus Archiepiscopus iurauit & se effecturū obligauit. quamuis etiam ecclesia Coloniensis fuisset grauibus debitis oppressa dicti oratores Decanus & capitulum pro statu ecclesiæ & libertate eius ac solutione debitorum ac tranquillitate patrie tractandis ordinandis approbandis & laudandis conuenerunt q medietas pedagii & theolonii in oppido Bonna & nonnulli alii redditus pro satisfaciendo creditoribus & soluendis debitis colligeretur. & ne in hoc creditores diffiderēt ipsi oratores Decanus & capitulum sub pœnis sententiis & censuris in euentū non satisfactione præmissa submiserūt. nec non pro ulteriori pace & tranquillitate patriæ & ecclesiæ cum suborta fuissent inter nonnullos nobiles errore duorum castrorū uidelicet Bruel & Lechnich quæ dictis nobilibus pro magna quantitate pecunie impignorata extiterāt quæstionis materia iidē oratores denuo pro pace tractanda se intromiserunt taliter q hi nobiles partem magnamq; quantitatem pecunie pro quibus impignorata reperiebātur dicta duo castra intuitu capituli remiserunt. pro reliqua parte dicti oratores iterato fideiusserunt. dictusq; dominus Rubertus Archiepiscopus eosdem in præmisis suis patentibus litteris releuare & indemnes seruare promisit. unde cum tractu temporis dicti oratores sperādos dictum dominum Rubertum eorum psulem in præmisis fidem seruare debuisse prout tenebatur. ipse in reprobum sensum datus fidem datam fallendo officiales & castellanos huiusmodi quos præfecit ad eorum solitas obedientias infra terminum sibi datum & receptum etiam monitus & interpellatus capitulo dare & fieri procurare recusauit. totā pecuniam dicti theolonii Bonnensis unacum medietate cæterisq; redditibus & prouentibus ut præmittitur pro soluēdis debitis usurpare capere & rapere. Et præmissis non contentus sed mala malis accumulādo castra oppida uillagia possessiones theolonia nonnullaq; bona mobilia & immobilia cēsus fructus redditusq; uina blada & alia emolumenta ad ipsos decanum & capitulum ac etiam singulares personas spectantia etiam pro ministris & luminaribus ecclesiæ suæ deputatis & deputata prout in actis latius specificabuntur usurpare inuadere subtrahere accipere & eisdem spoliare & his non satiatus Archidiaconis suæ ecclesiæ in eorum iurisdictionibus resistere mandataq; eorum ne exequantur ac ne p fabrica ecclesiæ prout hactenus in singulis parrochiis fieri solitum fuit contra ordinationem ipsius Archiepiscopi auctoritate apostolica approbata collectam fieri & magistrum fabrice desuper impedire inhibere nullo iuris ordine seruato manu armata & per uim ac uiolentiam iura & bona ecclesiæ auferre & quod abhominabile est siluas pro fabrica domorum subditorum magna hucusq; cura propter lignorum defectum a multis annis custoditas destruere arbores incidere ac penitus & radicitus euellere ne in posterum incrementa appareant. lacus & piscinas exsiccare sicq; hereditatē ecclesiæ capituli & Christi patrimonium expoliare. Theolonia & exactiones insolitas a capitulo & clero contra eorum solitam libertatem extorquere colonisq; & rusticis ac censuariis dictorum oratorum ecclesiæ sub magnis pœnis ne ipsis oratoribus etiam singularibus personis censum debitum & redditus soluerent inhibere sed eosdem usurpare ac bona dictæ ecclesiæ oratorūq; & singularum personarum manu armata per uim & uiolentiam auferre familiaresq; oratorum & singularū personarū capere & incarcerare aliaq; cōtra iuris formam & sacrorum canonum instituta quibus in palatii sui receptione se obediturum promisit aliaq; grauia onera oratoribus & singularibus personis clero nobilibus & populo inferre nulla apud eū est capituli auctoritas nulla dignitas omnem principatum & om

nia ecclesie iura sibi usurpare & ab oratoribus auferre per indoctos & imperitos se solum dominum iactãter persuadere non attẽdens secundum sanctorum patrum instituta Episcopum nõ dominum sed collegam esse sacerdotum unde cum in præmisis sicut præmittitur seuit hæc palma gloriosa Episcopi & uoto suo ascribi potest uidelicet ꝙ sua honorabilia membra ex eo ꝙ fidẽ eis & suis creditoribus fregit ut præmittitur sententiis & censuris ecclesiasticis innodari sinit, iacet ecclesia sua & sponsa sine diuinis & diuino cultui interesse non possunt, religio spernitur censure uilipenduntur creditores decepti subditi uexati bona capituli inuaduntur & spoliantur afficiunt oratores contumeliis hinc probra in eos & in sanctos & in ipsum Iesum Christum filium Dei sequuntur aliisq́ȝ grauaminibus insolitis & intollerabilibus incommodis & oneribus opprimere ita ꝙ potius percussor q̃ pastor factus uideatur temere & de facto præsumpsit & attemptauit prout hodie attemptare non cessat in anime suæ periculum & damnationem ecclesiæ & exterminiũ oratorum & personarum supradictarum ac enorme damnum & lesionem. Et licet beatissime pater dicti oratores eundem dominũ Rubertum Archiepiscopum ut susceptũ officium administraret tota reuerentia eumqȝ tanq̃ eorum antistitem legatum dei & ꝑconem ueritatis sæpe & sæpius amonuerint diligenter ac ad rationem & iustitie tramitem reducere tẽptauerint coram pluribus magnis uiris & prælatis ut a talibus desisteret & usurpata restitueret ac illis quibus satisfaciendum esset satisfaceret & in futurũ talia non attemptaret magnis debitis instãtiis honorificentiis interpellassent ipse tamẽ in sensum aduersum ductus ꝙ sibi ipsi iniuriatur pontifex qui suorum prælatorum & subditorum iura perturbare non erubescit tirannorum more ab his auerti non ualens rogatu præmissas uoces populi sui & aliorum pro republica interpellantium adimplere contradixit. Vt igitur beatissime pater consulatur saluti animæ suæ commodoq́ȝ & utilitati ecclesiæ ac clero populo & subditis ut ab iniuria populi recedat ad euitandum scandala & damna quæ forsan exinde fieri possent & perpetuum exterminium ecclesie antedictæ auertatur, recurrũt ad pedes. s. v. dicti oratores & etiam singulares personæ quorum nomina & cognomina pro expressis habens & ꝙ in monitorio decernendo tam coniunctim q̃ diuisim exprimi & designari possint humiliter supplicando quatenus alicui ex Reuerẽdissimis in Christo patribus & dominis dominis sacrosanctæ Ro. ecclesiæ Cardinalibus committere & mandare dignemini ut constito sibi de præmissis seu aliquo præmissorum summarie simpliter & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta etiam extraiudicialiter se informando dictum Rubertum Archiepiscopum omnesq́ȝ alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes ac in præmisis culpabiles quibuscunque nominibus censeantur et quacunque præfulgeant dignitate quatenus infra certum eis per eundem dominum Cardinalem præfigendum prout sibi uidebitur terminum in castris dominiis & fortaliciis ecclesiæ tales quales ordinare & præficere tenetur & obligatur & capitulo per eosdem intueri prout promisit ut præfertur. necnon omnia & singula per eũdem dominum Archiepiscopum promissa stipulata & per eundem fide data iuramenta in omnibus & singulis capitulis in actis latius deducendis ponat ordinet & ꝑficiat necnon integre & totaliter obseruet Decanumq́ȝ & Capitulum ad theolonium Bonnensi pro eius medietate aliaqȝ bona seu ipsos creditores iuxta conuentiones & pacta supradicta reintegret. omnia & singula bona castra uillagia possesiones iura & emolumenta census redditus & fructus capituli & singularum personarum per eundem dominum Archiepiscopum aut suo nomine per se uel alium seu alios directe uel indirecte per alios abstracta ablata & spoliata unacum damnis expensis & interesse restituat realiter & cum effectu det & assignet fidemq́ȝ promissam seruet, a creditoribus ipsos Decanum & capitulum & singulares personas pro eo fideiubentes a fideiussoribus liberet. interdictum & censuras propterea in suam ecclesiam & capitulum ac dictas personas latas relaxari & tolli ut diuinis interesse posint faciat. & procuret fabricam colligere ut est consuetum ne magistrum fabrice desuper impediat. blada uina fructus cæteraq́ȝ bona Decani & capituli ac cleri prout cõsuetum fuit in prioribus libertatibus sine gabellarum solutione per

terras & aquas duci trāsire & uehi sinat pa tiatur & permittat. ac de receptis ablatis & spoliatis fructibus redditibus censibus ac bonis capituli & singularum personarum integre satisfaciant. subditosq; capituli quos sibi iurare ut sibi & non capitulo obedire coegit & constrinxit dicto prætenso extorto iuramento non obstante præfatis Decano & capitulo prout a multis temporibus obedire consueuerunt obediant pareant & intendant fructus redditus & prouentus solito more ipsis omnibus & non Archiepiscopo soluant & eis respondeant. mandata inhibitiones & quæcunq; impedimenta cōtra præmissa aut aliquod præmissorum per eundem dominum Archiepiscopum per se uel alium directe uel indirecte facta emissa posita & executa casset tollat & amoueat nec decetero hæc uel alia similia attemptare præsumat idonee caueat & præmissa omnia & singula prout ipsos & eorum quēlibet concernunt se infra alium statuendū per eundem dominum cardinalem terminum impleuisse certificent sub poenis sententiis & censuris ecclesiasticis etiam pecuniariis ac priuatione dictæ ecclesiæ Coloniēsi ac etiam grauioribus de quibus uidebitur & a iure communi promulgatis poenis in Romana curia extra eam & in partibus etiam per edictum publicum cum ad eum seu eos tutus non pateat accessus cōiūctim uel diuisim respectiue moneat & requirat monerīq; & requiri faciat atque mandet sibiq; domino Archiepiscopo necnon omnibus & singulis Comitibus baronibus Militibus nobilibus decurionibus regentibus & incolis ciuitatis Coloniensis Scabinis Scultetis proconsulibus iudicibus & subditis tā spiritualibus q̄ temporalibus quibuscunq; nominibus censeantur sub eisdem poenis ne huiusmodi pendente lite contra eosdem Decanum & capitulum & singulares personas ipsi domino Archiepiscopo auxilio consilio uel fauore assistant. nec sibi in huiusmodi negociis ecclesiasticis oratores spoliando assistant pareant uel intendant iuramentumq; fidelitatis ipsi domino Archiepiscopo per eosdem coniunctim uel diuim p̄stitum quo ad huiusmodi effectum duntaxat relaxando & præmissa grauia faciēdo & ante easdem personas attemptando coniunctim uel diuisim & respectiue prout eos & eorum quemlibet concernit inhibeat p̄cipiat atque mandet & in euentum non paritionis sententias & censuras ecclesiasticas cæterasq; a iure communi promulgatas & in monitorio decernendo ac bulla pacis in dicta Ratisponensi ecclesia publicatas & per Reuerendissimum. d. Frācischum sancti Eustachii diaconū Cardinalem tunc legatū approbatas cōtentas poenas incidisse & dānabiliter incurrisse eūdēq; Archiepiscopum cæterosq; omnes & singulos supradictos in præmissis & circa ea culpabiles contrāfacientes impedientes non obediētes cōtumaces & rebelles prout eorum quēlibet cōcernit incidisse & dānabiliter incurrisse declaret processusq; aggrauet reaggrauet cum inuocatione brachii secularis causamq; & causas huiusmodi de & super omnibus & singulis præmissis tam cōiunctim q̄ diuisim ac super omnibus capitulis prænarratis simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii. sine quorumcunque terminorum substantialium obseruatione sed sola facti ueritate inspecta procedendo audiat cognoscat decidat & fine debito termi net cum omnibus & singulis &c. connexis ac potestate dictum dominum Archiepiscopum omnesq; alios & singulos supradictos etiā nominatim in executione monitorii præsentiū uigore decernēdi nominādos in dicta curia & extra eam & in partibus totiens quotiens opus fuerit per simile edictum citandi inhibendi omniaq; & singula faciendiq; in p̄missis & circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna. constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii iuribus quodq; causa seu causæ huiusmodi &c. quibuscunque.

Commissio de diuortio.

Beatissime pater pro parte deuote oratricis. Io. B. L. diocesis. s. v. exponitur q̄ ipsa credens quendam T. laicum eiusdem diocesis fore liberum ab omni uinculo coniugali cum non esset prætensum matrimonium licet nulliter cū eodem de facto contraxit & solemnizauit. sed q̄ cito constitit eidē oratrici de priori cō tracto matrimonio inter ipsum. T. & quandam. M. V. & ipsam. M. eundem. T. corā magistro. S. I. officiali. T. in huiusmodi causa matrimoniali conuenisse etiam ipsa ora-

trix præfatum officialem instanter requisiuit ut sibi iustitiam ministraret contra dictum. T. de & super diuortio seu nullitate huiusmodi secundi matrimonii. Et quia dictus officialis eam exaudire & causam ipsam cognoscere & expedire non curabat oratrix ipsa ad. s. v. & sedem apostolicam appellauit causaq; appellationis huiusmodi unacũ negocio principali per. e. s. v. R. dominis. B. R. & Sidoniensis Episcopis commissa & seruatis seruandis lata fuit diffinitiua sententia per quã dicta Io. oratrix rõne anterioris contractus matrimonii prædicti abinuicem separauit & a uinculo matrimonii liberauit prout in sententia huiusmodi ricte & iuste lata plenius continetur Nihilominus. T. præfatus sententia huiusmodi non obstante palam & publice se iactauit & asseruit ꝙ bulla cuius uigore processum extiterat foret & esset falsa & inualida. & ideo nollet ipsi sententiæ acquiescere. Sed mala malis addendo ipse. T. & eius pater palam & publice se iactarunt & sæpius comminati sunt uelle mittere ad Ro. curiam ad impetrandum talem commissionem dirigendam talibus iudicibus & amicis suis qui immediate processum & sententiam prædictas reuocabunt & annullabũt. & ꝙ in tali loco sedebunt ad quem dicta oratrix neque aliqui sui procuratores nõ erũt ausi accedere. quodq; etiam dicti. T. & eius pater dictam oratricem in causa huiusmodi multipliciter & indebite molestarunt & perturbarunt ac quosdam alios pro ea procurantes & sibi consulentes & adherentes incarcerare fecerunt ac male & aspere uexarunt & fatigarunt laboribus & expensis ac sic & aliis decetero facere incarcerare uexare & fatigare sæpius publice comminati sunt & in dies comminantur in dictæ oratricis præiudicium non modicum & grauamen sedisq; apostolice uilipendium & contemptum. Quare pro parte dicte oratricis cognoscentis inhibi & coram illis iustitiam consequi non posse ad. s. v. & sedem apostolicam extitit denuo appellatũ. Supplicatur ergo. s. v. pro parte dicte oratricis quatenus causam & causas appellationis & appellationum huiusmodi unacum toto negocio principali alicui ex Reuerẽdis patribus causarum sacri palatii apostolici auditoribus audiendas cognoscendas decidẽdas & fine debito terminandas cum omnibus & singulis earum incidentibus emergẽtibus dependentibus annexis & connexis tam coniunctim ꝙ̃ diuisim & cum potestate dictum. T. omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes & in executione citationis decernende nominandos in Ro. Cu. & extra eam citandi ac quibuscunque aliis iudicibus quibus erit inhibendum totiens quotiens opus fuerit inhibendi cum aliis clausulis oportunis & cõsuetis committere atque mandare dignemini. non obstante ꝙ causa & causæ huiusmodi non sint ad eandem curiam legitime deuolute neq; in ea de sui natura aut iuris necessitate tractande & finiẽde. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Alia commissio pro monitorio decernendo super beneficio uacante in curia per edictum.

Beatissime pater cum iuxta iuris cõmunis dispositionem beneficia ecclesiastica in Romana curia uacãtia dispositioni summi pontificis generaliter fuerint & sint reseruata. & propterea felicis recordationis dominus Pius Papa. ij. s. v. prædecessor huiusmodi reseruationi inherendo omnes & singulos prioratus etiam conuentuales cæteraq; beneficia ecclesiastica secularia & regularia ordinum quorumcunque tunc apud sedem apostolicam uacantia & inantea uacatura collationi & dispositioni suæ reseruauit irritum decreuit & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari. unde idem dominus Pius prædecessor deuoto. s. v. oratori Nico. &c. de prioratu conuentuali hospitalis siue domus dei extra muros. N. B. diocesis ordinis N. quem quondam. A. ipsius prioratus dũ uixit prior in curia. s. v. defuncti prouidit prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. uerum præmissis reseruatione collatione & decetero non obstãtibus. R. pater dominus Episcopus. B. dictum prioratum sibi usurpare fructus reddituus & prouentus ex eodem prouenientes in suos usus conuertere & retinere dictumq; oratorem impedire ac facere quominus hu

iusmodi prouisio apostolica suum debitum sortiatur effectum attemptauit in huiusmodi prouisionis apostolice & mandatorum eius uilipēdium animæ suæ periculum oratorisq; præiudicium & grauamen. Quare ad pedes. s.v. recurrit dictus orator cuius principaliter interest prouisiones sedis apostolice conseruare & manutenere humiliter supplicando quatenus alicui ex. R.p. dominis uestri sacri palatii cārum auditoribus committere & mandare dignemini ut si p̄missa uel aliqua ex eis ad hoc sufficientia per informationem summariam simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta per ipsum desuper iudicialiter uel extraiudicialiter etiam die feriata recipiendam uera fore repererit dictum. B. Episcopum & quoscunque alios in eodem prioratu forsan intrusos & intrudendos coniunctim & diuisim ut possessionem seu uerius occupationem dicti prioratus iuriumq; & pertinentiarū omniū eiusdē præfato. N. oratori uacuam liberam & expeditam dimittant nec se de eadem aut fructibus redditibus & prouentibus de cætero aliquatenus intromittant sed ipsi. N. oratori de fructibus perceptis & qui percipi potuerunt plenarie & integre satisfaciant nec non colonos censuarios reddituarios & subditos dicti prioratus ut p̄fato domino. N. dumtaxat & nulli alteri ut uero & indubitato dicti prioratus priori obediant ac de eiusdem fructibus redditibus & prouentibus respondeant & satisfaciāt ipsoq;. N. & alios quoscunq; cuiuscunque etiam status gradus ordinis conditionis uel præeminentie fuerint in executione præsentiū uigore monitorii decernendi nominandos uel dicto N. episcopo & aliis intrusis forsan & intrudendis in præmissis assistāt aut ipsum. N. oratorem in assecutione dicti prioratus & perceptione fructuum redituum & prouētuū directe uel indirecte publice uel occulte impedire præsumant sub poenis sententiis & censuris infrascriptis quas contrafacientes eo ipso lapso termino ad hoc statuendo incurrant uidelicet. R.p. d. N. Episcopum primo sub interdicte ecclesiæ ingressus deinde eundem ac alios intrusos & inrrudendos sub excommunicationis suspensionis & interdicti sententiis & aliis de quibus sibi uidebitur poenis ut infra certū terminum per eundem auditorem deputandum & statuēdum quatenus prædicta omnia & singula prout ipsos & eorum quemlibet concernit realiter & cum effectu adimpleant & monitorio huiusmodi realiter & cum effectu pareant & intendant ac infra alium terminum similiter statuendum prædictum auditorem de paritione huiusmodi certificent per edictum publicum cum ad eos monendum tutus non pateat accessus moneat & requirat cum potestate monendos huiusmodi in præmissis culpabiles & inobedientes seu non parentes poenas sententias & censuras huiusmodi incidisse declarandi illosq; aggrauandi reaggrauandi interdicti ponendum ac auxilium brachii secularis inuocandi. omnesque alias & singulas causas inter partes prædictas omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes ut præmittitur exprimendi super dicto prioratu. rebusq; aliis in actis causæ latius deducendis & eorum occasione communiter uel diuisim motas & mouendas absque aliqua resolutione monitorii decernendi audiendas cognoscendas decidendas & fine debito terminandas cum omnibus & singulis emergentibus & cæt. annexis & connexis. Et cum potestate per simile edictum citandi omnes & singulos supradictos ad effectum supra dictum in curia & extra eam & ad partes totiens quotiens opus fuerit. constitutionibus & ordinationibus apostolicis statutis & cōsuetudinibus dicti ordinis quodq; causa & causæ huiusmodi non sint forsan ad Romanam curiam legitime deuolute. &c. quibuscunque.

Commissio pro monitorio in euentum citatorij super dignitate generaliter reseruata.

BEatissime pater quamuis. s.v. in primordio assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem omnes dignitates principales in collegiatis ecclesiis tunc uacātibus & in antea uacaturis collationi & dispositioni sue reseruauerit irritūq; decreuit & inane si secus &c. sic q̄ nullus præter eandem. s.v. de huiusmodi dignatibus disponere potuerit sine posit reseruatione & decreto obsistentibus supradictis. Et

deinde p̄positura ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ in. N. Augustensen diocesis p obitum quondam. L. illius ultimi possessoris extra Ro. Cu. defuncti uacante deuoto oratori uestro Io. e. s. v. familiari contulerit & sibi etiam gratiose prouiderit de eadem ac aliis & alia fecerit prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur nihilominus quidam. C. assertus clericus reseruationis & decreti huiusmodi non ignarus in dicta præpositura temere & de facto se intrudere non formidauit prout intrusus est de præsenti fructus redditus & prouentus ex eadem prouenientes usurpando & in suos damnabiles usus conuertendo in animæ suæ periculum ac reseruationis & prouisionis huiusmodi uilipendiū & contemptū malum'q̈ exemplum & scandalum plurimorum & dicti oratoris præiudicium. Cum autem pater sanctæ intersit s. v. huiusmodi reseruationes decreta & prouisiones apostolicas tanquam regalia Romanæ ecclesiæ & sancti Petri protegere p tanto ne ipsi. C. intruso beneficia sic reseruata sine institutione canonica detinendi facultas tribuatur & per præmissa quæ non solū in detrimentū dicti oratoris sed. s. v. & sedis apostolice uilipendium & contemptū redundare censentur detur aliis occasio seu audacia se in beneficiis reseruatis intrudendi. Dignetur igitur. s. v. uni ex uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus cōmittere & mandare ut constito sibi summarie de reseruatione prouisione & intrusione prædictis quatenus. C. aduersarium p̄dictum cæteros'q̈ in præpositura huiusmodi intrusos & intrudendos necnon capitulū dictæ ecclesiæ in. N. ac omnes & singulos reddituarios & censuarios dictæ præpositurae uidelicet ipse. C. aduersarius cæteri'q̈ intrusi & intrudendi prædicti possessionē prædictæ præpositure ipsi oratori seu pro eo eius legitimo procuratori uacuam liberā & expeditam dimittant sibiq̈ de illius fructibus a tēpore intrusionis huiusmodi exinde perceptis & qui percipi potuerunt respōdeant seu cum eodem componāt nec se in præpositura huiusmodi decetero intromittant ipsi'q̈ capitulum & reddituarii ac alii supradicti præfatum. C. ac alios intrusos & intrudendos ab intrusione & occupatione dictæ præpositurae realiter amoueant & destituant necnon oratorem præfatum seu p curatorem suum prædictum in & ad corporalem realem & actualem possessionem dicte præpositurae iuriumq̈ & pertinentiarū eiusdem recipiant & admittant ac ponant & inducant inductumq̈ defendant sibiq̈ uel dicto suo procuratori & nulli alteri de ipsius præpositure fructibus redditibus prouentibus iuribus & obuentionibus uniuersis plenarie & integre respondeant & faciant ab aliis quantum in eis est uel fuerit plenarie & integre responderi necnon præfatum dominum auditorem deputandū se præmissis paruisse ac omnia & singula prædicta realiter & cum effectu adimpleuisse certificent seu certificari faciant infra certū peremptoriū terminū competentē eis super hoc assignandū & sub excommunicationis suspensis & interdicti aliisue sententiis censuris & pœnis ecclesiasticis quas contrafacientes incurrant ipso facto in Ro. Cu & extra eam moneat & req rat ac moneri & requiri faciat cum potestate in euentum non paritionis rebelles & inobedientes pœnas sententias & censuras huiusmodi incidisse & incurrisse declarandi & eos ut tales denuntiandi & denuntiari faciendi aggrauandi reaggrauandi interdictum ponendi & auxilium brachii secularis inuocandi nec non causam & causas quam & quas idem orator contra dictum. C. aduersarium omnes'q̈ alios & singulos supradictos sua communiter uel diuisim interesse putantes & in executione præsentium nominandos de & super dicta præpositura rebus'q̈ aliis in actis causæ latius deducendis & illarum occasione mouere uult & intendit committere audiendas & cæte. cum suis emergentibus &c. ac potestate omnes & singulos supradictos in dicta Romana curia & extra eam totiens quotiens opus fuerit citandi & inhibendi faciendi'q̈ in præmissis & circa ea necessaria & oportuna constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii iuribus quodq̈ causa seu causæ &c. non obstātibus quibuscunque.

Commissio pro monitorio decernendo super decimis præpositure.

BEatissime pater exponitur. s. v. pro parte deuoti. e. s. v. oratoris. G. in p̄positura ecclesie. N. ꝙ licet ante

cessores sui ecclesiæ. N. prædicte præpositi & præsertim deuotus uester. M. ipsius. G. p̄decessor immediatus fere. xxx. annis quibus dicte ecclesiæ præpositus extitit fuerat ratione eiusdem præpositure in quasi possessione pacifica & quieta iuris omnes & singulas decimas uini uillarum locorum & montium. a. b. c. d. e. f. infra dioecesis. N. consistēā singulis annis debitas & obueniētes colligendi percipiendi leuandi & de illis p libito suo absq; quarumcunque contradictione disponendi ac ipse. N. per tempus & tempora supradicta decimas uini huiusmodi collegerit perceperit & de illis prout congruit disposuerit prout etiam præfatus. G. ratione eiusdem præpositure decimas huiusmodi cū ea integritate qua dictus. M. percipere consueuerat percepit & colligit ac disposuit de illis pacifice & quiete. Nihilominus tamen dominus. A. Episcopus. N. nulla causæ cognitione præmissa iuris ordine penitus prætermisso iniuriose & de facto alias de anno domini. M. cccc. lxxvj. &c. proxime præterito pro libito suo fere omnes & singulas decimas uinorum uillarum locorum & montium prædictorū debitas tempore uindemiarum per suos ad id deputatos officiales & familiares cum præsentia & assistentia Decani & Capituli sancti. M. in. V. dicte. N. dioecesis sibi in hoc fauorem præstantium colligi recipi abduci & in sua reseruacula transduci fecit, ac de illis prout uoluit disposuit in maximum præiudicium & grauamen præfati præpositi præposituram ipsam ac ipsum p̄positum decimis huiusmodi temere & de facto spoliando & destituendo. Cum autē pater sancte nō decuerit neque deceat præfatum dominum Episcopum cuius factū faciliter a subditis trahitur in exemplū ita de facto præfatum oratorem & præposituram huiusmodi decimis & iuribus spoliare. & quoniam si per patiētiam toleraretur res esset perniciosi exempli. unde pro parte dicti. G. præpositi ad pedes. e. s. v. recurritur & humiliter supplicatur quatenus. R. patri domino. B. uestri sacri palatii apostolici cāsarū auditori coram quo causa super spoliatione & detentione huiusmodi inter Episcopum necnon Decanum & capitulū ecclesiæ. in. V. ac dominum. G. præpositum p̄fatum indecisa pendet committere dignemini & mandare ut se de præmissis summarie simpliciter & de plano informet. & si illa uera fore repperetit præfatum dominum A. Episcopum necnon Decanum & capitulum ecclesiæ in. V. qui in spolio huiusmodi participarunt eorumq; in hac parte fautores complices & officiales communiter & diuisim necnon generaliter omnes & singulos eis consilium & auxilium uel fauorem dantes ut a quibuscunque perturbationibus oppositionibus & impedimentis quominus dictus. G. præpositus decimas huiusmodi libere colligere & abducere in reseruacula sua possit & ualeat penitus & omnino cessent & desistant & eorum quilibet cesset & desistat. necnon omnia & singula uina ratione decimarum huiusmodi per annos supradictos spoliata & abducta aut eorum uerum ualorem secundum communē extimationem quantum eorum quemlibet concernit realiter & cum effectu eidem p̄posito restituant & reddant. ipsumq; dominum. G. præpositū decimas uinorū huiusmodi cum ea integritate cū qua illas dictus M. ante spolium huiusmodi perceperat & percipere consueuerat libere & quiete colligere leuare & percipere patiantur & permittant aliasq; monitorio præsentium uigore decernendo realiter cum effectu pareant & eorum quilibet quantum eum tangit pareat necnon infra alium certum terminum ipsis tam coniunctim q̄ diuisim statuendum dictum auditorem aut in eius locum forsan surrogandum de paritione reali & effectuali monitorii huiusmodi certificent alioquin compareant coram eodem auditore ad uidendum & audiendum se tam coniunctim q̄ diuisim pœnas sententias & censuras suprad ctas incidisse declarari. Et ut tales publice denuntiari aut causas si quas prætenderint rationabiles cur præmissa fieri non debeant allegandum sub excommunicationis ipso facto ac suspensionis & interdicti sententiis censuris aliisq; etiam pecuniaris de quibus uidebitur pœnis moneat & requirat ac moneri & requiri faciat cum potestate præfatum. A. Episcopum necnon Decanum & capitulum in. V. ac fautores & cōplices aliosq; sua communiter uel diuisim interesse putantes in executione præsentium uigore ad partes decernende nominādos in Ro. curia & extra & ad partes totis

quotiens opus fuerit citandi & inhibendi &c. constitutionibus &c. quibuscunque.

Commissio pro monitorio decernendo super parrochiali ecclesia reseruata propter familiaritatem Cardinalis.

BEatissime pater quanuis dudum. s. v. suorum prædecessorum uestigia insequendo omnia beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura quæ sanctæ Ro. ecc. Cardinalium familiares continui commensales tunc obtinebant & in futurũ obtinerent uacantia tunc & inantea uacatura collationi & dispositioni suæ generaliter reseruauit irritum & inane decernendo quicquid in contrarium contingeret attemptari. & deinde parrochiali sancti. S. L. dio. p obitum quondam Io. illius ultimi possessoris extra. Ro. Cu. defuncti qui illam obtinens deuote creature. G. Episcopi Ostiensi Cardinalis Rothomagensis uulgariter nũcupati familiaris continuus commensalis extitit nuper uacante. e. s. v. illam deuoto oratori uestro. P. dicti Cardinalis familiari continuo commensali per huiusmodi obitũ siue aliis modis in litteris apostolicis desup confectis expresis uacante contulerit & sibi de eadem prouiderit decernen. irritum & inane si secus super hoc attemptatũ tunc erat uel in posterum contigisset attemptari Nihilominus tamẽ quidem. A. assertus clericus prætextu ut dicitur prætense collationis ordinarie uel alias sibi de dicta parrochiali ecclesia ut prætenditur facte in eadem parrochiali ecclesia & illius possessione de facto se intrusit prout intrusus est de præsenti. Dignetur igitur. s. v. uni ex. R. p. dominis uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus committere & mandare ut de præmisis summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii etiã extraiudicialiter se informet ipsisq; repertis ueritate fulciri dictum. A. & quoscunque alios in dicta parrochiali ecclesia & illius possessione forsan intrusos & intrudendos & eorum quemlibet tam coniunctim quàm diuisim sub excommunicationis latæ sententiæ aliisq; poenis sententiis & censuris ecclesiasticis moneat & requirat moneriq; & requiri faciat & mandet. quatenus infra certum competentẽ terminum per eundem dominũ auditorem præfigendum se ab occupatione intrusione & detentione dicte parrochialis ecclesiæ iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem desistant illiusq; possessione uacuam & liberam omni impedimento sublato dicto oratori tradant & expediant ac monitorium etiam per edictum cum ad dictum A. etiam monendum tutus non pateat accessus decernat necnon fructibus redditibus prouentibus iuribus & obuentionibus eiusdem parrochialis ecclesiæ uti permittant & gaudere pacifice & quiete fructus quoque redditus & prouentus ex eadem perceptos & illius occasione a tempore suæ intrusionis eidem oratori dent tradant & de illis sibi satisfaciant aut interim cum ipso oratore amicabiliter componant & concordent & nihilominus. A. omnesq; alios & singulos supradictos & eorum quemlibet tam coniunctim quàm diuisim citent ad comparendum infra certum alium eis & cuilibet ipsorum præfigendum terminum coram eodem domino auditore ad docendum & ostendendum se monitioni huiusmodi paruisse realiter & cum effectu. alioquin ad uidendum & audiendum se poenas sententias & censuras prædictas incidisse declarari & incurrisse. uel ad dicendum & allegandum causam siquam habeant rationabilem quare præmissa minime facere teneantur causamq; & causas quam & quas dictus orator contra dictum. A. & alios supradictos super dicta parrochiali ecclesia & illius occasione mouet mouereq; uult & intendit audiat cognoscat decidat & fine debito terminet cum omnibus & singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus annexis & connexis cum potestate ut præfertur monendi etiam per edictum & in euentum citandi in curia Ro. & extra eam quotiens opus fuerit poenasq; prædictas incidisse & incurrisse declarandi easque aggrauandi & reaggrauandi interdictum ecclesiasticum apponendi auxilium brachii secularis inuocandi cæteraq; faciendi in præmisis & circa ea necessaria & oportuna. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis &c. quódq; causa &c. non obstantibus quibuscunque.

Commisſio dependens quando dubitatur de deuolutione cauſæ.

BEatisſime pater olim quadam ſine cura capellania in eccleſia. N.M. dioceſis per obitum quondam. P. in eadem eccleſia capellani uacante capellaniam ipſam per obitum huiuſmodi uacātē deuotus orator ueſter Io.clericus. N.dioceſis tunc expectans apoſtolicus gratie ſue expectatiue per.s.v.eidem oratori gratioſæ conceſſe proceſſuumq; deſuper fulminatorum uigore acceptauit & ſibi prouideri obtinuit de eadem in qua quidem ſic uacante capellania poſt acceptationē & prouiſionē prædictas quidam.n. aſſertus clericus dicte dioceſis aduerſarius quo ſpiritu neſcitur ductus ſe intruſit & illam occupauit ꝑ ut in ea intruſus eſt & illam ad præſens detinet indebite occupatam.a quibuſquidem intruſione & occupatione aliiſq; grauaminibus per dictum. N. oratori illatis pro parte dicti oratoris appellatū ſeu ad ſedē apoſtolicam Romananiq; curiam prouocatū extitit & appellatione ipſa ꝑ ꝓcuratorē idoneum dicto. N.aduerſario intimata & termino ad iter arripiendum ad Ro.Cu.præfixo ſeu aſsignato præfatus orator cauſam appellationis huiuſmodi cum negocio principali. R.p.domino.G.&c.auditori cū omnibus & ſingulis ſuis emergentibus &c.cōmitti obtinuit. cuiuſquidem commisſionis uigore ad dicti oratoris inſtantiam contra præfatum.N.non comparere curantem coram eodem in eadem cauſa etiam uſq; ad concluſionem excluſiue proceſſo ab aliquibus reuocatur in dubium cauſam & negocium huiuſmodi ad Roman. Cu. fuiſſe deuolutā ex & pro eo quia procurator qui dictam appellationem aduerſario intimauit ſuæ procurationis mādatum una cum appellatione eidem appellato intimare ut dicitur non curauit. Supplicat igitur s.v.dictus orator quatenus ſtatū cauſæ huiuſmodi ac omnium actorum & actitatorū in eadem pro expresſis habentes dicto auditori committere & mandare dignemini ut ſi de procuratorio illius per quem inuenitur appellatio intimata ac appellationem ipſam in dicti aduerſarii perſonam fuiſſe intimatam conſtiterit attēto etiam ꝙ huiuſmodi procurator per aduerſarium de ſuæ procurationis mandato docendo requiſitus non fuit licet ſe procuratorem diceret in cā procedat ipſamq; fine debito terminet perinde ac ſi mādatum ſuum dicto. N. aduerſario intimaſſet.in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Commisſio ubi dubitatur proceſſus nō ualere ex quo iudex detulit quibuſdam appellationibus.

BEatisſime pater nuper lite pendente inter quoſdam. N.&. N. ac deuotum oratorem ueſtrum Ioannē uidelicet diuiſim & quemlibet ipſorum pro parte ſua de & ſuper parrochiali eccleſia N.N.dioceſis& eius occaſione coram R. p.domino.G.cauſarū palatii apoſtolici auditore.idem dominus in cauſa huiuſmodi uertente inter dictos. N.&.N. ſententiam pro dicto.N.& contra præfatum.N.detētorem tulit diffinitiuam a qua inquantum dicto.N.præiudicaret ad.s.v. appellatum & eidem appellationi delatum extitit. & exinde omniſſa & non proſecuta huiuſmodi appellationis cauſa dictus Io. contra ꝓfatos.N.&.N.& iidem cōtra dictum. Io. in cauſa quam idem Io.contra ipſos.N.& N.mouerat & proſequebatur ad nonnullos actus iudiciarios nonnullorum teſtium & aliarum probationum productionē quæ omnia hic habere dignemini pro ſufficienter expresſis coram dicto domino.G.mutuo hincinde neutro ipſorum contradicente proceſſerunt uſq; ad concluſionem excluſiue ſic ꝙ in cauſa huiuſmodi ut dicitur reſtat ſolum concludere & in ea ſentētiam ferre.Sed quia præfatus dominus.G.auditor præfate appellationi ut præmiſſum eſt detulit ab aliquibus dubitatur ut ꝓpter hoc iuriſdictionem in cauſa huiuſmodi a ſe abdicauerit & ꝙ illa quæ poſt delationem ipſam coram ipſo domino.G.inter partes ꝓdictas facta ſunt minime ualeāt. Igitur pater ſancte cum ꝓmiſſa mutuo conſenſu partiū prædictarū ſeu neutra ipſarū in aliquo contradicēte ac alias iuridice facta fuerint. & ꝙ ante appellationem & delationem ipſas omnes termini ſubſtantiales inter partes prædictas ſeruati erant etiam ꝙ appellans prædictus dictam ſuam appellationem nō eſt proſecutus ſed paratus ipſi renunciare. Dignetur.s.v.præfato domino.G.auditori commit-

committere & mandare quatenus probationibus supradictis & aliis post appellationē & delationē supradictas ut præfertur in huiusmodi causa hincinde factas fidem plenariam adhibeat & secundum illas & prout iuris fuerit ac in huiusmodi causa ad ulteriora procedat ipsamq; audiat & decidat perinde ac si appellationi prædictę delatū non fuisset. contrariis non obstantibus quibuscunque.

Commissio quando dubitatur executionem non ualere.

Pater sancte cum in quadam causa uertente coram. R.p.d.G. causarum palatii apostolici auditore inter deuotum uestrum. N. agentem ex una & quosdam. N.&. N. de & super parrochiali ecclesia. N. H. diocesis rebusq; alliis &c.& illorum occasione uidelicet diuisim & quēlibet pro parte sua defendendi partibus ex altera præfatus dominus auditor dubitet in causa huiusmodi in qua ad obseruationem omnium terminorum substantialium seu quasi processum est ad ulteriora & præsertim contra dictum. N. procedere ideo quia idem. N. in propria persona minime citatus fuit licet tamen ipse in ecclesia. N. prædicta dum missarum ibidem celebrantur solēnia necnon in personam uenerabilis uiri domini. N. dicti. N. procuratoris qui onus huiusmodi procurationis assumpsit & ecclesiam de qua hic agitur nomine dicti. N. acceptauit collationemq; & possessionem habuit de eisdem cum pro tunc uidelicet tempore executionis pro citatione huiusmodi exequenda ad personam dicti. N.& præsertim in loco ubi pro tunc residebat tutus non patebat accessus prout nec patet de præsenti obstantibus guerris & partialitatibus in illis partibus uigentibus unde citatio ut uerisimiliter præsumitur ad ipsius N. sic citati notitiam iam dudū peruenit. Dignetur igitur. s.v. præfato domino auditori committere & mandare quatenus si sibi constiterit de procurationis mandato pfati. N. procuratoris dicti. N.& in cuius pcuratoris persona dicti. N. citatus fuit & ꝙ idem procurator sic ut præfertur acceptauerit in causa huiusmodi contra dictum. N. procedat perinde ac si de executione dictę citationis facta in personam propriam dicti N. legitime constaret. Cōstitutionibus &c. quibuscunque.

Commissio ꝙ adhibeatur fides instrumentis non recognitis propter inopiam testium.

Clementissime pater cum quadam causa uertente in prima instantia corā. R.p.d.G.&c. auditore inter deuotum oratorem uestrum Io. ex una & quendam. N. detentorē de & super parrochiali ecclesia. N. M. diocesis & eius occasione partibus ex altera fuerūt pro parte dicti Io. oratoris iudicialiter producta duo publica instrumenta uidelicet unum acceptationis & prouisionis de dicta ecclesia nomine dicti Io. in partibus illis factis uigore cu iusdā gratiæ expectatiue sibi per. e.s.v. gratiose concesse litterarum apostolicarum & processuum inde secutorum & aliud publicationis acceptationis & puisionis prædictarum in loco dicti beneficii nomine eiusdem Io. facte scriptis subscriptis & signatis per discretum uirum magistrum. N. imperiali auctoritate in partibus illis publicum notarium fidelem & legalem. Et licet pater sancte huiusmodi instramenta sint uera & sine aliqua rasura seu suspicione ac per notarium publicum fidelem & legalē ad quē in partibus illis ut ad talem communis hominum habetur recursus instrumentis quoque per eum confectis subscriptis & signatis plenaria fides in iudicio & extra adhibeatur, fuerint & sint eius propria manu ac signo subscripta & signata. Nihilominus qa notarius ipse in locis remotis hactenus resederit put residet de præsenti pauci seu nulli testes hic reperiuntur qui ipsum cognoscant.& sic propter inopiam testium instrumenta pdicta recognosci non possunt alias ꝙ̄ per relationem subexecutoris litterarum compulsoriarum quarum uigore huiusmodi instrumenta originalia dicto Io. dicūtur sic fuisse transmissa qui notarium ipsum esse talem uidelicet notarium publicum uerum fidelem & legalem ac dicta instrumenta per eum esse signata & subscripta in sua relatione attestatur ac etiam per proprium iuramentum ipsius Io. qui super hoc paratus sit præstare. Dignetur igitur. s.v. statum causæ huiusmodi hic habere pro sufficienter expresso. etiam si forsan in ea cōclusum

Q

sit præfato domino. G. auditori committere & mandare quatenus præmissis attentis & ꝙ dicta pars aduersa huiusmodi duo instrumenta de falso saltem specialiter nec ꝑcurator eius non impugnat instrumẽtis huiusmodi plenariam fidem adhibeat perinde ac si instrumenta prædicta alias fuissent debite recognita seu pro recognitis habita. Constitutionibus &c. contrariis non obstantibus quibuscunque.

Commissio ut adhibeatur fides testibus in partibus in uim compulsorie examinatis.

Beatissime pater lite & cã corã. R. p. domino. G. &c. uestri sacri palatii causarum apostolici auditore inter deuotum oratorem uestrum Io. v. s. familiarem cõtinuum commensalem. N. diocesis actorem ex una & quendam. N. assertum clericum intrusum de & super parrochiali ecclesia. N. M. diocesis & illius occasione reum partibus ex altera in prima pendẽte instantia & in causa ipsa cõpulsoria speciali cum termino præfixo per præfatũ dominum. G. auditorem ad dicti oratoris instantiã decreta compulsor huiusmodi uidelicet uenerabilis uir dominus præpositus ecclesiæ maioris. L. datis coram eo pro parte ipsius exponentis nonnullis positionibus & articulis super eo solum ꝙ reus ipse beneficiũ ualoris. x. florenorũ auri de camera obtinebat prout adhuc obtinet. quod quidẽ est parrochialis ecclesia siue quædam capella N. nuncupata. L. diocesis supradicte ut in actis causæ huiusmodi clare constat & probatum speratur. Et propterea iuxta factam per. e. s. v. regulã dictus orator pauper prætextu gratiæ suæ in communi forma pauperum ipsi reo ueniebat præferẽdus testes parte aduersa uocata & de hoc notitiã habente desuper recipi & per notarium publicum diligenter examinari fecit. dictaq́ʒ testium ad causæ auditorem suo misit sigillo clausa & sigillata. Verum pater beatissime de sic receptorum testium & examinatione eorumq́ʒ depositionibus & cõpulsoris. iurisdictione in præmissis a quibusdam hesitatur pro tanto & cum hic non super re magna neque ponderosa sed ualore dumtaxat beneficii aduersarii ualoris. x. florenorũ auri de camera actu uideatur parte de hoc notitiam habente. & ne hoc prætextu testiũ depositio ualeat cauillari. Supplicat humiliter deuotus orator pauper quatenus præfato domino. G. seu in eius locum forsan surrogato uel surrogando auditori committere & mandare dignemini ut præmissis attẽtis dictis & depositionibus testium huiusmodi necnon productis apud acta & producẽdis in omnibus & per omnia fidẽ adhibeat perinde ac si pro eorum receptione & examine compulsor ipse specialiter deputatus ac omnis a iure requisita solemnitas seruata extitisset præmissis necnon iuribus constitutionibus & ordinationibus. statum causæ quem & omnium in eadem actitatorũ tenores pro sufficienter expressis seu alias pro parte dicti aduersarii appellatum fuisset & in causa huiusmodi forsan cõclusum foret habentes aliisq́ʒ in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio ꝙ adhibeatur fides literis apostolicis contentis in processu ac si producte essent.

Beatissime pater cum in quadã causa uertente coram. R. P. d. S. palatii causarum apostolici auditore inter deuotum oratorem uestrum. A. agentẽ ex una & quendam. B. reum & detentorẽ de & super parrochiali ecclesia. N. & illius occasione partibus ex altera dictus. A. qui ex iure. C. per ipsum. C. in manibus. e. s. v. spõte & libere cesso de quo dicto. A. per. e. s. v. concessum est prouideri hic utitur ad ꝓbandum dictum. C. huiusmodi cessionis & A. concessionis prædictarum tẽporibus ius habuisse & habere in ꝑdicta parrochiali ecclesia realiter & de facto ꝓduxit ꝓcessum præfate gratiæ apostolice siue facultatis ꝑ R. in Christo patrem & dominum dominum. A. Cardinalem &c. tunc apud Illustrissimum Principem & dominum dominum. N. Francorum regem & nonnullas partes & prouincias ipsius regni nuntiũ cũ potestate legati de latere specialiter destinatum & executorem cuiusdam gratiæ siue facultatis nominandi certas personas ad certa beneficia præfato domino regi per eandem. s. v. concesse per huiusmodi gratiæ & dictarum litterarum apostolicarum ipsius gratiæ habitum & factum sigillo ipsius domini. A. Cardinalis & legati sigilla-

tum ac per eiusdem domini Cardinalis secretarium & notarium publicum fidelem & legalem subscriptum& signatum in quo sunt inserte de uerbo ad uerbum littere apostolice super dicta gratia facultatis confecte necnon etiam littere regis nominationis facte uigore dictarum litterarum apostolicarum per præfatum dominum regem de persona dicti. C. canonicatus & præbende ecclesiæ prædicte idem. A. propter guerras nunc in regno prædicto uigentia originalia præfatarum literarum; de præsenti habere non possit Dignetur. s. v. præfato domino auditori committere & mandare quatenus si sibi summarie constiterit de insertione prædicta & q͂ secretarius & notarius prædictus qui illas inseruit ac processum prædictũ in quo ipse litere inserte sunt subscripsit & signauit fuerit & sit notarius publicus fidelis & legalis processus'q; & insertio huiusmodi etiam sit absq; alicuius suspitionis uicio etiam & q͂ originalia præfatarum litterarũ de præsenti commode habere nequeat præfatis litteris sic insertis fidem plenariam adhibeat quantam adhiberet ueris originalibus si originalia ipsa essent coram eo iudicialiter producta & recognita. Constitutionibus &c. statum causæ &c. cæteris'q; contrariis non obstantibus quibuscunque.

Commissio q͂ relaxentur littere in camera apostolica arrestate.

BEatissime pater pro parte deuoti oratoris uestri. N. præsbiteri in Abbatem monasterii Sancti Flor. ordinis sancti Benedicti. N. diocesis electi. s. v. humiliter exponitur q͂ nuper uacante dicto monasterio per obitum ultimi Abbatis eiusdem extra Ro. Cu. defuncti idem frater. N. seruatis merito seruandis fuit per religiosos dicti monasterii ricte & legitime in Abbatem dicti monasterii electus. quæ electio fuit infra tempus debitum ad hoc. a. s. v. constitutum. e. s. v. debite præsentata exinde per. s. v. consistorialiter confirmata. dictus'q; frater. N. in Abbatem dicti monasterii pronunciatus. Et licet pater sancte idem Abbas litteras apostolicas huiusmodi suæ confirmationis & prouisionis paulisper fieri ac in plumbo registro necnon camera apostolica ac etiam collegio. R. patrum dominorum sancte Ro. ecclesiæ Cardinalium expediri procurauit ac partem unam minutorum seruitiorum iuxta possibilitatem suã soluerit. & pro alia parte cameræ apostolicæ ac etiam dicti collegii dominorum Cardinalium soluendi in forma debita & consueta se obligauerit. Nihilominus dum idẽ Abbas seu eius procurator hic existens & qui solutionem & obligationem prædictas fecerat firmiter credidit; præfatas dicte prouisionis posse & debere habere literas illas'q; secũ ad partes portare ut pfatus Abbas dicti sui monasterii possessionem reciperet. repperit q͂. R. dominus Cardinalis sancti. N. ad instantiam aliquorum religiosorum dicti monasterii nunc & etiam tempore electionis prædicte extra dictũ monasterium uagantiũ qui cupientes dictum monasterium ac etiam seipsos Abbati ut superiori præterq̃ & administratore ppterea carere & dictum monasterium litigiosum facere præfatam electionem & s. v. prouisionem malitiose & sine causa saltem iusta nituntur impugnare. & super hoc cãm dicto domino Cardinali fecerunt per. e. s. v. ut dicitur committi & ipsius commissionis uigore mandauerat & fecerat in præfata camera apostolica arrestari & apud ipsum portari. sic'q; litteras minime habere potuit prout nec potest quod non censetur equum q͂ tales religiosi admitti debeant ad impugnandum prouisionem prædictam sic per. s. v. consistorialiter factam & q͂ etiam nisi super hoc per. e. s. v. salubriter prouideatur cedit in præiudicium & dissolutionem dicti monasterii necnon diminutionem cultus diuini eiusdem si monasterium hmõi & religiosi eiusdem sic futuris temporibus careãt patre & pastore qui ibidẽ præsideat regat'q; & gubernet religiosos'q; ipsos dum opus fuerit puniat & corrigat. Igitur pater sancte præmissis attentis etiam quod litteris prædictis relaxatis & in actis dicte causæ apud dictum dominum Cardinalem seu eius notarium registratis idẽ dominus Cardinalis si præfati religiosi uagabundi uoluerint quod non creditur cãm ipsam prosequi poterit cãm ipsam æque audire terminare ac de ipsa cognoscere perinde ac si littere ipse originaliter apud ipsum remansissent. Dignetur. s. v. præfato domino Cardinali committere & mãdare quatenus absq; ulteriori processu præfatas litteras procuratori prædicto tradat & relaxet præmissis

cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque.

Commissio ut remittantur littere ad corrigendum partis aduerse. & q interim supersedeatur in causa.

BEatissime pater cum in quadam cā uertente inter deuotum oratorē uestrum Io.agentem ex una & quēdā.G.de & super parrochiali ecclesia.N. & ipsius occasione reum & detentorem partibus ex altera pro parte ipsius.G. ad probandum quandam prætensam.G. surrogationem seu prouisionem necnon etiam dispensationem super defectu natalium quē idem.G.patitur & pati cōfitetur fuit producta quadā bulla in cancellaria.s.v. minus debite seu erronee ac præter & contra tenorem supplicationis a qua dicta ptensa bulla dicitur descendere seu super ipsa fuisse expedita.per quam bullam sic minus debite expeditam si sic remaneret & non corrigeretur ius dicti Io.pauperis præsbiteri & actoris absorberetur.dictusq; detentor sine canonico titulo in dicta curia uictor & præfate ecclesiæ indebitus occupator existeret. Dignetur igitur.s.v.;dicto pauperi præsbitero eiusq; iustitie & iuri misericorditer compatiendo statumq; huiusmodi causæ in qua idem orator unam & primam adiudicatoriam pro se & dictus reus aliam non tamen adiudicatoriam sed absolutoriam reportauerit sententias & in qua nunc in ista instātia est ad aliquos actus iudiciarios citra tamen causæ conclusionem processum quos hic habere dignemini pro sufficienter expressis committere & mandare.R.p.d.N. in huiusmodi causa auditori quatenus bullam prædictam originalem prout iuris stilli & usus dicte cancellarie fuerit corrigendi ad cancellariam ipsam corrigēdā remittat seu remitti faciat per notarium causæ corā quo bulla ipsa ultimo fuit producta & interim supersedeat. Constitutionibus &c. contrariis quibuscunque.

Alia commissio ut remittantur littere ad cācellariam ad corrigendum non obstante q semel fuit remissa & nihil in ea correctum fuerit.

PAter sancte licet.s.v.commiserit & mandauerit Reuerendo patri domino. N. auditori causæ huiusmodi quatenus bullam de qua in præinserta supplicatione fit mentio remitteret corrigendā in cancellariam.s.v.prout in supplicatione seu commissione latius continetur. Nihilominus quia pars aduersa obiicit præfatā bullam alias ad cancellariam prædictam fuisse remissam ac corrigendū & in ea nihil fuisset mutatum siue correctum & q hoc in commissione prædicta non fuit expressum idem dominus auditor bullam ipsam ad cancellariam prædictam remittere recusat. Igitur pater sancte ut rei & facti ueritas lucescat & ut præfatus aduersarius uigore talis bulle sic minus debite expedite in ipsius anime detrimentum & cōtra iustitiam beneficium de quo hic agitur uincat. Dignetur igitur.s.v.eidem domino.N. auditori committere & mandare quatenus nō obstante q bulla prædicta alias semel aut pluries fuerit ad dictam cancellariam remissa & ibi non correcta seu mutata ad cancellariam prædictam de nouo remittat corrigendam.& etiam interim in huiusmodi causa supersedeat.attento q dictus supplicans nō possidet beneficium super quo agitur. statū causæ &c.Constitutionibus & ordinationibus &c.non obstantibus quibuscunq;.

Mandatum de supersedendo in causa pecuniaria.

SIxtus &c.motu proprio &c. mandetur & intimetur Reuerendo patri domino. G. sacri palatii apostolici causarū auditori capellano nostro quatenus in quadam causa uertente coram eo in secunda instantia inter quendam. L.actorem ex una &.R.patrem dominum.P.prothonotarium & castelli.N.castellanum nostrum reum & se defendentem sup quibusdam pecuniarum summis & rebus aliis & eorum occasione partibus ex altera penitus & omnino supersedeat & nullatenus se de ea intromittat donec & quousq; aliud a nobis habuerit in mandatis. statum causæ huiusmodi etiam si conclusum sit in ea & appellatio pendeat super ea ac in Rota sit posita & uota data.Quæ omnia & singula uolumus hic habere pro sufficienter expressis.

Commissio ꝙ supersedeatur in causa donec gratia si neutri fuerit expedita.

DIgnetur.s.v.committere & mãdare.R.p.domino.G.sacri palatii apostolici causarum auditori quatenus in quadam causa coram eo in tertia instantia pendente inter quendam.A.agentem & detentorem ex una & deuotum oratorem uestrum.C.de & super parrochiali ecclesia.N.N.diocesis & illius occasione defendentem partibus ex altera supersedeat donec & quousque litterae apostolice super gratia si neutri de dicta ecclesia per.e.s.v.dicto.C.oratori concessa quae iam sunt plures dies ingrossate fuerunt & in cancellaria apostolica posite. & ne ibidem expediantur per dictum.A. malitiose tamen & ne de iure & iustitia dicti.C.constare posset impedite expedite fuerint seu saltem hinc ad octo dies proxime futuros. statum causae &c.contrariis quibuscunque.

Gratia si neutri causa non commissa.

BEatissime pater nuper uacante hospitaliaria ecclesiae.N. ordinis sancti.N.per assecutionem Archidiaconatus in ipsa ecclesia factam per dictum N.uigore certae gratiae expectatiue sibi per s.v.facte ac literarum apostolicarum inde secutarum deuotus orator uester.P.N.canonicatus dicte ecclesiae hospitalariam ipsam uigore certae suae gratiae expectatiue p e.s.v sibi concesse acceptauit & obtinuit sibi de ipsa prouideri fuitq; etiam eidem.P. de hospitalaria ipsa auctoritate ordinaria prouisum quorum uigore idem.P.possessionem ipsius hospitalarie habuit. Nihilominus quidem.N.praetendens hospitalariam ipsam sibi per.e.s.v.fuisse collatam se contra praemissa opposuit & dictũ.P. per quendam executorem assertae gratiae praedicte apostolice ipsius.N. moneri fecit quatenus infra certum terminum sub excommunicationis poena hospitalariam praedictam liberam & uacuam eidem.N. dimitteret a quibus fuit pro parte dicti.P ad.s.v. appellatum & licet causa appellationis huiusmodi nondum sit commissa tamen in breui ut speratur unacum toto negocio principali committenda. Vnde pater.s. cum ab aliquibus asseritur neutrum dictorum.P.& N.in praefata hospitalaria ius habere ipsamq; hospitalariam adhuc uacare. Dignetur igitur.s.v.auditori in causa huiusmodi appellationis ac negocii principalis per.e.s.v.iam forsan deputato uel deputando ipsius nomine & cognomine hic haberi pro sufficienter expressis committere & mandare quatenus si per euentum causae ipsius sibi constiterit neutri dictorum.P. &. N.in praefata hospitalaria ius cõpetere ipsamq; adhuc uacare hospitalariam ipsam quae officium non curatum in dicta ecclesia existit cuiusq; distributionibus quotidianis cõputatis fructus&c.ultra centum lib.tu.par.ua. an.non exce. siue ut praemittitur siue alias quouis modo & ex quacunque alia persona seu facto uacet.etiam si alias generaliter uel specialiter fuerit sedi apostolice reseruata seu deuoluta aut inter aliquas alias personas litigiosa cuius litis status &c. existat praefato.P.cõferat & sibi prouideat de eadem non obstante ꝙ ipse locum canonicalem dicte ecclesiae cum fructibus etiã distributionibus quotidianis cõputatis ultra c.lib.tu.similium non ualent annuatim obtineat & cum aliis non obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio gratie si neutri causa commissa pro non possessore.

BEatissime pater alias uacante certis canonicatu & praebenda in collegiata ecclesia sancti.N.N.dioc. per obitum quondam Io.illorũ ultimi possessoris extra Ro.Curiam defuncti deuotus orator.v.A.clericus.B.diocesis uigore suae gratiae expectatiue sibi per.s v. concesse ac processuum inde habitorum infra tẽpus debitum dictos canonicatum & praebẽda acceptauit & per certum suum subexecutorem sibi de eisdem prouideri & obtinuit Nihilominus tamen quidam.G.assertus clericus in dictis canonicatu & praebenda de se intrusit prout intrusus est de praesenti ac dictus.A. a dicto.G. & eius intrusione in dictis canonicatu & praebenda ac aliis grauaminibus in appellatione desuper interiectis expressis ad sedem apostolicam appellauit ac causam & causas quam& quas idem.A.contra dictum.G.aduersarium suum per dictis canonicatu & praebenda mouere

intendebat. R.p.d.B.&c.uestri sacri palatii apostolici causarum auditori committi obtinuit & citationem eius uigore ad partes decerni quæ nondum extitit executa. Verum.p.s.ab aliquibus asseritur neutri dictorum litigãtium in dictis canonicatu & præbenda ius competere. Dignetur igitur.s.v.ꝑfato domino auditori committere & mandare, ut si postq̃ lites hmõi legitime introducte fuerint & per euẽtum litis & causæ huiusmodi uel aliàs sibi constiterit neutrum litigantium in canonicatu & præbenda præfatis ius habere dicto.A.de dictis canonicatu & præbenda quorum fructus &c. centũ libra.turo.par.se.cõ.ex.ua.an.non excedat siue ut præmittitur siue aliàs quouismodo aut ex alterius cuiuscunq; persona seu per liberam resignationem de illis in Ro.curia uel extra eam etiam coram notario publico & testibus spõte factam specialiter seu aliàs generaliter reseruati affecti deuoluti aut litigiosi cuius litis statũ &c.existat uacent conferat & assignet & prouideat in um noue prouisionis siue gratiæ si neutri cum non obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio gratiæ si neutri causa commissa in petitorio & possessorio.

Beatissime pater nuper uacante parrochiali ecclesia.N.N. diocesis p obitum quondam.N.extra Romanã curiam defuncti de ipsa parrochiali ecclesia sic uacante extitit deuoto.s.v.N.clerico.N.diocesis auctoritate apostolica prouisum, idemq;.N.uigore prouisionis huiusmodi in possessionem ipsius ecclesiæ inductus, a quibusquidem prouisione & possessione quidam.A. prætendens quamuis falso in præfata ecclesia ius habere ad.s.v.sedemq; apostolicam ut dicitur appellauit.& præfatum.N.super dicta ecclesia & eius occasione coram.R.patre domino.G.auditore sacri palatii apostolici causarum traxit in causam. Cum autem pater sancte ab aliquibus asseratur neutri dictorum.N.&.A.in præfata ecclesia ius competere ipsamq; adhuc uacare. Dignetur igitur.s.v.statum causæ huiusmodi in quo siue in petitorio siue in possessorio ad aliquos actus iudiciarios citra tamen causæ conclusionẽ processum est hic haberi pro sufficienter expressis præfato domino.G.auditori committere & mandare quatenus si per euentũ litis seu causæ huiusmodi reppererit neutrũ præfatorum litigantium in præfata ecclesia ius habere ipsamq; adhuc uacare, ecclesiam cuius fructus &c.eidem oratori conferat & sibi prouideat de eadem dignemini de gratia speciali cum non obstantibus & clausulis oportunis.

Surrogatio in qua petitur admitti renunciatio iuri liti & causæ.

Beatissime pater cum in uestro sacro palatio apostolico inter quendam N.reum & possessorem super parrochiali ecclesia.A.B.diocesis lis pendeat indecisa ipse.N. liti & causæ huiusmodi ac omni iuri sibi in eadẽ ecclesia parrochiali competente in.s.v.aut alterius in hoc potestatem habentis manibus renunciare proponit. Supplicat.s.v.deuotus orator uester Io.clericus.L.diocesis quatenus statũ causæ huiusmodi hic habentes pro sufficienter expresso resignationem ipsam admittere ac ipsum Io.in omni iure & ad omne ius quod ipsi.N.tempore resignationis huiusmodi in ipsa parrochiali ecclesia uel ad illam quomodolibet competit aut competere poterit huiusmodiq; iuris & litis & causæ prædictorum prosecutionem defensionẽ in statu in quo ipsam inuenerit surrogare & admittere dignemini ac dicto Io. de dicta ecclesia parrochiali cujus fructus &c.cen.lib.Turo.par.se.cõ.exti.ua.an.nõ excedũt siue ut præmittitur siue ex eo quia dicto Io.de illa prouisum siue prouideri mandatum uel concessum extitit uacãte siue aliàs quouismodo aut ex alterius cuiuscunque persona uel per constitutionem execrabilis uacet etiam si generaliter uel specialiter reseruata affecta uel deuoluta existat prouidere dignemini non obstante parrochiali ecclesia N.N.diocesis quam obtinet & ꝙ uirtute gratie expectatiua de canonicatu & præbẽde ecclesiæ.N.fuerit sibi prouisum & possessionis eorum forsan assecutus necnon quadam gratia expectatiua & extensionis gratie in cancellaria apostolica exprimenda quorum omnium fructus&c.cc.lib.Tu.par.se.com.exti.ua.an.non ex.cum cæteris non obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio surrogationis in iure resignantis pendente lite.

BEatissime pater lite pendente in uestro palatio causarum apostolico inter A. actorem ex una & quendã N. de & super administratione ppetua seu regimen hospitalis pauperum Christi de N. N. diocesis reum & detentorẽ partibus ex altera in qua causa dictus. A. quandam sententiam absolutoriam per. R. p. d. B. sacri palatii apostolici causarum auditorem latam pro se & contra dictum. N. cum expensarũ condẽnatione ut dicitur reportauit a qua pro parte dicti. N. appellatum extitit & causa huiusmodi appellationis. R. p. d. G. eiusdem palatii ẽt causarũ auditori per. s. v. cõmissa & in ipsa ad aliquos actus iudiciarios citra tamen causæ conclusionẽ pcessum fuit dictus. N. certis de causis animum suum ad id mouentibus liti & causæ huiusmodi necnon omni iuri sibi in præfato hospitali administrationiq; & regiminis ipsius apud sedem apostolicam simpliciter & libere cedere ac renunciare proponat. ne igitur lis seu causa huiusmodi legitimo careat defensore qui ipsam defendat & prosequatur Supplicat. s. v. deuotus orator uester. B. clericus. N. dioc. quatenus statum causæ huiusmodi antedicte hic habendo p sufficienter expressis præfato domino. G. auditori committere & mandare dignemini ut dictũ. B. in omni iure & ad omne ius ac litis ac causæ prædictæ prosecutionem & defensionem quod & quæ dicto. N. ante ipsius & tempore cessionis. & resignationis huiusmodi in præfato hospitali seu eius regimine & administratione eiusdem siue ad illud siue illa quomodolibet cõpetebat surroget & admittat. necnon si per euentum litis seu causæ huiusmodi sibi constiterit regimen prædictum siue per obitum quondam N. olim dicti hospitalis rectoris extra Ro. Cu. defuncti. siue ex quacunque alia persona adhuc uacare & nondum fuisse canonice concessum regimen hmõi etiam si ad illud consueuerit qs per electionem assumi eidem. B. quandiu uixerit in humanis commitat. Cõstitutionibus & indultis dicti hospitalis sique forsan fuerint & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio surrogationis in iure defuncti pro iam surrogato in iure resignantis.

BEatissime pater dudum fe. re. Paulo Papa secundo prædecessore uestro in humanis agẽte ac lite & causa in uestro sacro palatio apostolico causarum inter Io. &c. tunc dicti quondam Pauli Papæ & nunc. s. v. familiarem continuũ commensalem ex una & quendam Ia. assertum clericum. N. diocesis detentorem partibus ex altera de & super certis canonicatu & præbenda ecclesiæ. N. quos quondam. a. in eadem ecclesia dum uiueret obtinebat dictus Io. omne ius sibi in & ad dictos canonicatum & præbendã quomodolibet competente in manibus præfati prædecessoris uestri libere & sponte resignauit litiq; & causæ prædictis cessit & illis renunciauit illisq; resignatione cessione ac renunciatione admissis deuotus uester. N. se ad dictum ius ac litis & causæ prædictorũ prosecutionem in eo statu in quo cã tunc erat obtinuit surrogari cuius surrogationis prætextu ipse. N. per plura tempora usq; etiam ad obseruationem omniũ terminorum substantialium in palatio prædicto coram bo. me. quondam. N. &c. tunc auditore processit lite huiusmodi nondum per sententiam decisa dictus Iac. extitit extra Roma. Cu. uita functus. ne igitur pater bea. ex præterito iure quondam Iac. ipsi exponenti nouus detur aduersarius Dignetur. s. v. domino auditori cui illa causa cum aliis causis reperitur commissa uel committetur in cancellaria apostolica exprimendi committere & mãdare ut præfatum. N. præsentem in curia in omni iure & ad omne ius quod dicto quondam Ia. aduersario suo in canonicatu & præbenda huiusmodi quouismodo competit seu competere poterit ac eorundem possessionem necnon ad litis & cãæ psecutionem contra oẽs & singulos sua interesse putantes per audientiã publicã litterarũ cõ tradictarum surroget ac causæ & liti prædictis debitis finem imponat per sententiã diffinitiuam in uim mandati surrogationis huiusmodi eosdem canonicatum & pbendã huiusmodi quorũ fructus &c. sex. mar. ar. se. com. exti ua. an. non ex. siue ut præmittitur siue alias quouismodo aut ex alterius cuiuscunque persona siue per liberam di-

cti quondam Ia. aut cuiuscunque alterius etiam coram notario publico & testibus spõte in Ro. Cu. uel extra eam factam uacent etiam si generaliter uel alias specialiter reseruati affecti deuoluti aut alias litigiosi sint huius & prædicte litium status ut præfertur pro sufficiẽter expressis habẽtes eidem. N. supradicto cum omnibus iuribus & pertinẽtis suis cõferat & assignet ac de eisdem prouideat de gratia speciali cum non obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio surrogationis in iure defuncti pro possessore.

BEatissime pater orta dudũ lite seu causa coram. R. p. domino. G. uestri sacri palatii causarum auditore inter quendam. N. agentem ex una & deuotum oratorem uestrũ Io. de & super parrochiali ecclesia. N. N. diocesis & eius occasiones defendentẽ partibus ex altera dictus. N. nuper in præsenti alma urbe ac Curia Roma. uita functus est. ne igitur pater sancte dicto Io. in dicta parrochiali ecclesia nouus superueniat aduersarius q eundem super ipsa parrochiali ecclesia indebite molestet dignetur. s. v. statum causæ huiusmodi hic haberi pro sufficienter expresso domino auditori præfato seu alteri forsan loco sui surrogando committere & mandare quatenus ipsum Io. in omni iure & ad omne ius quod dicto quondã N. ante tempus & tempore dicti sui obitus in præfata parrochiali ecclesia seu ad illã cuius fructus etiam ultra. lx. lib. Tu. par. se. com. exti. ua. an. non ex. annuatim quomodolibet competebat surroget & admittat cũ non obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio surrogationis in ius defuncti post decretum litterarum executorialium de nouo ad causam ueniente cum facti narratione.

BEatissime pater nuper uacante hospitali siue domo dei de. N. N. diocesis seu regimine & administratione bonorum eiusdem hospitalis per resignationem siue obitum. A. extra Ro. Cu. defuncti. v. s. gratiam specialem faciẽdo quõdam. B. concessit & mandauit certis executoribus super hoc deputatis regimen siue administrationem eidem quondam. B. quã diu uiueret in humanis cõmitti super quo regimine siue hospitali & eius occasione lis seu causa inter præfatum quondam. N. agentem ex una & quendam. N. reum & detentorem partibus ex altera in præsenti Curia Ro. orta & coram diuersis dominis causarum palatii auditoribus diutius uentilata dictus quondam. B. contra præfatum. N. detentorem diffinitiuas consimiles & conformes sententias in causa huiusmodi per diuersos dominos dicti palatii causarum apostolici auditores sancte & iuste latas reportauit cum fructuũ & expensarũ condẽnatione & exinde super sententiis huiusmodi executioni demandandis literas executoriales sub sigillo R. p. d. G. dicti palatii causarum auditoris qui ultimam sententiarum prædictarum tulit de speciali mandato & commissione. e. s. v. obtinuit quas in partibus exequendas dudum transmisit. Sed his non obstantibus quidã Io. ad præfatum hospitale seu regimen. B. quorum ius habere prætendens præsertim quondam. B. super huiusmodi hospitali seu regimine corã R. p. domino. N. &c. dicti palatii apostolici etiam causarum auditore traxit in cãm ac litem nouam mouere nititur in qua ad decretum citationis ad dicendum cõtra cõmissionem eidem domino. N. auditori in huiusmodi causa necnõ citationem & eius executionem in personam dicti quondam B. factas dumtaxat processo idem quondã B. in ciuitate. H. extra Ro. Curiã uita functus est. ne igitur pater sancte lis seu causa huiusmodi legitimo careat defensore qui tueatur eandem. & ne etiam dicto Io. in pfato hospitali seu regimine ipsius uitiosus pateat ingressus. supplicat. s. v. deuotus orator uester. P. N. diocesis. s. v. familiaris & cõtinuus commensalis quatenus statum causæ huiusmodi hic pro sufficienter expressis habentes pærfato domino. N. auditori cõmittere & mandare dignemini ut ipsum. P. in omni iure & ad omne ius ipsiusq iuri ac liti & causæ psecutioni & defensioni quod & quæ dictus quondam. B. ante tempus & tempore ipsius obitus in præfato hospitali seu regimine eiusdem seu ad illud hospitale quod sedi apostolice immediate subiicitur & ad cuius regimen quis per electionẽ assumitur & q de ordine. N. esse ac per religiosos ipsius ordinis gubernari cõsuetum

di citur

dicitur & cuius fructus redditus & prouentus rectori seu administratori eiusdem ultra uictum & uestitum nulli uel pauci sunt surroget admittat ac illud ius sibi conferat ac prouideat de eodem aut si forsan ipse dominus auditor reppererit neutrũ dictorum. P. & I. litigãtiũ in præfato hospitali seu regimine ipsius ius habere illudq́ꝫ hospitale seu regimen adhuc uacare illud cum suis iuribus & pertinentis siue per liberam resignationem siue per obitum præfati quondam. B. extra Ro. Cu. defuncti seu alia's quouis modo & ex quacunque alia persona uacet eidem. P. quandiu uixerit tenendũ & gubernãdũ committat seu conferat ac sibi prouideat de eodem cum non obstãtibus & clausulis oportunis.

Commissio surrogationis per priuationem pendente lite quia excommunicatus celebrauit missas.

BEatissime pater cum quidam. N. q se gerit pro clerico. L. dio. sententia excommunicationis per generalem curiæ cameræ apostolicæ auditorem seu eius uice auditorem aut locumtenentẽ uel alia's suum iudicem competẽtem ob non solutionem nonnullarum pecuniarum summis diuersis suis creditoribus ab eo debitarum & alia's ob iniectionem manuum in clericos & ecclesiasticas personas uiolentam ac suis exigentibus culpis & demeritis a iure siue ab homine innodatus & de qua non erat ignorans missas & alia diuina officia celebrando & se illis immiscendo etiam in contemptum clauium irregularitatis maculam siue notam cõtraxerit quare iuri omni sibi in certis canonicatu & præbenda ecclesiæ. N. quos quondam. R. olim ipsius ecclesiæ canonicus dum uiueret obtinebat super quibus in palatio apostolico contra quosdam. E. & Io. & quosdam alios in cancellaria apostolica nominandos suos aduersarios ipse. N. litigat uenit merito iure priuandus. Supplicat igitur. s. v. deuotus orator. A. clericus. N. dioc. quatenus Auditori dicte causæ uel cuicũqꝫ alteri cõmittere & mandare dignemini ut de præmissis se informet & si per informationem huiusmodi præmissa aut ex eis aliqua uel alia's aliqua alia crimina excessus siue delicta per ipsum N. perpetracta quæ ad id sufficiant inuenerit ipsum. N. iure huiusmodi sententialiter priuet & amoueat realiter ab eodem & Nihilominus ipsum. A. in omni iure & ad omne ius huiusmodi si quod dicto. N. in dictis canonicatu & præbenda uel ad eos quomodolibet competierit surroget ipsamq́ꝫ ius sibi conferat & prouideat etiam de illo necnon eundem. A. ad illius litis & causæ prosecutionem & defensionẽ in eo statu in quo dictus. N. ante tempus & tempore priuationis huiusmodi quomodolibet erat & si priuatus non foret posset & deberet admitti admittat & nihilominus de dictis canonicatu & præbenda quorum fructus &c. xx. lib. turo. par. se. com. exti. ua. an. non ex. siue per priuationem huiusmodi aut dicti. R. extra Roma. Curiam defuncti obitum siue alia's quouis modo aut ex alterius cuiuscunque persona uel per liberam resignationem alicuius de illis in Ro. Cu. uel extra eam etiam coram notario publico & testibus sponte factam uacet ẽt si deuoluti generaliter uel specialiter reseruati affecti ac alia's ubilibet litigiosi cuius & superioris litis statum &c. existant eidem. A. prouideat cum nõ obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio priuationis iuxta constitutionẽ execrabilis etiã ex eo quia cognouit carnaliter monialem professam suscipiendo ex ea prolem.

BEatissime pater quidam Io. qui se gerit pro præposito & canonico ꝑbendato ecclesiæ. N. status salutis & honoris suorum penitus immemor Dei timore postposito pudicitie laxatis habenis quandam. Vrsulam monialem uelatam & professam monasterii in. G. ordinis sancti. B. N. diocesis carnaliter cognouit prolem ex ea suscipiẽdo de qua scandala grauia in populo sunt exorta & exinde dictus Io. nulla super ipsis absolutione necessaria obtẽta diuina officia atque missam celebrare non est ueritus. quapropter idem Io. dictis ac aliis suis beneficiis ac ad illa tenenda se reddidit penitus indignum. & his non contẽtus præposituram prædictam sic obtinens parrochialem ecclesiam in. G. dicte. N. diocesis tunc certo modo uacantẽ & sibi collatam assecutus extitit illasq́ꝫ ac dictos canonicatum & præbẽdã ipsius ecclesiæ. N. insimul per plures annos absque

canonica dispensatione seu contra constitutionem execrabilis detinuit & detinet inde bite occupatam. Supplicat igitur.s.v. deuotus uester. A. præsbiter dictæ diocesis cui ēt s.v. de præpositura canonicatu & præbēda ac ecclesia prædictis sub certis modo & forma prouideri concessit prout supplicationibus desu p signatis quarū tenores hic habere placeat pro sufficienter expressis plenius cōtinetur quatenus. s.v. alicui prælato committere dignetur & mandare ut constito sibi dictum Io. parrochialem ecclesiam huiusmodi contra constitutionem execrabilis ut præmittitur assecutum fore decernat & declaret dicta incompatibilia beneficia uacare & uacuisse. alioquin si per informationem summariam simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii faciendā sibi cōstiterit dictum Io. monialem carnaliter cognouisse & ex ea prolem procreasse seu q̄ ad præmissa sufficiant eundem Io. præpositura canonicatu & præbenda ac ecclesia parrochiali prædictis auctoritate apostolica priuet & amoueat realiter ab eisdem. & si declarationem seu priuationem huiusmodi per ipsum fieri contigerit eandem præposituram quæ dignitas principalis curata & electiua in dicta ecclesia existit cuius quatuor ac canonicatum & præbendā prædictos cuius quinq; necnō dictam parrochialem ecclesiam cuius sex mar. au. puri. se. cō. ex. ua. an. non ex. siue per declarationē priuationem seu amotionem huiusmodi seu per assecutionem seu constitutionem prædictam siue alias quouismodo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignationem dicti Io. uel alicuius alterius de illis in Ro. curia uel extra eam etiam corā notario publico & testibus sponte factam resignationem seu assecutionem alterius incōpatibilis beneficii quauis auctoritate collatis uacent etiam si tanto tempore uacauerint q̄ eorū collatio iuxta Lateranensi statuta cōcilii ad sedem apostolicam legitime deuoluta seu specialiter uel generaliter reseruata affecta seu inter aliquos litigiosa. cuius litis statum &c. existant dicto oratori cōferat & assignet ac prouideat etiam de eisdem. non obstante canonicatu & præbēda ecclesiæ sancti. N. dictæ diocesis quorum quatuor. ac perpetuo beneficio in ecclesia. N. B. diocesis cuius similiter quatuor mar. similium fructus &c. exti. prædic. ua. an. nō ex. quæ dictus orator obtinet necnon gratia expectatiua in cācellaria exprimenda quā etiam ipse Io. habet. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis ecclesiarum statutis etiam iuramento firmatis ac aliis in contrarium &c. quibuscunq;. cum clausulis opportunis.

Commissio priuationis quia uulnerauit laicum qui non reconualuit.

Beatissime pater quidā. N. clericus N. diocesis rector perpetue uicariæ sire in parrochiali ecclesia sancti. N. dictæ diocesis uitam gerens dissolutam & se tabernis publicis ingerendo tandem quendam laicum ciuem seu habitatorem opidi. N. eiusdem dio. dei timore postposito letaliter uulnerauit seu saltem illius uulnerationi qua non conualuit & unde mortem accepit interessendo illi operam dedit pariter & cōsensit quare prædicta sua Vicaria se reddidit indignum ac merito sit priuandus. Supplicat igitur.s.v. deuotus orator uester. N. clericus dictæ diocesis in Ro. curia præsens quatenus alicui prælato seu auditori in Ro. Cu. residenti committere & mādare dignemini ut uocato dicto. N. de præmissis summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta se informet & si per informationem eādem repperit præmissa uel alterū præmissorum aut aliud quod ad hoc sufficiat fore uera ex tunc eundem. N. prædicta Vicaria auctoritate apostolica sentētialiter priuet & realiter ammoueat ab eadem. priuatumq; & inhabilē declaret & nihilominus post priuationē & ammotionem huiusmodi si illam fieri contingat eādem Vicariam quæ sine cura est & cuius fructus &c. quatuor mar. ar. se. con. ex. ua. an. nō ex. siue per priuationem uel inhabilitatem huiusmodi. siue alias quouis modo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignationem prædicti. N. uel alicuius alterius de eadem in Ro. Cu. uel extra eam in & ad manus cuiuscunque etiam coram notario publico & testibus sponte factā uel hoc modo fiendā quam & quas admittere dignemini uel iuxta apostolicas prouinciales uel sinodales constitutiones uacauerit seu hodie uacet aut cum isto uel altero modorum hmōi uacauerit ēt si sit ut præmitti

tur aut alias generaliter uel specialiter reseruata affecta deuoluta uel inter aliquos in Ro.Cu.uel extra eã litigiosa sit litis statum modum uacandi & omnium præmissorũ tenores hic haberi pro expresis cum omnibus iuribus & pertinentis suis eidem.N.auctoritate apostolica conferat & assignet sibiq; prouideat & ipsum inuestiat de eadẽ. processus suo sub sigillo desuper decernendo oportunos cum potestate citandi inhibẽdi in Ro.Cu.& extra ac omnia faciendi & decernendi quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint & sibi uidebuntur expedire non obstante perpetua uicaria quam in capella in ecclesia eiusdem opidi obtinet cuius fructus &c. quatuor mar simi.exti.ualo.an.non exce. iuribusq; constitutionibus & ordinationibus apostolicis etiam si idem N.uicariã hmõi ultra bienniũ pacifice possedit stillo palatii & cancellarie regulis cæterisq; forte contrariis non obstantibus quibuscunq; & cum clausulis oportunis.

Commissio priuationis contra Abbatẽ male regentem monasterium suum.

Pater sancte cum sit pium meritoriumq; & iustum ac necessarium delinquentes & criminosos ac delictorum criminum & excessuum perpetratores continuos notorios & manifestos & præsertim uiros ecclesiasticos qui alias non corriguntur eorum criminibus & delictis per.e.s.v.debere corrigi condecetq; & cõpetit cuilibet ecclesiastico.& præsertim procuratori fiscali.e.s.v.tales criminosos apud.s.v.accusare & contra ipsos ex officio fisci procedere eorumq; punitionem & correctionẽ cõdignam prosequi ut ab eorum malis propositis se retrahant & cæteris talia perpetrare uolentibus punitio & correctio huiusmodi cedat in exemplum.sitq; in talibus ferue̅ter procedendum ita q̄ ad hoc non sunt necessarii seu expectandi alii accusatores seu denuntiatores.Sitq;.p.s.uerum notorium& manifestum sic q̄ nulla potest tergiuersatio ne celari quod quidem Io.N. Abbas monasterii.N.ordinis sancti Benedicti.N.diocesis perpetrauerit & commiserit plura & diuersa enormia crimina excessus & delicta.Et præsertim ista uidelicet scelus simonie in obtentu sue promotionis & ad præfatum monasterium ad quod fuit promotus per dominum.N.olim Io.Papam.xxiij. in sua obediẽtia nominatum deierauerit q̃ ac periurium & proditionem cõmisit erga dominum suum naturalem & principẽ temporalem necnon multa bona & iocalia præciosa p̃fati monasterii inuitis religiosis eiusdem rapuit in ipso monasterio & extra illud in suos proprios & parentum suorum carnalium usus portauit & exposuit furtum & sacrilegium committẽdo & etiam freno pudicitie laxato quandam mulierem nomine N.& exinde plures alias in suas concubinas & focarias in diuersis locis & domibus ad dictum monasteriũ pertinentibus tenuit ac ex eisdem pueros habuit quorum aliqui gradiuntur super terram necnon tam in dicto monasterio q̃ extra a pluribus temporibus & præsertim a quatuor annis citra incõtinenter & gulose ac ebriose uixit & cũ gentibus armorum ac etiam cum hominibus iniquis & male uite conuersatus est & conuersatur quotidie extra suum monasterium uitamq; detestabilem ibidem duxit & inhonestam ac non solum sibi suisq; ordini & monasterio prædictis sed toti clero scandalosam & opprobriosam & quid ultra ipse a duobus annis citra extra dictum suum monasterium exire uagauit prout & uagat de præsenti arma & negocia bellicosa exercercendo ex quibus mors & mutilationes quamplurime notabilium personarũ & plura alia mala secuta sunt . propter quæ nec immerito principibus & nobilibus & dominis tam spiritualibus q̃ temporalibus ac popularibus procurator illarum nedum uisus est acceptus sed omnino odiosus effectus est . & quasi totaliter abhominabilis. Et propter quæ etiam ipse ad præfatum suum monasterium eiusq; regimen iam dudum se reddidit & quotidie magis se reddit indignum . Cum autem Pater sancte etiam si de præmissis nullus accasator seu denunciator existeret tamen.s.uestra non deberet tot & tanta mala excessus & delicta committentibus ecclesiis uelle pertransire impunita: procurator'que fiscalis . e . s . v. se nomine fisci contra dictum Abbatem taliter criminosum insurgere ac facere parcere debere & ipsorum tantorum criminum delictorum & excessuum iustam & debitam correctionem & punitionem rigide prosequi. Supplicant igitur . e.s. v. deuoti oratores

uestri. N. &. N. dicti monasterii religiosi tã nominibus ipsorum q̃ aliorum religiosorũ ipsius monasterii & aliarum personarũ partium illarum eisdem superius nominatis religiosis in hac parte adherentium & adherere uolentium. quatenus & ob defectũ correctionis & punitionis criminum delictorũ & excessuum prædictorum damna & scandala grauiora quod deus auertat partibus in illis subsequantur alicui ex Reuerendissimis in Christo patribus & dominis dominis sanctæ Ro. ec. Cardinalibus committere & mandare dignemini ut de præmissis criminibus & excessibus delictis summarie se informet & super ipsis contra dictum Abbatem inquirat. & ipsum iuxta canonicas sanctiones ꝓut sibi uidebitur corrigat & puniat ac si sibi dictiq; monasterii & partiũ illarũ utile uidebitur aut expediens fuerit a monasterio ꝑdicto eiusq; regimine & administratione tollat deponat & amoueat ac eidem monasterio de alio idoneo & utili Abbate & administratore feliciter prouideat. Contrariis non obstantibus quibuscunq;.

Commissio priuationis contra uiolatorem sequestri.

PAter sancte nuper in quadam causa coram bo. me. domino. N. causarum palatii apostolici auditore inter deuotum oratorem uestrum. N. præsbiterũ agentem ex una. & quendam. N. detentorem & certos alios quorum nomnia & cognomina hic haberi dignemini pro sufficiẽter expressis de & super parrochiali ecclesia. N. N. diocesis & eius occasione tunc uertente idem. N. pro se & contra dictum N. detentorem quandam diffinitiuam sententiam reportauit a qua licet friuole ꝓ parte dicti. N. extitit appellatum & causa huiusmodi appellationis. R. patri domino. G. auditori commissa qui sententiam prædictam per suam sententiam confirmauit. a qua etiam fuit appellatum & causa huiusmodi appellationis. R. p. domino. A. auditore dicti palatii apostolici causarũ cõmissa & in ipsa ad obseruationem omniũ terminorum citra tamen cãæ conclusionẽ processum fuit. Cũ autẽ pater sancte ꝑfatus. N. post dictam primam sententiam per eũ obtentam dictam ecclesiam. N. ac fruc. red. & prouentus ipsius de mandato. e. s. v. ac uigore litterarum dicti domini. A. auditoris fecerit & procurauerit per loci ordinariũ seu eius officialem sequestrari seu sub sequestro poni præfatusq;. N. detentor huiusmodi sequestrum uiolauerit & propterea a iure suo si quod sibi in dicta ecclesia competebat cecíderit. Dignetur igitur. e. s. v. statum huius causæ hic habentes pro sufficienter expresso præfato domino. A. auditori committere & mandare quatenus si sibi de uiolatione dicti sequestri aut alio propter quod dictus N. detentor prætenso iure suo sit priuatus seu priuari debeat detentorem ipsum prætenso iure suo priuet seu declaret esse priuatum. & exinde præfatum. N. in huiusmodi iure ac ipsius litisq; & causæ prædicte prosecutionem & defensionem in statu in quo causam ipsam inuenerit & dictus detentor ante tempus & tempore priuationis seu declarationis prædicte poterat seu debebat admitti. necnon ad possessionem dicte ecclesie in qua dictus. N. dicitur existere surroget & admittat illudq; ius sibi conferat & prouideat de eodem. nõ obstante quadam gratia expectatiua in litteris apostolicis declaranda & cum aliis non obstantibus & clausulis oportunis.

Commissio contra illum qui fraudulenter fecit beneficium litigiosum super nuda signatura litteris non expeditis.

PAter sancte iam octo annis uel circa elapsis quidam. N. non sine fraudis suspicione causam contra quendam dominum Io. tunc priorem & possessorem prioratus secularis sancti. N. N. diocesis de & sup dicto prioratu & eius occasione. R. p. d. A. sacri palatii apostolici causarum auditori committi fecit. huiusmodiq; commissionis uigore citationẽ ad partes obtinuit quæ si tunc fuit executa ut non hesitatur attento ꝙ executio ipsa nõ fuit reproducta nec in causa ipsa aliqualiter ulterius processum donec dictus quondam Io. uita functus esset. propter quod uerisimiliter præsumendum est ꝙ dictus. N. qui nũquam de aliquo titulo suo in dicta causa docuit neque constitit prout nec constat nisi per nudam supplicationem in præiudicium expectantium apostolicorũ & ut post obitum dicti quondam Io. extra Ro. Cu. defuncti in iure ipsius surrogaretur priora-

tum prędictum nixus fuit facere litigiosum quem prioratum per obitum ipsius quondã Io.extra Ro.Cu. defuncti nuper uacantē deuotus orator uester. B.uigore gratie expectatiue sibi per.s.v. concesse infra debitum tempus acceptauit ac sibi de ipso prouideri seq; in possessionem eiusdem induci obtinuit. Sed præfatus. N. prout iam prædicitur fuerat per eum dolose præmeditatum prætendens priioratum prædictum fore ex causis supradictis litigiosum seq; in iure dicti quondam Io.ante quandam constitutionem ad obuiandum talibus fraudibus per s.v.nuper editam cuius tenorem hic dignemini habere pro sufficienter expresso fuisse per.e.s.v.surrogatum dictum. N. super dicto prioratu & eius occasione coram. R.p. domino.B.sacri palatii apostolici causarũ auditore traxit in causam in qua ad nonnullos actus iudiciarios citra tamen causæ conclusionem est processum. Verum.p.s. cum nuper per.e.s.v. extitit ordinatum q; tales fraudes patrocinari non debeant. Dignetur.s.v.committere & mandare præfato domino.B.auditori quatenus præmissis attentis in causa & causis huiusmodi procedat perinde ac si dictus. N.causam prædictam contra præfatum quondam Io.committi ac citationem ad partes sibi decerni illamq; exequi non fecisset & perinde ac si præfatus. N.dictam surrogationem non obtinuisset.cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Commissio q; procedatur secundum iuris communis dispositionem.

BEatissime pater cum nuper.s.v.in primordiis assumptiõis sue ad summi apostolatus apicem ac alias plurics publicari fecit & mandauit q; per aliquam signaturam siue concessionem.e.s.v. nolebat nec intendebat tollere ius alicui q̃situm & propterea non est uerisimiliter præsumendũ q; commissio cuius copia præinseritur de certa mente.e.s.v.nisi forsan inaduertenter processerit cum sit a iure exorbitans & talis per quam ius & insticia deuoti oratoris uestri.N. ac gratia sibi de dicto prioratu super quo agitur per.e.s.v. facta lederetur tolleretur & opprimeretur. Dignetur igitur.s.v.statum dicte causæ hic habere pro sufficienter expresso præfato domino A.auditori committere & mandare quatenus dicta commissione ac aliis quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus in causa & causis huiusmodi iuxta & secundum iuris communis dispositionem procedat ac partibus prædictis bonum & breue iustitie ministret complementum.

Commissio quando sunt duo iudices contradicentes de iurisdictione & q; audiat qui præuenit.

BEatissime pater licet reperiatur & sit uerum causam appellationis p̧ parte deuoti oratoris uestri.N.interpositam a quadam prætensa diffinitiua sententia contra ipsum & pro quodam A. per R.p.d.Io.N.sacri palatii apostolici causarum auditorem in quadam causa quæ coram eo uertebatur inter partes prædictas de & super parrochiali ecclesia.N.N. diocesis & eius occasione ut dicitur lata primo tã ad dicti.N.R.p.d.A.N.dicti palatii apostolici etiam causarum auditoris q̃ deinde ad dicti.A.instãtiã.R.p.d.G. similiter causarum palatii apostolici auditorem fuisse & esse per.s.v.commissam ac cõmissionē desup præsentatã nihilominus dictus.A.prætendens dictum.N.ad dicendum contra p̄tẽsam commissionem dicto domino.G.auditori in huiusmodi causa factam& præsentatam fuisse citatũ nititur altercare & causam huiusmodi inuoluere super iurisdictione causæ huiusmodi & quis dictorum dominorum.A.&.G.auditorum in causa ipsa iudex esse debeat. Igitur pater.s.ad tollẽdam altercationem & inuolutionem huiusmodi Dignetur.s.v.causam & causas ante dictas huiusmodi illi dictorum dominorũ. A.&.G.auditorũ qui preuenit in præsentãdo & causa prædicta reperitur seu fuit primo commissa inquantum opus sit de nouo cõmittere audiendas cognoscendas &c.cũ omnibus suis emergentibus &c. preuentione & aliis in contrarium facientibus nõ obstantibus quibuscunque.

Commissio causæ per dependentiam.

DIgnetur.s.v. causam & causas q̃ &quas &c.& illius occasione. R.p.d.M.de.p.uestri sacri palatii apostolici causarum auditori coram quo de

& super dicta uicaria inter præfatos.a.&.b. lis in decisa pendet ne continentia causarum huiusmodi diuidatur committere audiendas cognoscendas decidendas & fine debito terminandas cum omnibus & singulis suis emergentibus &c.

Commissio causæ remisse ad cancellariam.

DIgnetur.s.v.causam & causas q̄ coram.R.p.&c.auditore uertebatur inter deuotum uestrum Io.ex una & quendam.a.de & super.N.& eius occasione partibus ex altera & p ipsum auditorem ad cancellariam.s.v.remissam cōmittere alicui alteri ex dominis &c.auditoribus in eo statu in quo corā præfato domino auditore tempore remissionis remanserat reasumendi & ulterius audiendi cognoscendi decidendi & fine debito terminandi cum omnibus & singulis &c.ad cancellariam apostolicam remissam.

Commissio pro remissione decernenda.

BEatissime pater lite in quadam cā coram.R.p.domino.M.de.p.uestri sacri palatii apostolici causarū auditore in tertia instantia inter deuotū.s.v.oratorem clericum ex una & quendam.H.assertum clericum aduersarium de & super quibusdam canonicatu & præbenda ecclesiæ.N.rebusq; aliis in actis causæ latius deductis & illorum occasione partibus ex altera uertente pro parte dicti.N.oratoris nonnulle positiones & articuli aliæq; materiæ articulate pertinentes & releuantes date exhibite & repetite ac ad probandum in Ro.Cu.admissi sunt quos propter testium defectum & penuriam in eadem Ro.Cu. timetur probari non posse ne igitur ob defectum probationum in curia quarum copiā non angustari sed ampliari iura uolunt dictus.R.in iure suo periclitetur & ab illo excludatur Dignetur.s.v.p̄fato domino.M. auditori committere & mandare quatenus positiones & articulos aliasq; materias articulatas hm̄oi ad probandum extra curiam admittat remissionemq; desup ad partes decernat & expediat seu expediri mādet suo sub sigillo p̄missis necnon constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii regulis cancellariæ & p̄sertim illa qua caueri dicit remissiones sub plūbo expediri debere statum causæ huiusmodi in qua ad omniū terminorum obseruationem citra tamen cōclusionem processum reperitur necnon una cōtra dictum.N.prætensa diffinitiua sententia per certum dicti palatii apostolici causarum auditorem taliter qualiter latas extitit quam atque omnium actitorum tenores haberi placeat pro sufficienter expressis aliisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio super remissione ad partes decernenda.

DIgnetur.s.v. R.p.d. G. N. sacri palatii apostolici causarum auditori quatenus nonnullas positiones & articulos exceptionales pertinentes & releuantes ac iam in Ro.Cu.ad probandum admissos pro parte.e.s.v.oratoris Martini de maer Re.in Christo patris & domini domini Rode. Episcopi Portuēsis sancte Ro.ecclesiæ Vicecancellarii familiaris continui commēsalis datos in causa & causis quæ uertitur uertūtur seu uerti &esse spectantur inter p̄fatum oratorem reum & se defendentem ac possessorem ex una & quendam.N.assertum clericum actorem de & super quibusdam canonicatu & præbenda collegiate ecclesiæ sancti.N.N.diocesis & eorum occasione in tertia instantia partibus ex altera quos in curia Ro. plene probare non sperat ne ob defectum probationis bonum ius oratoris pereat etiam extra candē curiam & ad partes ad probandum admittat remissionemq; desuper oportunā in forma consueta decernat & cōcedat ac illam sub eius proprio sigillo expediat, statū causæ & causarum huiusmodi deductorumq; & productorum in ea & maxime duarum prætensarum diffinitiuarum sententiarum conformium in fauorem aduersarii & contra oratorem latarum cum fructuum & expensarum condemnatione tenores etiam si conclusum existat pro sufficienter expressis habentes committere & mandare dignemini de gratia speciali. præmissis constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac cancellarie regulis præsertim illa qua caueri dicitur q̄ littere remissorie sub plumbo expediri debeant alias sint nulle, stillo pala

tii cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Commissio super remissione iam expedita & in partibus per iudices deputatos non executa de nouo aliis iudicibus remittenda.

BEatissime pater cum alias coram R. patre domino . N. Cardinali sancti.N.essent pro parte deuoti oratoris uestri.C.nonnulle exceptiones date & producte in causa quæ coram eo uertitur inter dictum oratorem ex una &.R.p.dominum. N.Episcopum.T.de & super quadam reddi tione administrationis ecclesiæ. T.ac aliis in actis causæ huiusmodi deductis & illorum occasione partibus ex altera. præfatusq; dominus Cardinalis exceptiones huiusmodi ad probandum extra curiã admisisset ac desuper remissionem sub eius sigillo expediendã decreuisset. R. patrem dominum. A.Episcopũ. Mag. in iudicem remissionis huiusmodi deputauit. Transmissa uero illa remissione ad partes & illa præfato domino Episcopo. M. præsentata cum aliis iam diu post præsentationem huiusmodi idem Episcopus fuisset pro parte dicti. C.oratoris requisitus ut iuxta illius & prætextu sibi traditam formam procederet seu procedere uellet ipse Episcopus ex non nullis causis animum suum ad id mouentibus id facere denegauit & recusauit a quibusquidem denegatione & recusatione huiusmodi pro parte eiusdem oratoris extitit appellatum Pater.s. si dictus orator uellet suam appellationem prosequi & insistere an causæ denegationis & recusationis huiusmodi fuerint iuste uel minus legitime id nihil esset aliud nisi ex una lite nouas lites facere ipsumq; oratorem dispendiosis litium anfractibus inuoluere ac perpetuo laboribus & expensis fatigare quare ut rei ueritas super negocio principali cito cognoscatur & breui iustitiæ ministerio liti huiusmodi debitus finis imponatur & ne ius ipsius oratoris penuria probationum pereat ac supplantetur pro parte dicti.C.oratoris s.v.humiliter supplicatur quatenus eidem domino Cardinali committere & mandare dignemini ut dictam remissionem seu illi similem alium in eadem iudicem deputando ad dictas partes iterum transmittat aliasq; partibus ipsis iustitiam ministrando. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo palatii & aliis in contrarium facientibus nõ obstãtibus quibuscunq; habentes hic nihilominus dictas exceptiones ac remissiones causasq; & appellationẽ ac omnia alia & singula supradicta & inde secuta ac etiã alia de quibus esset fienda mentio specialis statumq; causæ huiusmodi pro sufficienter expressis.

Commissio pro tertio fatali.

BEatissime pater cũ dudum de mense Martii anno do.M.&c.R.p.d. Io.N.causarum sacri palatii apostolici auditor in quadam causa quæ coram eo tunc uerti prætendebatur in prima & nunc coram R.p.d.An.de grasfis etiam causarum dicti palatii auditore inter deuotum oratorem.v. Pau. de.N.canonicum. N.ex una & quendam Io.de.N.ex alia & quosdam alios aduersarios etiam ex alia partibus de & super canonicatu & præbenda ecclesiæ.N.prædictis & illorum occasione rebusq; aliis in actis causæ huiusmodi expresfis in secunda uertitur instantia prætensam diffinitiuam sententiam canonizatoriam cuiusdam prætensi mandati apostolici de conferendo & assignando dictos canonicatum & præbendã dicto Io.de.N. adiudicatoriam dictorum canonicatus & præbende cum expensarum & fructuum condemnatione tulisset & promulgasset licet ut creditur nullam uel saltem iniustam & pro parte Pau.oratoris a dicta prætensa sententia ad sedem apostolicam & infra tẽpus debitum appellatum & causa appellationis R.p.domino Anto.de gras.auditori præfato commissa fuisset & Pau.præfatus orator.v. omnes & singulos terminos citra tamen causæ cõclusionem coram dicto domino.A.audito.& contra dictũ Io.de.N. partem appellatã seruauit registrumq; actorum in huiusmodi causa habitum fieri fecit nihilominus quia quidam . H.de.N. notarius in dicta causa dum coram R.p.d.Io. Francisco auditore in dicta prima instantia agitabatur absens a curia extitit & coram quo iura priuilegia & instrumenta originalia in dicta causa coram præ-

fato domino Io. Francisco auditore producta fuerunt quæ in dicta prima instantia recognita non apparent & propter absentiã dicti notarii reperiri non possunt & propterea minime recognosci quodq; propterea p̃fatus dominus An. de grassis auditor in hac causa & instantia infra fatale secundũ quod lapsum est anno nunc currenti de mẽse Marci.&.xiii. diẽ eiusdem mensis causam ipsam expedire non potuit nec eam terminare cum per ipsum oratorem non steterit quo minus ipsa causa infra dictum secũdum fatale ut præfertur expediri posset nihilominus ad omne dubium tollendũ pro parte.P.oratoris p̃fati s.v. supplicatur humiliter quatenus domino.A.de grassis præfato committere & mandare dignemini ut ad ulteriora & ad dictæ causæ expeditionẽ procedat in omnibus & per omnia perinde ac si adhuc infra tempus ad prosequendũ appellationem a iure præfixum existeret & dicta fatalia lapsa non essent.uel saltem tertium fatale ad dictam causam prosequendã ipsi oratori det atq; cõcedat.statum causæ huiusmodi & omnium præmissorum & aliorum quæ hic exprimi deberent tenores pro sufficienter expressis habentes præmissis omnibus & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Commissio taxationis expensarum dumtaxat.

Beatissime pater lite & causa in uestro sacro palatio causarum apostolico coram diuersis eiusdem palatii auditoribus inter deuotum oratorem uestrũ N.ex una & quendam.A.de & super custodia ecclesiæ.N.N. diocesis & ipsius occasione partibus ex altera pendente dictus N.orator tres pro se & contra dictum.A. diffinitiuas ab impetitione dicti.A. cum silentii dicto.A.impositione & cum expensarũ condemnatione reportauit sentẽtias quarum ultima per.R.p.d.A.dicti palatii causarum auditorem extitit promulgata. Sed quia pater sancte parum ꝓdesset sentẽtias ferre nisi esset qui eas debite executioni demandarẽt.Supplicat igitur.s.v. dictus.N. orator quatenus dicto domino.A. auditori committere dignemini ut omnes & singulas expensas in quibus dictus.A. per prædictas sententias condemnatus extitit taxet & moderetur.Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stillo dicti palatii cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio executorialis unius sententiæ.

Beatissime pater lite seu causa corã R.p.d.B.Rouira sacri palatii apostolici causarum auditore inter deuotum oratorem uestrum.A.actorẽ ex una & quendam.M.assertum clericum reum & detentorem de & super quibusdam canonicatu & præbendã ecclesiæ.N. & eorum occasione in prima pendente instantia partibus ex altera idem dominus.B. auditor diffinitiuam pro dicto.d.A.&contra præfatum.M.promulgauit sñiam. q̃ quidẽ diffinitiua sententia nulla prouocatione suspẽsa aut aliãs legitime in rem transiuit iudicatam.Cum autem pater sancte parum prodesset sententias ferre si non esset qui eas debite executioni demandaret. Dignetur igitur.s.v.præfato domino.B. auditori committere & mandare quatenus omnes & singulas expẽsas in huiusmodi causa pro parte oratoris factas taxet & moderetur.necnõ sententiam prædictam & in ea omnia & singula contenta sub excommunicationis aliisq; sententiis censuris & pœnis ecclesiasticis cõtra dictum.M.omnesq; alios & singulos forsan intrusos & intrudendos debite executioni demãdet cũ potestate sententias & censuras hmõi aggrauandi & reaggrauãdi interdictũ ponendi & auxiliũ brachii secularis inuocandi quatenus opus fuerit literasq; desuper oportunas suo sub sigillo decernendi & ꝙ huiusmodi litteræ suo sub sigillo decernende rebelles & inobedientes quoscunque perinde artent & astringãt ac si sub plumbo expedite forent. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis cãcellariæ regulis & præsertim illa qua cauetur ꝙ littere huiusmodi aliãs q̃ sub plumbo expedite nullius sint roboris uel momẽti.& aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio executorialis trium sententiarum non obstantibus feriis & mandato de supersedendo etiam per edictum.

Eatissime

BEatisſime pater lite & cauſa in ueſtro ſacro palatio cauſarum apoſtolico coram diuerſis eiuſdem palatii Auditoribus inter deuotū oratorem ueſtrū N. ex una & quendam. N. de et ſuper cuſtodia eccleſiæ. N. & ipſius occaſione partibus ex altera pendente prædictus. N. orator tres pro ſe & contra dictum. N. diffinitiuas ab impetitione dicti. N. cum ſilentii dicto. N. impoſitione ac cum expenſarū cōdemnatione reportauit ſententias. quarum ultima per. R. patrem dominum. M. dicti palatii cauſarū Auditorem extitit promulgata. Sed quia. P. s. parum eſſet ſententias ferre niſi eſſet qui eas debite executioni mādaret. Supplicat igitur. s. v. dictus. N. orator quatenus eidem domino. M. aut in eius loco forſan ſurrogato uel ſurrogando auditori committere & mandare dignemini ut feriis ſiue uacantius ac mandato de ſuperſedendo in cauſis per. s. v. indictis ſeu factis etiam de mēſe Auguſti non obſtantibus præfatas ſententias contra eūdem. N. per omnes eccleſiaſticas ſententias cenſuras & pœnas & alia iuris remedia executioni debite demandet & cum poteſtate etiam quoſcunq; proceſſus deſuper oportuno ſuo ſub ſigillo decernendi & expediendi illoſq; aggrauandi & reaggrauandi & auxiliū brachii ſecularis inuocandi & etiam cum poteſtate dictas executoriales literas p eundē dominum auditorem decernendas conſtito ſaltem ſummarie ut moris eſt de non tuto acceſſu dictas literas executoriales præfato. N. perſonaliter præſentandas etiā per edictum exequendi & decernendi ac ſic ēt per edictum exequi faciendi & in euentum non paritionis ſententias cenſuras & pœnas prædictas incidiſſe declarādi cæteraq; omnia & ſingula faciendi exercendi & mādandi quæ ad plenariam huiuſmodi executionem quomodolibet ſint oportuna feriis etiam de menſe Auguſti prædictis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis illis præſertim quibus caueri dicitur ꝙ literę huiuſmodi aliās q̄ ſub plumbo expediri nequeant ſtillo dicti palatii & aliis forte in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Commiſſio executorialis trium ſententiarum cum relaxatione ſequeſtri.

BEatisſime pater aliās lite ſeu cauſa in ueſtro ſacro palatio cauſarum apoſtolico coram. R. p. domino Io. Epiſcopo Nucerino unius ex dicti palatii cauſarum apoſtolici auditoribus locumtenente inter deuotum oratorem ueſtrum Io. Archidiaconum eccleſiæ. L. actorē ex una & quendam. P. aſſertum clericum aduerſarium de & ſuper dicto Archidiaconatu eccleſiæ. L. rebuſq; aliis in actis cauſæ deductis & illorum occaſione partibus ex altera in prima inſtantia pendente. Idem dominus Io. Epiſcopus locumtenens unam in fauorem ipſius oratoris dicti Archidiaconatus ad iudicatoriam cum fructuum & expenſarum condemnatione & contra dictū. P. aduerſarium reum ſententiam promulgauit diffinitiuam. a qua pro parte dicti. P. ad. s. v. appellato cauſa appellationis huiuſmodi. R. p. d. Io. prioris eiuſdem palatii auditori extitit commiſſa qui ſententiam præfati domini Ioannis Epiſcopi & locumtenentis cum ſimili fructuum & expenſarum condemnatione per ſuam ſententiam confirmauit diffinitiuam. A qua pro parte dicti. P. ad eandem. s. v. iterum appellato cauſa huiuſmodi ſecunde appellationis. R. p. d. G. de. N. eiuſdem palatii etiam auditori commiſſa extitit qui ſententiam præfati domini Ioannis prioris cum ſimili fructuum & expenſarum condemnatione per ſuam diffinitiuam confirmauit ſententiam. Et ſic præfatus orator tres conformes ſētētias de & ſuper dicto Archidiaconatu cum fructuum & expenſarum condemnatione obtinuit. Et quia beatisſime pater parum prodeſſet ſententias ferre & promulgare niſi debite executioni demandarentur. Dignetur igitur eadem. s. v. præfato domino. G. auditori committere & mandare. ut omnes & ſingulas expenſas tam coram dominis Ioanne Epiſcopo locumtenente in prima & Ioanne prioris in ſecunda q̄ coram ſe in tertia inſtantiis pro parte dicti oratoris factas & in quibus præfatus. P. aduerſarius per dictas ſententias condemnatus extitit taxet & moderet. Sequeſtrumq; ſuper dicto Archidiaconatu & illius fructibus appoſitum tollat & relaxet expenſaſq; ac fructuum & expenſarum condemnationem prædictas ſub excommunicationis aliiſq; ſententiis cenſuris & pœnis quas contra facientes & conſentientes eo ipſo incurrant ac aliis iuris re-

mediis contra dictum. P. aduersarium omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes & in dicto Archidiaconatu forsan intrusos aut intrudendos exequatur ac per se uel aliũ executioni debite demandet seu demandari faciat cũ potestate dictum. P. aduersariũ & contumaces negligentes rebelles quoscunque. necnon intrusos forsan & intrudendos & eorum quẽlibet sententias cẽsuras & poenas prædictas incidisse & incurrisse declarãdi easq; cõtra dictũ. P. aduersariũ contumaces & rebelles ac intrusos & intrudẽdos p̃dictos huiusmodi aggrauandi reaggrauandi interdictũ ponendi auxiliumq; brachii secularis inuocãdi ac uno & eodem contextu una & eadem audientia & unica citatione præcedente litteras executoriales in forma solita & cõsueta eidem oratori necessarias & oportunas sub suo sigillo decernendi & concedendi. cæteraq; alia in præmissis & circa ea necessaria & oportuna faciendi & exercendi. Cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis ac regulis cancellarie apostolice præsertim illa qua caueri dicitur q̃ littere executoriales sub plumbo expediri debeant alias sint nulle. cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio ad monendum debita fallitorum banchariorum summaria.

PAter sancte prout. s. v. hactenus satis nouit ac notorium est quidã. N. & . N. socii mercatores in Ro. Cu. olim cambium tenentes & apud quos ac illorum fallacem societatẽ de. N. nũcupatã quamplurimorum curtisanorum ac Rom. Cu. sequentium uestreq;. s. v. familiarium & officialium ac etiam nonnullorum. R. patrum dominorum sancte Ro. ec. Cardinalium ac aliarum personarum quamplures magne quantitatis pecuniarum & summe erant deposite ac in custodiam & commendam date societatem eorum prædictã uiam fidelitatis egressi reprobos se gerunt ac domum declinauerunt pecuniasq; prædictas apud eos depositas clãdestinesibi appropriarunt ac suis creditoribus uidelicet curialibus & aliis prædictis furtiue subtraxerunt. propter quod creditores ipsi sic fraudati quorum quamplurimi antea honeste uiuentes nunc egestate oppressi coguntur miserabiliter mendicare. pecunias ut præfertur per ipsos depositas exigere siue recuperare non possunt nec alio sibi salubri modo prouidere quam exigere certas & reuera respectu tantarum quantitatum & summarum pecuniarum per curiales & alios creditores p̃dictos ut præfertur depositarum ac ipsis debitarum paucas pecunias eidem societati fallite debitas a nonnullis personis de speciali mandato. e. s. v. apud creditores prædictos nunc consistunt describuntur propter quæ præfati creditores nuper de mandato R. patris domini. N. Episcopi. N. s. v. Vicecancellarii in ecclesia. N. debite conuocati & pro maiori parte congregati ad exigendum nomine ipsorũ pecunias prædictas olim dicte fallite societati debitas & descriptas illasq; creditoribus ipsis iuxta qualitatem & quantitatem debitorum suorum ac ipsorum defalcationem pro rata equis portionibus distribuendi & soluendi certos sindicos unanimiter elegerunt constituerunt & ordinarunt cum omnimoda potestate ad hoc necessaria & oportuna. Supplicant igitur. s. v. præfati creditores sic defraudati & sine eorum culpa bonis suis depredati quatenus alicui probo uiro hic existenti committere & mandare dignemini ut debitores dicte fallite societatis tam ecclesiasticos quã seculares exemptos & non exemptos cuiuscunque conditionis existant ad soluendum præfatis sindicis ad hæc per creditores deputatis pecuniarum summas in quibus dicte societati siue per libros prædictos aut alia legitima documenta reperientur teneri citet moneat & compellat ac cogat tam p censuram ecclesiasticam quam captionem & detentionem personarum ac uenditionẽ & distractionem bonorum & rerum ipsorũ debitorum ac contra ipsos tam coniunctim quam diuisim litteras citatorias monitorias aggrauatorias & alias quascunque necessarias & oportunas usque ad inuocationẽ brachii secularis inclusiue in Ro. Cu. & extra decernat & concedat librisq; prædictis fidem plenariam tam in iudicio quam extra adhibeat causasq; quas occasione præmissorum per dictos sindicos contra præfatos debitores mouere contigerit tam coniunctim q̃ diuisim summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii sola rei ueritate inspecta ac quacunque appellatione præterq̃ a diffinitiua seu uim diffinitiue

habente reiecta audiat decidat & fine debito terminet non obstantibus contrariis quibuscunque.

Commissio ad instantiam fiscalis de citando eum personaliter contra quem sunt decrete executoriales ad purgandum se de suspicione heresis quia per annum stetit in excommunicatione.

BEatissime pater pro parte fisci Camere apostol cæ.s.v. exponitur & dicitur ꝙ cũ alias præpositura Tridentina certo modo uacasset.e.s.v. deuoto s.v.oratori. G. prouidisset quidam. N. non timens etiam censuras ecclesiasticas in eundem ob non paritionem rei iudicate & litterarum executorialium in fauorem dicti.G. oratoris decretarum latis quibus per annũ & ultra dei timore postposito eisdem censuris ecclesiasticis insorduit suam intrusionẽ continuando fructus redditus & prouentibus dicte præpositure usurpauit in maximã s.v.auctoritatis lesionem animeq́ʒ eius periculum & iacturam.Et cum pater beatissime præmissa sunt perniciosi exempli & per illa auctoritas.s.v.euanescat & sic ipse.N. ex eo ꝙ per annum in excommunicationis sententia stetit de heresi reddidit se suspectum. sintq́ʒ transgressores huiusmodi taliter coercendi ꝙ eorum pœna aliis cedat in exemplum. unde deuotus.e.s.v.orator.A. de Eugubio fisci Cameræ apostolicæ prædicte procurator pro iuribus sedis apostolice conseruandis ad.s.v. recurrit humiliter supplicando quatenus alicui prælato in curia residenti & si placet.N. qui declaratoriam incursus penarum contra dictum.N. intrusum promulgauit committere & mandare dignemini ut summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta informet.& si præmissa uera fore repperererit dictum.N. intrusum personaliter & in propria persona coram dicto.N. iudicialiter compareat & per seipsum de suspicione heresis purget & non obediendo mandatis ecclesiæ suum errorem recognoscat debitores redditu arios fructuarios & censuarios dicte præpositure eorum nomina & cognomina pro expressis habente in executione exprimenda ut infra terminum eis & eorum cuilibet præfigẽdum præfato.G.oratori & non ipsi.N.intruso de fructibus redditibus & prouentibus ac censibus ac nulli alteri satisfaciant ei plenariam solutionem impendant ipsumq́ʒ. G. oratorem tanquam uerum & indubitatum præpositum fore & esse confiteantur & recognoscant.sibiq́ʒ ut tali reuerentiam & honorem impendant sub dictis ecclesiasticis censuris aliisq́ʒ pœnis etiam pecuniariis de quibus eidem commissario uidebitur quos contrafacientes uel negligentes ipso facto incurrant etiam per edictum publicum moneat & requirat.Alioquin huiusmodi elapso termino si in præmissis contumaces negligentes rebelles seu impedientes fuerint seu aliquis eorum fuerit easdem coniunctim & diuisim unico contextu per simile edictum citet per temporum interualla ad uidendum se in dictas penas sententias & censuras incidisse & incurrisse declarari. cum potestate processus huiusmodi aggrauandi reaggrauandi brachium seculare inuocandi faciendiq́ʒ in præmissis & circa ea necessaria siue quomodolibet oportuna.præmissis necnon constitutionibus & ordinationibus apostolicis &c.stat & causæ merita præmissorũq́ʒ omnium & aliorum hic forsan de necessitate exprimendorum tenores pro expressis habẽtes aliisq́ʒ in contrarium faciẽtibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio contra laicos fugantes clericũ ad uidendum se pœnas in Carolinis contentas incidisse declarari.

BEatissime pater exponitur.s.v.pro parte deuoti uestri.b. præsbiteri ac sanctorum Ioannis & Lamberti opidi. L. N. diocesis ecclesiarum perpetui uicarii ꝙ licet ipse a tempore quo peruenit ad annos discretionis continue fuit pro ut hodie est citra tamen iactantiam loquendo homo bonorum nominis & fame honeste conuersationis timens deum & a malis quibusuis salua humana fragilitate se abstinens aliisq́ʒ talis quod nunquam ab aliquo opido.L.& se beneficiis suis & bonis excludi præscribi aut relegari aut quod introitus & exitus ad dictum & etiam quodcunque aliud opidum interdici & prohiberi debeat aliaq́ʒ infrascripta pati & sufferre demeruerit hoc tamen non obstante quidã Io.N.& sui complices uidelicet. a.b.c.&

d.proconsules.e.f.asserti consules opidi.L. antedicti ausu sacrilego & temerario & maligni spiritus instigatione ut creditur seducti seu instigati eundem.b.oratorem tunc et sicut & nunc habitum & tonsuram publice & honeste deferentem præsbiterales de nullo crimine confessum seu conuictum immo citra demerita sua alias diuersis uicibus anni præsentis coram se euocari fecerunt sibiq; ex & pro eo ut asseritur q cum & coram dictis proconsulibus prophanare & publice diuina officia & missas apertis ianuis celebrare sed litteris & mandatis apostolicis totis conatibus parere & intendere neque cum eisdē proconsulibus & consulibus ob non paritionem litterarum & mādatorum apostolicorum excommunicatis aggrauatis reaggrauatis & interdictis parere uoluit a se dictoq; opido.L.sub grauibus & formidabilibus pœnis ac q̄ in constantē etiam uirum merito cadere possent exire iusserunt & præceperunt ipsumq; oratorem taliter a beneficiis & bonis suis excluserunt et fugarunt & relegarunt ac sibi introitum & exitum ad opidum palam & publice interdixerunt & prohibuerunt aliasq; quamplures iniurias offensas & molestias ac damna eidem oratori intulerunt & irrogarunt seu inferri & irrogari fecerunt & practicarunt in animarū suarū grauia pericula diuineq; maiestatis offensam & libertatis ecclesiastice dispendiū & ludibriū.necnō ipsius b.oratoris graue pˀiudicium iniuriā confusionē & iacturā.Cū autem.p.s.iuxta canonicas sanxiones & imperiales constitutiones sub grauibus pœnis laicorum ne aliquam personā ecclesiasticam maxime modo præmisso excludere prescribere seu relegare aut alias quouis modo infestare molestare ac inquietare præsumant prohibitum existat quare ad compescēdū adeo præmissos nepharios conatus ut aliis similia perpetrantibus euidens præbeatur exemplum Dignetur.s.v. causam & causas quam & quas præfatus b.orator præmissorum occasione mouet seu mouere uult & intendit contra & aduersus proconsules & cōsules supra nominatos & eorum in præmissis complices siue cum eis culpabiles omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes & in executione citationis præsentium uigore ad partes decernende nominandos cū potestate huiusmodi proconsules & consules & alios prædictos coniunctim uel diuisim etiam per edictum publicum in Rom. Cu.extra eam & in partibus in locis circūuicinis quatenus ad ipsos non pateat tutus accessus citandi & sub censuris ecclesiasticis & pœnis siue mulctis etiam pecuniariis de quibus uidebitur dictis aduersariis ne cōtra dictum.b.oratorem ac consanguineos affines & amicos suos quicq̄ attemptare p̄sumant inhibendi necnon eosdem aduersarios tam coniunctim q̄ diuisim omnes & singulas censuras atque pœnas in excludendo prescribentes siue relegantes aut alias quouis modo personas ecclesiasticas delinquentes per canonicas & imperiales signanter carolinas uulgariter nuncupatas constitutiones incidisse declarandi cæteraq; in p̄missis & circa ea faciendi exercendi quæ de iure stillo lege uel cōstitutione Ro.Cu. necessaria fuerint uel etiam quomodolibet oportuna.præmissis necnon constitutionibus & ordinationibus apostolicis iuribus quodq; causa seu causæ huiusmodi nō sint forsan ad dictam curiam legitime deuolute neque in eadem de sui natura aut iuris necessitate tractande seu etiam finiēde &c. etiam si maiores mentiones & specificationes q̄ superius dictū est exposcerent aliisq; in contrarium editis uel facientibus non obstantibus quibuscunque.attento pater sancte q dictus orator propter dictorum aduersariorum potentiam in causis antedictis nō sperat in partibus se posse iustitie consequi complementum.

Commissio absolutionis de consensu partium ab excommunicationis & aliis censuris ob non paritionem literarum executorialium inflictis.

BEatissime pater cum alias lite & cā in curia.s.v.inter quosdam Io.R. ex una & quendam.H.assertos clericos aduersarios de & super canonicatu & præbenda ecclesiæ collegiate in.M.N.diocesis & additamento quos quondam.N.eorundem ultimus possessor possidebat corā bo.me.B.R.outra uestri sacri palatii apostolici causarum auditore in prima instantia pendente.idem.B.auditer inter partes antedictas processit quandam diffinitiuam ad iudicatoriam dictorum canonicatus & præbende ac additamenti pro eodem domino Io.R.,& contra præfatum.H.cum expen-

sarũ condemnatione promulgauit sententiam. quæ postq̃ nulla prouocatione suspẽsa in rem transiuit iudicatam litterisq́ʒ executorialibus desuper in forma solita & consueta decretis & concessis uigore quarum idem Io. R. canonicos & capitulum dicte ecclesie in. N. inter quos deuotus. e. s. v. Io. G. eiusdem ecclesiæ canonicus erat quatenus possessionem canonicatus & præbende ac additamenti sic ut præmittitur per mortem dicti. N. uacante sub poenis in eisdem litteris contentis darent & assignarent. ipsi uero canonici & capitulũ dictis litteris obedire uolente eidem Io. R. possessionem canonicatus & præbende huiusmodi assignarunt deinde idem Io. R. adepta possessione huiusmodi sibi per quendam notarium publicum possessionem cuiusdam altaris sancti. N. in capella sancti. B. fore non eiusdem diocesis tanquam ueri additamenti canonicatus & præbenda prædictorum est assecutus. in isto uero Io. R. nõ contentus eũdem Io. G. de & super quadam parrochiali ecclesia in. N. dicte diocesis tanq̃ dictorũ canonicatus & præbenda, etiam additamẽto molestauit licet nulliter & de facto ac curiam. s. v. reintrauit & executionem prædictam & non aliter q̃ ut prænarratur executam coram eodem. B. auditore facto & in scriptis reproduxit. uigore cuius idem. B. auditor inter partes prædictas taliter qualiter procedens eundem Io. G. per suam quã desuper in scriptis promulgauit prætensam sententiam sententias & censuras in eisdẽ litteris executorialibus contentas incidisse declarauit licet nulliter & de facto. a quaquidem prætensa sententia pro parte eiusdem Io. G. ad. s. v. ac sanctam sedem apostolicam extitit appellatum causaq́ʒ appellationis & appellationum necnon nullitatis iniquitatis & iniustitie ac totius prætensi processus dicte prætense sententiæ declaratoriæ. R. p. d. G. de. N. dicti palatii apostolici causarum auditori audiendi & fine debito terminandi. e. s. v. commisit. Insuper uero dictus. B. auditor appellatione sic ut p̃mittitur coram eo interposita & commissione causæ huiusmodi non obstante dictam prætensam sententiam & processum corã eo habitum aggrauauit & successiue reaggrauauit interdictum posuit & brachium seculare inuocauit. Tandem prælibatus dominus. G. in causa huiusmodi uigore commissionis sibi facte ad nonnullos actus iudiciales citra tamen ipsius causæ conclusionem riste & legitime processit. Pater sancte supplicant. e. s. v. præfati Io. G. ex una & Io. R. patribus ex altera quatenus causam & causas huiusmodi ad. e. s. v. dignemini aduocare necnon eam & eas de consensu partium prædictarum unacum earum incidentibus emergentibus annexis & connexis &c. in eo statu sicut coram eodem domino. G. pendebat indecise alicui prælato in R o. Cu. residenti committere reasumendas audiendas &c. cum potestate de cõsensu partium prædictarum eundem Io. G. ab omnibus & singulis prætensis sententiis excommunicationis censuris & poenis quibus sic ut præmittitur innodatus fore prætẽditur simpliciter uel ad cautelam absoluendi & communione fidelium & participatione ecclesiasticorum sacramentorum restituendi ac omnia alia & singula quæ in præmissis & circa ea necessaria & oportuna fuerint. & quæ etiam idem. d. G. facere potuisset faciendi ac aliis clausulis oportunis & consuetis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio absolutionis de consensu partium cum reincidentia ob non paritionẽ litterarum executorialium cum relaxatione bonorum arrestatorum inuocatione brachii secularis.

Beatissime pater. R. p. d. G. de. N. uestri sacri palatii apostolici causarum auditor quondam. P. Abbatem & conuentum monasterii in. N. ordinis. N. N. diocesis ad instantiã quondam Io. tunc perpetui uicarii ecclesie in. N. N. diocesis ad soluendum eidem quõdam Io. singulis annis centum florenorum Renensi occasione fructuum dicte ecclesiæ sententialiter condemnasse dicitur literasq́ʒ executoriales de super decreuisse ac deinde poenas & censuras in ipsis litteris executorialibus contentas prædictis quondam. P. Abbatẽ & conuentum monasterii huiusmodi incidisse declarasse aggrauasse reaggrauasse interdictum posuisse cũ inuocatione brachii secularis inclusiue prout in ipsis litteris prætensis desuper habitis plenius continetur. demum uero præfatus quondam Io. quadam infirmitate prægrauatus testamentum

suum condidit & inter cætera executores & testamentarios ad petendum quascunq; pecuniarum summas a quibuscunque personis & præsertim a dicto abbate & conuentu omnes & singulas pecuniarum summas ipsi Io. debitas & in quibus per præfatum d. G. auditorem sententialiter condemnati reperiuntur constituit prout in prætenso testamento desuper confecto latius dicitur contineri. & præfatus conuentus cum testamentariis siue executoribus de & super dictis pecuniarum summis in quibus sic ut præmittitur dicto quondam Io. obligabantur & condemnati fuerunt amicabiliter concordarũt ita tamen ꝙ infra quatuor menses a die absolutionis a censuris prædictis ipsi Abbati & conuentui impartite proxime ex tunc sequentes debeant eisdem heredibus siue testamentariis de. C C C. floreno. Renensiũ satisfecisse aut consensisse ꝙ eis satisfiat de fructibus arrestatis ex inuocatione brachii secularis per proconsules consules & ciues siue opidanos in . N. N. diocesis pro tanto Dignetur. s. v. de consensu testamentariorum & executorum huiusmodi alicui prælato in Romana Curia residenti committere & mandare quatenus præfatum quondam. B. Abbatem totumq; conuentum eiusdem monasterii in. N. a sententiis & censuris huiusmodi. in forma ecclesiæ consueta simpliciter uel ad cautelã absoluat ipsosq; sacramẽtis & unioni sanctæ matris ecclesiæ restituat interdictumq; relaxet. necnõ quosdam proconsules consules ciues siue incolas opidi. N. dicte. N. diocesis moneat & requirat ac moneri & requiri faciat quatenus infra certum terminum eis & eorum cuilibet per præpositum decanum præfatum ꝑfigendum debeant subexcommunicationis pœna tantum de bonis ad ipsos Abbatem & conuentũ spectantibus & ptinentibus ac per ipsos proconsules consules ciues siue incolas dicti opidi uigore brachii secularis arrestatis & occupatis ut præmittitur ad ualorem. C C C. florenorum Renensiũ heredibus testamentariis siue executoribus prædictis siue eorum procuratoribus legitimis ad hoc specialiter constitutis consignasse residuum uero bonorum huiusmodi postq̃ ipsis heredibus executoribus & testamentariis de huiusmodi. C C C. florenorum Renensiũ satisfactũ fuerit præfatis Abbati & conuentui realiter & cum effectu sine contradictione & rebellione quibuscunque consignent cum potestate dearrestandi residua bona ac reintrudendi ipsum Abbatem & conuentum in omnibus & singulis censuris & pœnis in eisdem litteris executorialibus contentis si & inquantum dictus conuentus seu proconsules consules ciues siue incole oppidi prædicti dicti conuentus nomine infra quatuor menses a data absolutionis huiusmodi impendende de huiusmodi. C C C. florenorum Renensiũ ipsis heredibus executoribus siue testamentariis prædictis non satisfecerit realiter & cum effectu. literas quoq; necessarias suo sub sigillo decernendi aliaq; in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque

Commissio absolutione de consensu partiũ ob non responsionem libelli.

DIgnetur. s. v. alicui prælato in Ro. Cu. residenti committere & mandare quatenus deuotum. s. v. oratorem. N. N. diocesis ab excommunicationis sententia aliisq; pœnis & censuris ecclesiasticis in eum per. R. p. d. G. uestri sacri palatii apostolici causarum auditorem ob non responsionem libelli in quadam causa quæ coram eo inter eundem. N, ex una & quendam. A. clericum. N. diocesis de & super occupatione & detẽtione fructuum redditũum & prouentuum ad quadam ipsius. A. perpetuam uicariam in ecclesia. N. N. diocesis sitam spectantium & pertinentium pendente & illorum occasione oblati ad dicti. A. instantiam latis de partium consensu per se uel alium absoluat ipsumq; communioni fidelium & participationi ecclesiasticorum sacramentorum ac sancte matris ecclesiæ unitati restituat. constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque.

Commissio absolutionis de consensu partium ob non solutionem debiti ab excommunicationis sententia ab auditore cameræ lata.

DIgnetur. s. v. alicui prælato in Ro. Cu. residenti committere & mandare quatenus deuotum oratorem

uestrum P. clericum. N. diocesis ab omnibus & singulis sententiis excommunicationis aggrauationis & reaggrauationis quibus dictus orator ex aduerso fore prætenditur aliisq; pœnis & censuris ecclesiasticis in ipsum. P. oratorem per. R. p. dominum. N. auditorem cameræ ad instantiam cuiusdā F. ciuē Coloniensem ob non solutionē certarum pecuniarū latis & promulgatis de cōsensu prælibati. F. simpliciter per se uel aliū in forma ecclesiæ consueta absoluat & ipsum communioni fidelium restituat iniuncta sibi pro modo culpe penitentia salutari ac interdictum a quibusuis locis ubi opus fuerit relaxet & tollat litterasq; desuper necessarias quascunque suo sub sigillo decernendo & concedendo. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

SEQVVNTVR ARTICVli uarii diuersorum negociorum secundum ordinem ut sequitur.



RTICVLI pro uerificatione commissionis obtente contra intrusos & intrudendos pro uerificatione commissionis uobis. R. p. d. N. auditore ad instātiā domini. N. canonici &c. facte & præsentate ac in omnem meliorem modum finem & effectum quibus id de iure fieri potest & debet procurator & eo nomine dicti. D. P. partis suæ dat facit & exhibet infrascripta petens se & partem suam ad probādum ea in curia admitti offerens se illa legitime probaturum citra tamen onus superflue probatione de quo protestatur expresse. Et hic primo ponitur existentia ecclesiæ Cathedralis ut fit in articulis infrascriptis.

Item q̄ præmissis nō obstantibus quidā N. qui se gerit pro clerico &c. in huiusmodi canonicatu & præbenda de quibus agitur eorumq; possessione temere & de facto cum de iure non potuerit neque potest intrusit intrudiq; permisit illosq; intrusionis huiusmodi prætextu detinuit & occupauit pro ut detinet & occupat aut forsan aliquis alius medio tempore seiin eisdem intrusit & illos occupat & detinet fructus redditus & prouentus ex eisdem canonicatu & præbenda aduenientes percipiendo & leuando seu uerius usurpādo & in suos priuatos usus conuertendo in ipsius anime periculum & prædicti domini. P. præiudicium non modicum & grauamen.

Quare petit procurator prædictus quo supra nomine per uos dominum auditorē supradictum literas monitorias & in euentū citatorias iuxta uim formam & tenorem cōmissionis desuper uobis facte & præsentate sibi partiq; sue prædicte & cōtra præfatum intrusum & quemcunq; alium forsan medio tempore in huiusmōi canonicatu & præbenda intrusum uel intrudendum super præmissis decerni & concedi saluo iure addendi corrigendi &c.

Articuli ad docendum causam esse deuolutam ad sedem apostolicam per appellationem in partibus interpositam a diffinitiua sententia.

AD finem & effectum ut uobis. R. p. &c. supradicto cōstet huiusmōi cām per appellationē pro parte Venerabilis &c. partis suæ a quadā prætensa diffinitiua sentētia per. D. &c. super parrochiali ecclesia pro. P. aduersario & contra prædictum &c. ut prætenditur lata ad sanctam sedem apostolicām successiue interpositam & intimationem inde subsecutam fuisse & esse ad sedem ipsam legitime deuolutā nec non ad omnem alium meliorem finē & effectum quibus id fieri potest & debet procurator & eo nomine dicti. D. &c. dat facit & exhibet infrascripta quibus petit per partē aduersam in huiusmōi causa medio ipsius iuramento per uerbum credit uel non credit responderi. Et si negata fuerint probare intendit seq; & partem suam ad probandum eosdem in curia & extra admitti offerens se illos legitime probaturum. citra tamen onus superflue probationis. de quo protestatur.

In primis enim procurator prædictus quo supra nomine ponit & probare intendit q̄ alias de anno domini &c. & de mense &c. lite pendente in partibus coram uenerabili & prætenso iudice apostolico inter dictum. D. &c. ex una & dictum. N. aduersarium de & super dicta parrochiali &c. & ipsius occasione idem. d. N. taliter qualiter in dicta causa procedens prætensam quandam diffinitiuam sententiam pro dicto aduersario ut prætenditur promulgauit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ab huiusmodi prætensa diffinitiua sententia eius nullitate salua fuit ꝓ parte dicti. N. infra tempus debitum & alias legitime ad sedem apostolicam de anno domini &c. & mensis prædicti prouocatum & appellatum. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ huiusmodi appellatio fuit postmodum procuratori in dicta lite in partibus pro parte dicti. N. aduersarii constituto ꝓ parte ipsius domini. D. etiam debite intimata & insinuata, quodq; dictus. N. aduersarius huiusmodi appellationis eiusq; intimationis modo præmisso factarum certam & indubitatam notitiam habuit. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ subsequenter huiusmodi appellationis causa fuerit unacum toto negocio principali uobis Reuerendo &c. auditori p̄dicto per specialem commissionem cōmissa & in ea ad instantiā ipsius domini. N. ad nonnullos actus iudiciales per audientiam contradictarum contra dictum aduersariū processum prout ex actis patet ad quæ se refert. Et ita fuit &c.

Item ꝙ prædictus. N. aduersarius applicuit ad Ro. Curiam & præsentem almam urbem in prosecutione litis & causæ appellationis huiusmodi ante mensem Februarii proxime præteriti præsentis anni. M. &c. ꝙq; etiam ipse aduersarius postq̄ ad Rom. Curiam applicuit causam huiusmodi uobis. R. patre supradicto commissam sciuit & de processu contra ipsum inchoato in dicta appellationis causa per audientiam contradictarum prædictam notitiam indubitatam habuit & habet. Et ita fuit &c.

Item ꝙ prædictus aduersarius calūniose agens ne in dicta curia ꝑsonaliter ad huiusmodi causam apprehenderetur seu citaretur se in locis secretis abscondit in dicta urbe. & postq̄ ad eandem accessit latitauit prout hodie latitat ac onus respiciendi & sollicitandi huiusmodi causam in audientia contradictarum & alibi cuidam Io. etiā in dicta curia residenti, recommendauit. Et ita fuit &c.

Itē ꝙ prædictus aduersarius fuit & erat per dictum mēsem Februarii proxime præteritū in Ro. Cur. & in hac alma urbe præsens prout etiam de præsenti in eadem residet ac in eadem de tempore prædicto saltē nocturno tempore uisus auditus & palpatus fuit prout moderno tempore etiam uidetur auditur & palpatur saltem nocturno tēpore. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus aduersarius postq̄ ad dictam curiam applicuit sæpe sæpius latenter saltem nocturno tempore ipsum Io. sollicitauit ac ad domum ipsius accessit ad sciē dum & intelligendum nouitates de meritis causæ huiusmodi & aliorum negociorum contra dictum Io. in dicta curia Ro. pro dicto aduersario sollicitat. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis &c.

Saluo iure addendi &c.

Articuli ad docendum causam deuolutam per appellationem ab intrusione interpositam.

AD effectum & finem ut uobis Reuerendo patri &c. auditori prædicto constet huiusmodi causam ꝑ appellationem pro parte uenerabilis uiri domini. P. partis suæ ab intrusione & occupatione & detentione parrochialis ecclesiæ &c. per dictum Io. aduersarium & partem suam factis interpositam fuisse & esse ad sedem apostolicam &c. ut supra.

In primis namq; procurator prædictus quo supra nomine dicit asserit & ponit & si opus fuerit probare intēdit ꝙ prædictus Io. aduersarius ante sex annos proxime præteritos fuit & est canonicus p̄bendatus in ecclesia &c. necnon in ipsa ciuitate homo potens magnaq; parentela & quamplures sibi adherentes & fauentes homines ad nutum & mandatum suum habens palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ prædictus Io. aduersarius a prædicto tēpore citra & ultra & præsertim a tēpore quo in dicta ciuitate deguit & moram traxit continue habuit & modernis temporibus habet ligas & partes cum diuersis magnis dominis dicte ciuitatis propter quas partialitates plures homines tam de suis q̄ aliorum sibi aduersariorum & iniuriatorū retrolapsis temporibus fuerunt & sunt hinc inde crudeliter interempti ita & taliter ꝙ ꝓpterea Io. aduersarius cōtinue habuit & habet se cum gētes armorum fortes & periculosos palam & publice. Et ita fuit &c.

Item

Item ꝙ prædictus Io. aduersarius fuit & est homo potens rigorosus & adeo periculosus ꝙ præfato domino. P. nullatenus fuisset tunc aditus ad ipsi Io. præsentandū aliquā citationē & in ipsius personam exequendū seu appellationem pro parte ipsius domini P. ab intrusione & detentione huiusmodi de qua agetur sibi personaliter intimādā. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ uulgaris assertio firma credulitas communis opinio communeqꝫ dictū ac publica uox & fama huiusmodi ipsius Io. notitiā habentium & de ipsius uita moribus & conuersatione loqui scientium ꝓsertim in ciuitate & diocesi saltem sanioris partis eorundem fuit & erat etiam ꝙ præfatus Ioa. fuerit & sit homo ferox rigorosus bellicosus & maxime in cōuersatione periculosus. ꝙqꝫ ipse Io. aduersarius propterea continuo habet stare plures armorum gentes huiusmodi interfectores & q̄ maxime periculosus. & ita fuit &c.

Item ꝙ prædictus dominus. P. considerans propter præmissa sibi non fore tutum aditum ad ipsum Ioan. aduersarium pro appellatione ab intrusione prædicta interposita ipsi Io. aduersario intimanda propterea appellatione per ipsum ab intrusione & occupatione interposita in parrochiali &c. de qua agitur sicut existit publica dum populi multitudo ad diuina inibi consueuit conuenire legi & publicari fecit. Quodqꝫ etiam huiusmodi appellatio demum in ciuitate in domo quam ipse Io. inhabitare cōsueuit eo tamen a ciuitate absente & similiter in ecclesia cathedrali in qua dictus Io. aduersarius canonicus præbendatus existit & in diuersis aliis locis publicis coram notario pub. & testibus legi & publicari fecit prout in instrumento publico desuper confecto ad quod & in eo contenta &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Articuli ad docendum ꝙ citatio deuenit ad notitiam citati licet personaliter apprehensus non fuerit.

AD finem & effectum ut uobis. R. patri &c. constet citationem ad notitiam Io. in hac causa aduersarii deuenisse & ad omnes meliores fines & effectus parti sue proficuos partiqꝫ aduerse inagis nociuos procurator & eo nomine uenerabilis uiri domini. P. dat facit & exhibet infrascripta &c.

In primis namqꝫ procurator prædictus quo supra nomine dicit ponit &c. quatenus sibi incumbit probare intendit ꝙ præfatus d. P. alias de anno domini &c. omnes & singulas causas quas contra & aduersus quendam Io. &c. & quoscunqꝫ alios detentores & occupatores certorum canonicatus & ꝓbende dicte ecclesiæ &c. de quibus in præsenti causa agitur de & super eisdem canonicatu & præbenda tunc expressis & eorū occasione uobis Reuerendo patri &c. auditori supradicto per specialem commissionē committi & in uim ipsius citatorii ad partes decerni obtinuit fecitqꝫ & procurauit ꝓ ut præmissa in actis erant liquent ad quæ se refert dictus procurator nomine quo supra & ea hic dat ꝓ positionibus & articulis quatenus tamen pro se &c.

Quare petit præfatus dominus.N.absolui & aduersus dictam prætensam rem iudicaram ad appellandum restitui prout latius petetur suis loco & tempore oportunis de quo protestatur expresse.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli pro uerificatione commissionis.

PRo uerificatione commissionis uobis domino auditori ad instantiam honorabilis uiri domini.N.rectoris parrochialis ecclesiæ.N.N.diocesis ultimo facte & præsentate & alias in omnem meliorem modum finem & effectū in quos id fieri potest procurator & procuratorio nomine dicti domini.N.dat facit & exhibet positiones & articulos infrascriptos ad quos probandū se in Ro.Cu.& extra eā petit admitti non astringes se tamen ad aliquam superfluam probationem sed ad ea solum & dumtaxat quæ sibi dicto nomine sufficiant ad intentionem suam consequendū de quo protestatur expresse.

In primis enim dictus procurator nomine quo supra dicit & ponit & si negatū fuerit probare intendit ꝙ alias lite & causa coram uobis inter præfatum dominum.H.ex una & quendam.N.assertum clericum dicte diocesis de & super præfata parrochiali ecclesia & eius occasione partibus ex altera introductis uos Venerabilis domine auditor in hac causa riete & legitime procedēdo sententiam diffinitiuam cum condemnatio

fructuum & expensarū pro ipso. N. contra præfatum. N. citra ullam prouocationem suspensam in rem transiuit iudicatam tulistis & promulgastis. Et sic fuit &c.

Item ꝙ deinde uos uenerabilis domine auditor in uim specialis commissionis desuper uobis ad instantiam dicti. N. factę contra præfatum. N. ac alios in dicta ecclesia intrusos & forsan intrudendos processus in executione dictę sentētię diuersas sententias & pœnas in se continentes ad instātiam dicti. N. iuxta formam dictę commissionis decreuistis & fulminastis. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ quidam. P. gerens se pro Abbate monasterii. N. ordinis. N. dictę diocesis ac dictę ecclesiæ parrochialis. N. de qua agitur collatore tempore motę litis & ante & post quomodo fuit & erat prout etiā hodie est protector fautor & defensor dicti. N. aduersarii ac ipsum. N. in dicta ecclesia cōtra dictam sententiam & processus manutenuit & defendit licet de facto, ipsumq́ꝫ in dicta ecclesia fouet & defendit ac ipsum. N. impediuit & impedit ac fecit & facit quo minus dictus. N. aduersarius dictę sententiæ pareat prout deberet. & idem dominus. A. dictæ ecclesiæ possesionem assequi posset & habere sicq́ꝫ ut prædicitur fuit & erat dictum tentum creditum & reputatum diciturq́ꝫ tenetur creditur & reputatur atqꝫ fuit & est uerum publicum & notorium.

Item ꝙ subsequenter dicti processus per uos dominum auditorem super executione dictę sententiæ sic ut præfertur decreti & fulminati fuerunt & erant præfatis. N. aduersario &. N. asserto Abbati eiusdem. N. fautori & ꝓtectori intimati & insinuati & ad ipsorum plenam & indubitatam notitiā deducti. Et sic fuit &c.

Item ꝙ communis hominum opinio assertio credulitas & uera reputatio communeq́ꝫ dictum atqꝫ publica uox & fama fuit & est apud omnes de præmisis scientes & notitiam hebentes ꝙ ipse. N. assertus Abbas fuit & erat prout est fautor & protector in præmisis ipsius. N. aduersarii contra ipsum dominum. A. ꝗqꝫ dicti processus per uos ut præfertur super executione dictę sententiæ fulminati prout erant & sunt ipsis. N. aduersario necnō. N. asserto Abbati tam quam ipsius. N. in hac parte fautori & protectori publicati & insinuati & ad eorū plenam & indubitatam notitiam deducti. & ꝙ sic fuit & erat dictum tentum creditum & reputatum diciturq́ꝫ tenetur creditur & reputatur atqꝫ fuit & est uerum publicum & notorium.

Item ꝙ uenerabilis uir dominus N. Decanus ecclesiæ. N. N. diocesis prædictę in præmisis per uos dominum auditorem sub executor deputatus uidens & cognoscēs dictos processus legitime executos & ad ipsius plenam & indubitatam notitiam deductos, ipsisq́ꝫ per ipsum minime fuisse & esse paritum. N. aduersarium pœnas & sententias in dictis processibus uestris contentas incidisse declarauit ac huiusmodi processus ulterius aggrauauit & reaggrauauit & alia fecit prout in processibus desuper confectis plenius continetur & habetur. Et sic fuit & est uerum.

Itē ꝙ præfati. N. aduersarius dictis sententiis & pœnis sic ut præfertur laqueatus &. N. assertus Abbas ipsius in hac parte fautor & protector dictæ sententiæ diffinitiue & processibus hucusqꝫ minime parere curarunt prout nec curant de præsenti. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt erant & sunt uera publica & notoria atque de eis omnibus & singulis fuit erat & est publica uox & fama.

Petit igitur dictus ꝓcurator nomine quo supra ꝑ uos dominū auditorē ipsos. N. aduersariū &. N. assertū Abbatē dicti monasterii. N. iuxta formā cōmisionis requiri & moneri & alias sub pœnis in ea petitis & cōtentis iuxta formam eiusdem sibi fieri iustitiæ complementum uestrū officium in præmisis humiliter implorando.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli pro uerificatione commisionis alterius.

PRo uerificatione commisionis uobis Reuerendo patri ultimo ꝑsentate in fauorem Venerabilis uiri domini Io. rectoris parrochialis ecclesiæ sancti. N. N. diocesis de & super nullitate iniquitate & reuocatione cuiusdam prætensi sequestri ut dicitur decreti contra dominū. N. C. & executi in dicta ecclesia & illius fructibus in præiudicium dicti domini Io.

N.dat facit ponit & producit positiones & articulos infrascriptos & contenta in illis cõiunctim & diuisim dispositiue & narratiue & alias omnimode. Quibus petit,&c.

In primis articulorum loco repetit hic dictus procurator quo supra nomine omnia & singula iura instrumenta acta actitata litteras apostolicas processus articulos materiasq; articulatas cũ probationibus desuper habitis omniaq; alia & singula dicta facta habita & producta in dicta causa in parte tamen & partibus facientibus ꝓ dicta parte sua & contra partem aduersam & nõ alias aliter nec alio modo de quo protestatur expresse.

Item dicit ꝙ ex eisdem repetitis constat ꝙ satis ante prætensam diffinitiuam sententiam ut dicitur latam contra dictum dominum. N. C. dictus dominus. N. dictam parrochialem ecclesiam in manibus fe. re. Pii Papæ secundi sponte pure libere & simpliciter resignauit. Et sic fuit &c.

Item dicit & ponit ꝙ ex eisdem repetitis constat ꝙ dictus dominus. Pius huiusmodi resignationem admisit dictamq; parrochialem ecclesiam sic uacãtẽ dicto domino Io. gratiose contulit & de illa sibi prouidit non obstante lite prædicta & cum derogatione regule super hoc per eum edite.

Item dicit & ponit ꝙ ex eisdem repetitis constat ꝙ dictus dominus Io gratiam & collationem huiusmodi ratas & gratas habuit. literasq; desuper fieri fecit & expediri procurauit processusq; debitos in forma solita & consueta fulminari fecit & illorum uigore dicte ecclesiæ sancti. N. possessionem extitit canonice assequutus.

Item dicit & ponit ꝙ ex eisdem repetitis constat ꝙ ante latam prætensam sententiã dictus Ioa. aduersarius habuit notitiam & scientiam resignationis collationis & possessionis prædictarum.

Item dicit & ponit ꝙ ex eisdem repetitis huiusmodi constat de decreto prætensi sequestri & de illius executione facta super dicta ecclesia & illius fructibus in præiudicium dicti domini Io. N. rectoris & possessoris præfati.

Item dicit & ponit ꝙ ex huiusmodi repetitis constat ꝙ dictus dominus Ioa. N. non fuit conuictus nec condemnatus in dicta cã nec contra eum lata aliqua diffinitiua sententia super dicta ecclesia quam canonice obtinebat & ꝓpterea non potuit fieri aliqua executio sequestri in eius præiudicium.

Item dicit & ponit ꝙ in huiusmodi repetitis constat nulliter uel saltem inique processum fuisse ad decretum & executionem dicti prætensi sequestri.

Item ulterius dicit & ponit ꝙ præmissis sic ueris existẽtibus prout uera sunt dictum prætensum sequestrum & illius prætensa executio fuerunt & sunt reuocanda cassanda & irritanda & per uos cassari irritari & reuocari debent.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Saluo iure corrigendi &c.

Et protestatur ut est moris.

Articuli pro uerificatione cuiusdam commissionis alterius.

PRo uerificatiõe cuiusdam cõmissionis nuper uobis. R. patri domino N. de. N. sacri palatii apostolici cãrum auditori in locum. R. patris domini. S. Episcopi. N. in huiusmodi causa surrogato & pro parte egregii uiri domini. N. decretorum doctoris canonici præbendati in ecclesia. N. præsentate procurator & eo nomine antedicti domini. N. & partis sue dat facit & exhibet positiones & articulos infrascriptos tam coniunctim q̃ diuisim quibus & eorum singulis ac singulariter singulis sic petit per eius in huiusmodi causa partem aduersam medio eius iuramento per uerbũ credit uel non credit directe responderi. & si negati fuerint se ac dictam partem suam ad probandum illos in Rom. Curia & extra admitti petit. ad superfluam probationem nullatenus se astringens. de quo expresse protestatur.

In primis enim pro omnium & singulorum supra & infra dicendorum & in antedicta commissione contentorum maiori uerificatione & probatione procurator quo supra nomine repetit ac hic pro repetitis habere uult & intendit omnes & singulos positiones & articulos omnesq; & singulas materias articulatas totumq; processum ac sententiam desuper latam cum probationibus desuper habitis & inde secutis quatenus tamen pro se parteq; sua prædicta & cõtra dictam partem aduersam faciant & nõ alias de quo etiam protestatur expresse

Ex quibus igitur repetitis constat ꝙ tam tempore fe.re. Martini papæ quinti quam etiam sanctissimi domini nostri Papæ lis inter supradictos quondam Martinum. N. et Ia. N. aduersarium super canonicatu & p̄benda super quibus hic agitur lis pendebat indecisa.

Cōstat etiam ꝙ lite huiusmodi corā. R. patre domino Io. de. N. inter dictas partes ut præmittitur pendente fuit de ipsorum ꝓcuratorum consensu ab ipso domino auditore auocata & Reuerendis patribus dominis. P. &. F. commissa & per ipsos auditores reassumpta. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ ultra præmissa dicit ponit & ꝓbare intēdit ꝙ lite huiusmodi coram dictis auditoribus pendente iidem auditores diffinitiuam sententiam cum expensarum condemnatione de dominorum coauditorum suorum consilio & assensu pro dicto quondam Martino & cōtra prænominatum Ia. aduersarium die lunæ. xi. mensis Iunii anno domini millesimo &c. promulgarunt. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter id & absque eo ꝙ a dicta diffinitiua sententia fuerit pro parte dicti Ia. saltem infra tēpus debitum appellatum. quinimmo ueritas fuit & est ꝙ prænominata diffinitiua sententia in rem transiuit iudicatam. Et sic fuit & est uerum.

Item ultra præmissa procurator quo supra nomine dicit ponit & probare intendit ꝙ dictus quondam Martinus dudum ante prolationem dictæ sententiæ & post antedictos canonicatum & præbendā super quibus hic agitur possidebat. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ prælibatus quondam Martinus antedictos canonicatum & præbendā sup quibus hic agebatur tempore late dicte diffinitiuæ sententiæ & usque ad mensem Iulii anni domini. M. &c. ac etiam ad tēpus & tempore obitus sui pacifice & quiete possedit. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ uacatione antedictorum canonicatus & præbende super quibus hic agitur per dicti quondam. M. N. extra Ro. Cur. defuncti obitum ad notitiam. S. d. N. d. Eugenii deducta idem dominus noster de dictis canonicatu & præbenda uigore certe regulæ concordatorum inter subditos regis N. per præfatum dominum nostrum facte tanꝗ de reseruatis prænominato domino Francisco prouidit ac dicte prouisionis uigore illorum possessionem extitit assecutus prout possidet hodie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus dominus Franc. mediam annatam seu medios fructus de antedictis canonicatu & præbenda de quibus ut præmittitur prouisus fuit cameræ apostolicæ soluit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Sa luo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super uacatione ecclesiæ cathedralis & habilitatibus promouendi.

AD ostendendum & demonstrandum de uacatione ecclesiæ. N. eiusq; situatione necnon probitate scientia & idoneitate uita & moribus Venerabilis & circunspecti uiri domini. N. in artibus Magistri & in sacra pagina &c. de nobili genere ac aliis in commissione uobis. R. & dominis. N. &. N. Episcopis ac Abbati sancti. N. ad hoc commissariis per hoc sacrum Basiliensem cōcilium deputatis ꝓ eodem domino Iacobo factis procurator & nomine procuratorio præfati domini Iac. dat facit & exhibet pro summaria informatione positiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem.

In primis dictus procurator quo supra nomine ponit & probare intendit ꝙ a centum annis proxime præteritis ac citra & supra & hominū a tanto tempore ꝙ in contrarium memoria non existit in regno. N. ac infra fines & limites ipsius regni fuit esseq; consueuit & hodie est quædam notabilis & populosa ciuitas dicta communiter & appellata ciuitas sancti. N. & in ipsa ciuitate quædam notabilis solemnis & insignis cathedralis ecclesia dicta communiter & appellata ecclesia cathedralis sancti. A. habens Episcopum pro tempore tanꝗ caput necnon priorem pluresq; canonicos regulares ordinis sancti Augustini & personas alias dicti ordinis sancti Augusti. tanꝗ membra capitulū dictæ ecclesiæ facientes & re-

presentantes ac longã latam & propriã dio cesim ab aliis diocesibus circunuicinis sepa ratam & distinctam & nonnulla alia iura & insignia solemnem cathedralem eccle siam facientia & demonstrantia palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ quondam bo.me.dominus Henricus.N.dudum ante tempus & tempore mortis sue de qua infra dicitur fuit & erat uerus Episcopus & pastor dicte ecclesiæ. N.ipsam ecclesiam in spiritualibus & temporalibus laudabiliter regens & gubernans ac regiminis & administrationis pontificalis dignitatis dicte ecclesiæ pacificus possessor fructus redditus & prouentus eiusdem percipiens ut & tanq̃ uerus Episcopus eiusdem & ut talis & pro tali fuit dictus tentus habitus & reputatus palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus bo.me.dominus Henricus sic uerus Episcopus & pacificus possessor dictæ ecclesiæ sancti.N. & regiminis pontificalis eiusdem existens dudum de anno præsenti.M.&c.de mense.N.eiusdem anni hoc sacrum concilium & in partibus diem uite suæ clausit extremum. quodq; ꝑ ipsius quondam. do.H. Episcopi obitum ecclesia dicta sancti.N.pastoris ac pontificis solatio destituta fuit tam de iure q̃ de facto uacauit & uacare reputata fuit palam & publice.Et sic fuit &c.

Item ꝙ quidam.N.assertus Episcopus N.per totum proxime dictum mensem.N. necnon per menses. N.&.N.&.N. immediate ꝑcedentes ac dudum ante cõtinue in ciuitate.N.cum sanctissimo domino nostro Papa.E.tenendo nominando & reputando eidemq; tanq̃ Papæ adherendo licet male & perperam ac contra decreta saluberrima huius sacri concilii temere ueniẽdo pœnasq; præsertim excommunicationis & inhabilitatis ad quascunq; dignitates in eisdem decretis contentas damnabiliter incurrendo palam & publice.Et sic &c.

Item ꝙ de dicto mense.N.& longe ante in ciuitate necnon dioecesi sancti.N.ac in toto regno.N.& apud homines illorum regni ciuitatis & dioecesis & priorem capitulũ canonicos & personas dicte ecclesiæ sancti N.publicum & notorium erat adeo ꝙ nulla tergiuersatione celari poterat neq; potest ꝙ dictus.N.assertus Episcopus.N.& cum dicto.E.ut præfertur residebat dictoq;.E. adherebat post & contra decreta huius sacri concilii. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissis non obstantibus & licet notoria & manifesta forent ut præfertur prior capitulum canonici & personæ dictæ ecclesiæ sancti.N.ad quos ius eligendi pertinere dinoscebatur præfatum.N.assertum Episcopum.N.propter præmissa notorie excommunicatum & inhibitum in eorum & dicte ecclæ sancti.N.Episcopum scienter postularunt licet nulliter & de facto palam & publice.Et sic fuit &c.

Item ꝙ præterea præfati prior capitulũ ac canonici & personæ iure eligendi siue postulandi fuerunt & sunt hac uice de iure priuati palam & publice.Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissis huic sacro cõcilio.N. expositis præfatum sacrum concilium uobis præfatis dominis commissariis commisit & mandauit ut uos de uacatione dictæ ecclesiæ sancti.N.& aliis supradictis necnon probitate scientia idoneitate uita & moribus præfati domini.N.informaretis & ut moris est in congregatione generali diligenter referreretis ad finẽ dictæ ecclesiæ sancti N.de persona dicti domini.N.prouidendũ ipsumq; in Episcopum eiusdem præficiendum prout in commissione desuper signata ad quam se refert dictus procurator plenius continetur.Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus.N.dudũ ante tempus & tempore dicte cõmissionis fuit & erat prout hodie est præsbiter magister in artibus & in sacra pagina baccalarius ac de nobili genere baronum ex utroq; parente ꝓcreatus ac de præfata diocesi sancti.N. de potentissimisq; baronibus & nobilibus eiusdem diocesis oriundus uite laudabilis & conuersationis honeste.xxx.annis ætatis sue maior in & de legitimo matrimonio procreatus in spiritualibus & tẽporalibus multum circunspectus in communione fideliũ & aliás habilis & idoneus sufficiens & potens ut de persona sua dictæ ecclesiæ prouideatur ipseq; in Episcopum eidem præficiatur.& ut talis &c.

Item pro ulteriori informatione uestre. R.p.præfatus procurator dicit & asserit ꝙ dicta ecclesia sancti.N.a temporibus in primo articulo descriptis fuit & est solemnis maior ditior & dignior ecclesia cathedralis totius regni Grecie habuitq; & habet magnam & amplam temporalitatem & ratio-

ne huiusmodi temporalitatis uasallos comites barones milites nobiles ac populos immnesos palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ propterea requiritur ꝙ Episcopus sancti. N. pro tempore sit ualidus prouidus & circunspectus non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus ac nobilis & potens & sciens uasallus huiusmodi &c. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus fuit & est maiorum comitum baronum & nobilium uasallorum huiusmodi consanguineus ipsisq; & aliis uasallis necnon clero & populo ciuitatis & diocesis sancti. N. gratissimus prudens & circunspectus ad regendum tempo ralitatem huiusmodi ita ꝙ in illa diocesi nullus talis reperiri possit consideratis singulis circunstantiis uidelicet moribus litteratura genere & circunspectione in temporalibus præsertim ad resistendum dicto. N. aduersario asserto Episcopo. & certe si de ꝑsona dicti. N. dictę ecclesiæ prouideatur ipse poterit realiter resistere dicto. N. aduersario immo ipsum auctoritate litterarum concilii & possessione dictę ecclesiæ si eam habeat expellere & per prouisionē dicti domini. N. uerisimiliter sequitur medium per qđ sacrum concilium & dominus noster Papa habebunt plenam obedientiam regni Greciæ. Et sic fuit & est uerum.

Item qa dicta ecclesia sancti. N. dicitur etiam commissa pro Reuerendo. p. domino Abbate. N. contra cuius personam dictus procurator nihil adhuc excipit, sed dictus procurator supplicat & requirit quatenus a testibus examinandis requirere uelint an dictus Abbas casu prouisionis sibi fiende uerisimiliter posset assequi possessionem dictę ecclesiæ etiam si nullus aduersarius foret.

Item an sit de more an unq̃ uisum fuerit aut auditum ꝙ in regno Græciæ esset aliquis Episcopus monachus præsertim ordinis. N. & an consueuerunt tales ad Episcopatus in regno. N. admitti &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super Abbatia in possessorio suspenso petitorio.

Positiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet procurator & nomine procuratorio Reuerendi patris domini. N. de. N. Abbatis monasterii de. N. N. diocesis ordinis. N. bacchalarii in theologia partis suæ ac contenta &c.

In primis siquidē dictus procurator quo supra nomine dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ ab uno duobus tribus & centum annis &c. fuit esseq; consueuit & hodie est quædam notabilis ciuitas dicta cummuniter & appellata ciuitas. N. & in ea solemnis & insignis cathedralis ecclesia dicta communiter & appellata cathedralis ecclesia. N. habens pro tempore Episcopum ut caput &c. & alia signa &c. Et sic fuit & est uerum

Item ꝙ ab eisdem temporibus & per ipsa tempora fuit esseq; consueuit & hodie est in diocesi. N. ac infra fines & limites eiusdē diocesis inter alia monasteria quoddam uenerabile monasterium religiosorum ordinis. N. N. diocesis dictum communiter & appellatum monasterium de. N. ordinis. N. N. diocesis habens pro tempore Abbatem tanq̃ caput priorem claustralem & plures religiosos dicti ordinis expresse professos tanq̃ membra conuentum dicti monasterii inter se facientes necnon ecclesiam deuotam & solemnem claustrum & refectorium dormitorium & alia signa & insignia monasterium seu Abbatiam ordinis. N. facientia & demonstrantia palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ a sepedictis temporibus & per ipsa tempora regimen administracio & gubernatio in spiritualibus & temporalibus dicti monasterii necnon religiosorum & bonorū eiusdem spectarunt & pertinuerunt ac spectare & pertinere consueuerunt ad dictum Abbatem dicti monasterii pro tempore existentem ac spectat & pertinet de iure ꝙq; Abbates qui pro tempore successiue fuerūt dictum monasterium ac religiosos & bona eiusdem monasterii in spiritualibus & temporalibus rexerunt & gubernarunt regereq; & gubernare consueuerunt ad instar aliorū monasteriorum dicti ordinis ac fuerunt in plena & pacifica possessione dicti regiminis & administrationis huiusmodi palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Item ꝙ a sæpedictis temporibus & per

ipsa tempora in diocesi ac infra fines & limites ipsius diocesis fuit esseq́ꝫ consueuit quoddam aliud solemne monasterium dictis ordinis. N. dictum communiter & appellatum monasterium de. N. ordinis. N. N. diocesis habens Abbatem tanq̃ caput necnõ priorem claustralem & quamplures religiosos tanq̃ membra conuentum dicti monasterii de. N. facientia necnon ecclesiã claustrum dormitorium alia signa & insignia notabile monasterium facientes & repræsentantes palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ a sæpedictis temporibus ac per ipsa tempora ac ex fundatione & dotatione dicti monasterii. N. fuit esseq́ꝫ consueuit & hodie est monasterio de. N. & Abbati dicti monasterii de. N. lege ordinaria ac iuxta dicti ordinis instituta subiectum Abbasq́ꝫ monasterii de. N. fuit & est pater Abbas dicti monasterii de. N. ac Abbatis religiosorum eiusdem fuitq́ꝫ & est in possesione pacifica & quieta electionis Abbatem dicti monasterii per conuentum eiusdem confirmandi & instituendi necnon Abbatem confirmatis quotiens demeruit priuandũ & resignationem ipsius recipiendi auctoritate ordinaria admittendi sine consensu & requisitione cuiuscunqꝫ spectauitq́ꝫ ius confirmandi instituendi & destituendi resignationes admittẽdi huiusmodi ad præfatos dominos Abbates de. N. pro tempore existentes prout ad modernum dominum Abbatem de. N. spectat & pertinet confirmationesq́ꝫ priuationes institutiones destitutiones & resignationũ admissiones huiusmodi per dictum Abbatem de. N. factæ & admissæ fuerunt erant & hodie si fierent essent ualide & efficaces suumqꝫ debitum &c. saluis semper dispositionibus apostolicis palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ similiter a prædictis temporibus & per ipsa tempora in primo articulo descripta electio Abbatis dicti monasterii de. N. quotiens casus uacationis eiusdem occurrit spectauit & pertinuit ac spectat & pertinet ad priorem claustralem & alios religiosos expresse professos dicti monasterii p tẽpore existentes sine assensu aut requisitione cuiuscunqꝫ electionesq́ꝫ per ipsos factæ quotiens fierent suum debitum sortite fuerunt & hodie si fierent sortirẽtur effectum saluis etiam dispositionibus apostolicis palam & publice. Et sic fuit &c.

Itẽ ꝙ. R. p. d. N. olim Abbas dicti monasterii de. N. dudum ante tempus & tempore resignationis suæ de qua infra dicetur fuit & erat Abbas dicti monasterii de. N. ac in possessione pacifica & quieta seu quasi dignitatis Abbatialis necnon regiminis & administrationis bonorum & religiosorũ dicti monasterii & ut talem & pro tali se habuit tenuit nominauit & reputauit ab aliisq́ꝫ dictus tentus nominatus & reputatus fuit palam publice &c.

Item ꝙ ipse. R. p. d. N. ut præfertur dicti monasterii de. N. tũc Abbas & in ipsius regiminis & administrationis bonorum & religiosorum ipsius possessione pacifica & quieta seu quasi existens dudũ uidelicet die Veneris penultima mensis Maii anno domini &c. in manibus. R. p. d. N. Abbatis monasterii de. N. & Reuerendi etiam patris. N. Abbatis ipsius monasterii de. N. in loco dicti monasterii de. N. tunc existentibus & p̃sentibus omnibus religiosis dicti monasterii pure libere & simpliciter resignauit ipseq́ꝫ R. p. dominus. N. tandem resignationem huiusmodi auctoritate sua ordinaria prout iuxta sui ordinis instituta poterat admisit & deinde resignatione hmõi admissa ipse pater Abbas ad electionem Abbatis dicti monasterii de. N. decreuit fore procedendũ & consequenter oẽs religiosi dicti monasterii q ad electionem Abbatis interesse tunc debebant & poterant ibidem existentes congregati insimul celebrata in choro dictæ ecclesiæ missa de spiritu sancto ipsisq́ꝫ confessis & per eorum quemlibet Eucaristiæ sacramento recepto & aliis solemnitatibus in talibus fieri debitis obseruatis in loco capitulari dicti monasterii conuentualiter conuenerunt & uenerabilem patrem fratrem. N. de. N. monachũ monasterii de. N. dicti ordinis. N. diocesis & dictũ ordinẽ expresse p̃fessum in theologia bachalariũ & de nobili genere procreatum unanimiter & per uiã spiritus sancti in eorum & dicti monasterii Abbatem elegerunt. ipseq́ꝫ frater. N. expost consilio & assensu Abbatis dicti monasterii de. N. superioris sui ad iteratas preces & rogationes dictorum religiosorum electioni de sua persona ut præmittitur factæ consensit illamqꝫ ratam & gratam habuit & tandem electionem suam huiusmodi per præfatum dominũ Abbatem de. N.

patrem Abbatem dicti monasterii de. N. auctoritate ordinis ricte & legitime iuxta dicti ordinis statuta confirmari ipsumq; in Abbatē dicti monasterii de. N. præfici curamq; regimen & administrationē eiusdem in spiritualibus & temporalibus plenarie cō mitti obtinuit prout in instrumentis publicis desuper confectis ad quæ se refert dictus &c.

Itē ꝙ præfatus frater. N. electionē præfectionem & cōfirmationem huiusmodi & alia præmissa de expresso cōsensu dicti sui Abbatis de. N. dicti monasterii de. N. ratā habuit atq; gratam & habet & ipsius uigore possessionē realem & actualem dicti monasterii de. N. & Abbatialis dignitatis necnon reginimis & administrationis bonorum eiusdem in spiritualibus & tēporalibus plenarie assecutus fuit uidelicet de mēse Maii anno domini &c. & huiusmodi possessionē expost per menses. N. &. N. & usq; ad penultimam mensis Augusti anni proxime dicti tenuit & possedit & habuit dictum monasterium in spiritualibus & temporalibus laudabiliter regendo & gubernando. fructus quoq; redditus & prouentus dicti monastrii percipiendo & in suos ac religiosorū dicti monasterii & ipsius monasterii usus tanq̄ uerus Abbas dicti monasterii conuertendo pacifice & quiete palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ante tempus & tempore electionis & confirmationis prædictarum uidelicet die penultima mensis. N. anno domini &c. præfatus frater. N. de. N. fuit erat prout hodie est monachus dicti ordinis. N. ipsum ordinē expresse ꝓfessus habitū expresse ꝓfessoris dicti ordinis honeste deferendo in sacerdotio constitutus in theologia bacalarius ac de nobili genere procreatus & a præfato domino Abbate de. N. suo ad huiusmodi electionis & confirmationis recipiendā licētiatus. xxvi. annis ætatis suæ maior in communione fidelium & aliás habilis & idoneus ad dictum monasterium ac Abbatialem dignitatem necnon reginē & administrationem eiusdem assequendū gubernandum regendum & oblinendum. & ut talis & pro tali &c.

Item ꝙ præfatus dominus. N. a sex annis proxime præteritis citra & supra continue fuit erat & hodie est Abbas monasterii de. N. & pater Abbas de N. monasteriorum prædictorum ac in possessione reginimis & administrationis bonorum dicti monasterii de. N. et omnium præmissorum in communione fidelium et aliás habilis et idoneus ad faciendum ea quæ superius fecisse dicitur. et ut talem &c.

Item ꝙ licet præfatus. N. electionem et confirmationem prædictas & aliás debite et iuridice et canonico titulo mediante et sibi suffragante possessionem dicti monasterii de. N. necnon Abbatialis dignitatis et reginimis et administrationis bonorum eiusdem in spiritualibus et temporalibus fuisset ut præfertur assecutus illamq; per tres menses tenuisset et habuisset pacifice et quiete ut præfertur et aliis præmisis non obstantibus quidam frater Io. de. N. assertus monachus dicti ordinis nescitur quo spiritu ductus die penultima mēsis Augusti anno domini &c. multis secularibus & laicis personis associatus ui et uiolenter et potentia laicali dictum monasterium de. N. ingressus fuit. præfatumq; dominum. N. de. N. Abbatem et in possessione ut præfertur pacifice et quiete existentē temere & de facto ac ui et uiolenter dicto fratre. N. non uocato neq; citato spoliauit et se in dictum monasterium necnon regimen et administrationē bonorum eiusdē intrusit et huiusmodi spoliatione & intrusione usq; ad intrusionē fratris Io. aduersarii de qua inferius dicetur cō tinuauit dictumq; dominū. N. uerum Abbatem spoliatum tenuit ac multa bona ipsius fratris. N. Abbatis & dicti monasterii secum asportauit multaq; ignominia ibidē commisit fructus redditus & prouentus ex dicto monasterio prouenientes damnabiliter usurpando palam et publice. Et sic &c.

Item ꝙ præfatus frater. N. Abbas huiusmodi spoliationibus uiolentiis occupationibus et detentionibus per dictum fratrem N. de. N. sibi ut præmittitur factis quantū in eo fuit se opposuit et propterea ad hoc sacrum. N. concilium accessit et causam cōtra dictum fratrem Io. de. N. introduxit et super præmisis in lite et controuersia contra dictum fratrem de. N. usq; ad intrusionem fratris Io. N. aduersarii semper continue fuit notorie adeo et taliter ꝙ ipse Ioan. N. et quicunque in partibus bene & perfecte sciebant et scire poterant ꝙ præfatus frater. N. per dictum fratrem de. N. aduersarium fuerat ut præfertur dicto suo monasterio

rio & eius possessione spoliatus exinde uiolenter deiectus & propterea lis & controuersia inter eos notorie existebat palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ licet ipse frater Io. N. aduersarius sciret seu scire ualeret & posset ꝙ præfatus frater. N. fuisset & esset ut præfertur ad dictum monasterium canonice electus & deinde confirmatus ac electionis & confirmationis pdicte uigore & alias debite & canonico titulo mediante possessionem suam cõtinuasset ut pfertur ac ꝙ dictus frater Ioa. de. N. ipsum fratrem. N. spoliasset ut præfertur & propterea ipse frater. N. semper ad dictam suam possessionem restitui peteret & quæreret & ꝙ nullũ ius sibi in dicto monasterio competeret ac aliis præmissis non obstãtibus idem mense Iunii anni præsentis domini. M. &c. in uicium & spoliũ uiolenter dicti de. N. succedere nescitur quo spiritu ductus sua temeritate propria ac cõtra ius & iustitiam in dictum monasterium de. N. ac regimen & administrationem eiusdem Abbatialis dignitatis & bonorum eiusdem uim & uiolentiam dicti domini. N. cõtinuando se intrusit prout intrusus ac ex tũc dictum fratrem. N. de. N. dicto monasterio de. N. & sua possessione eiectum & spoliatis detinuit & detinet recusauitq́ꝫ & recusat possessionem dicti monasterii & Abbatialis dignitatis necnon regiminis & administrationis &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli pro facultate Episcopi ad prouidendi de canonicatibus in certis ecclesiis.

POsitiones &c.

In primis de existentia cathedralis ecclesiæ &c.

Item ponit & probare intendit ꝙ sanctissimus &c. uolens Reuerendo &c. illam impẽdere gratiam per quam se aliis posset reddere gratiosum ut puidere posset auctoritate apostolica in cathedrali. N. &c. duabus & in singulis sancti. N. & sancti. N. &c. ecclesiis duabus aliis psonis idoneis quas ad hoc duceret eligẽdas singulis uidelicet ipsarũ de singulis canonicatibus dictarũ ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici ac reseruare in qualibet earundem ecclesiarum duas prædictas præbendas pro eisdem necnon. xx. beneficia ecclesiastica cum cura tunc uacantia uel uacatura spectantia ad prouisionem collationem præsentationẽ seu quamuis aliam dispositionem Episcopi &c. pro tempore existentis pro singulis personis quas similiter ad hoc duceret eligendas concessit facultatem & alia fecit prout in litteris &c.

Item ꝙ præfatus dominus huiusmodi facultatem gratiam sciuit &c.

Item ꝙ earundem uigore canonicatum ecclesiæ. N. præfato. B. contulit necnon ipsum ad præbendam eiusdem ecclesiæ cum uacaret quam duceret acceptandam elegit & nominauit ac ipsam conferendam sibi post acceptationẽ huiusmodi reseruauit ac processus solitos in talibus fieri consuetos emisit prout etiã in ipsis processibus &c.

Itẽ præfatus. N. huiusmodi nominationem collationem & reseruationem sciuit &c.

Item ꝙ de præmissis &c.

Item dat de canonicatu illius per cuius obitum uacauit canonicatum & præbendam &c.

Item de morte ipsius &c.

Item de acceptatione dicti. N.

Itẽ de habilitate Episcopi & . N. &c.

Articuli nominationis Episcopi.

POsitiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet procurator & nomine procuratorio Venerabilis uiri N. rectoris ecclesiæ. N. diocesis N. & contenta in eisdem dat dispositiue & narratiue &c.

In primis igitur ponit procurator prædictus quo supra nomine & probare intendit ꝙ a. x. xx. xxx. &c. annis proxime præteritis citra & ultra ac ẽt a tanto tẽpore & per tãtum tẽpus de cuius initio memoria hominum in cõtrariũ nõ existit in. N. &. N. fuit esseq́ꝫ consueuit ac hodie est quædam solẽnis cathedralis ecclesia dicta cõiter & appellata ecclesia cathedralis. N. habens episcopum pro tẽpore tanq̃ caput & Decanũ & q̃plures canonicos præbendatos & alias personas in eadẽ ecclesia beneficiatas tanq̃ mẽbra capitulum facientia & demonstrãtia necnon propriã & limitatã diocesim & alia signa & insignia ecclesiã cathedralẽ facien

tia & demonstrantia. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ante. N. diem mensis. N. anni. N. & ex tunc continue. xvj. ex canonicatibus & præbendis & tres ex dignitatibus ecclesiæ. N. necnon. lx. ex beneficiis cum cura uel sine cura in ciuitate & diocesis. N. cōsistentibus ad collationē & prouisionē dicti domini Episcopi. N. pro tēpore existentis spectarunt & pertinuerunt & adhuc spectant & pertinēt. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dominus. N. de. N. olim Io. Papa. xxiii. dudum sub data. viij. Kalend. Februarii Pont. sui anno tertio uolēs. R. p. d. N. Episcopi. N. moderni honorare personam ad conferendum auctoritate apostolica duobus clericis ad hæc per eundē dominū Episcopū. N. eligēdis & nominandis uidelicet cuilibet ipsorū canonicatū ecclesiæ. N. reseruando eadem auctoritate pro quolibet ipsorum dominorum clericorum unam dicte ecclesiæ pbendā & pro tribus aliis clericis ad hæc etiā per dominum Episcopū eligendis & nominandis tria beneficia ecclesiastica cum cura uel sine cura & deinde eadem auctoritate reseruādo dispositioni suæ pro tribus aliis clericis idoneis etiam q̄cūq; & qualiacūq; alia beneficia ecclesiastica obtinentibus & spectantibus quos ipse dominus Episcopus ad hæc exquireret & eligeret tria alia ex dictis. lx. beneficiis ad dicti domini Episcopi. N. pro tempore existētis collationem & prouisionem spectante dummodo canonicatus & præbenda dicte ecclesiæ. N. non existeret siqua tempore reseruationis huiusmodi uacabant uel ex tūc in antea uacarent quæ iidem clerici per se uel procuratores suos ad hoc legitime cōstitutos infra unius mensis spacium duxerint acceptanda conferenda singulis prædictis tribus clericis per dictum dominū Episcopum nominatis & de huiusmodi beneficiis dictis clericis auctoritate prædicta prouidendi plenam & liberam concessit facultatem prout hæc & alia in litteris apostolicis super hæc confectis plenius continētur. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus. N. Episcopus supradictam facultatem sibi ut præfertur concessam ratam & gratam habuit ac literas apostolicas super ea fieri fecit & procurauit ipsarumq; uig ore præfatum. N. ad obtinendū unū ex ipsis tribus beneficiis elegit & nominauit ac unum ex ipsis beneficiis dicto domino. N. cōferēdū auctoritate apostolica duxit & dispositioni sue reseruauit inhibuit & decretum irritans apposuit subdelegauit uicesq; suas commisit prout in quibusdam præfati domini. N. Episcopi literis super hoc confectis plenius cōtinetur ad quas se refert &c.

Item ꝙ præfatus. d. N. electionē & nominationē prædictas de ipsis per præfatū Episcopū. N. ad unū de dictis tribus beneficiis obtinēdū ut præmittitur factas ratas habuit atq; gratas & literas super hoc fieri fecit & procurauit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ a tēporibus & tēpore date litterarū prædictarū facultatis dicto domino. N. Episcopo. N. ut præfertur concessarum inter alia beneficia ad ipsius Episcopi. N. pro tempore existentis collationem & prouisionem spectātia fuit & est q̄dā parrochialis ecclesia. N. diocesis uni clerico seculari in titulū ppetui beneficii ecclesiastici conferri & assignari solita & cōsueta habens fontes baptismales & cimiterium benedictum p corporibus fidelium sepeliendis campanas cāpanile cæteraq; &c.

Item ꝙ dictus quidā. d. N. nuper de anno domini &c. & de mense. N. eiusdē anni dictā parrochialē ecclesiā uacantē per obitū quondā Io. N. ultimi eiusdē ecclesiæ rectoris extra Ro. Cu. defuncti uigore eiusdē gratiæ apostolice expectatiue sibi per dictū dominum nostrum Papam de beneficio ecclesiastico cū cura uel sine cura ad collationē prouisionem præsentationē seu quāuis aliā dispositionē domini. N. Episcopi sub data N. facte infra tempus debitum acceptauit & de illa sibi prouideri obtinuit ipsamq; ecclesiam & eius realem & corporalem possessionem de dicto mense assecutus fuit eamq; extunc obtinuit & possedit palam & publice. Et sic fuit &c.

Item dat de situatione ecclesiæ de qua agitur.

Itē ꝙ dicta parrochialis ecclesia spectat ad collationem Episcopi diuisim &c.

Item ꝙ ultimus possessor erat uerus rector &c.

Item ꝙ decessit & ꝙ propterea uacauit dicta ecclesia &c.

Item ꝙ præfatus. N. dictā ecclesiā sic ut præfertur uacantē & in ordinatione supra-

dicte suæ gratiæ nominationis & sub ipsa cadentē infra tempus debitum acceptauit & de illa sibi prouideri canonice obtinuit ipsamq; ecclesiā & ipsius corporalē possessionē uigore gratiæ expectatiue acceptatiōisq; & ꝓuisionis ꝑdictarū assecutus fuit eāq; ex tunc tenuit & possedit pacifice & quiete salua præsenti controuersia. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus.d.N. Episcopus ante tēpus & tempore concessionis signature facultatis fuit & erat uerus Episcopus. N.& in pacifica possessione seu quasi Episcopatus. N.& ꝓ tali habitus tētus nominatus & reputatus fuit & habetur nominatur &c.

Item ꝙ præfatus. N.ante tempus & tēpore nominationis de ipso per præfatū dominum Episcopū ut præfertur facte fuit & erat ac hodie est clericus. N.diocesis habitū & tonsurā deferens clericales.xxv. annis maior in & de legitimo matrimonio ꝓcreatus & alias habilis & idoneus ad dictam nominationē eiusdemq; uigore dictam parrochialem ecclesiam obtinendam regendam & gubernandam. Et sic fuit &c.

Item da hic de fructibus.

Item ꝙ omnes & singulæ personæ &c.

Item ꝙ de præmissis &c.

Articuli de alternatiua.

PRimo da de situatione diocesis parrochialis ecclesiæ & ad cuius præsentationem siue collationē spectat aut si pars debeat repetere articulos datos ꝑ eum &c.

Item ꝙ acceptatio & prouisio si de ipsis cōstet fuerunt sole & unice &c.

Item de situatione ecclesiæ quæ fecit turnum & ꝙ fuit ad collationem &c.ꝙ prouisiones facte sortite fuerunt effectum &c.

Item ꝙ talis erat rector &c.

Item ꝙ obiit dudum post expeditionem literarum & processuum dicti aduersarii & ante uacationem ecclesiæ de qua agitur.s. post diem. N.& ante. N.uacauit &c.

Item ꝙ fructus non excedebant summā in dictis litteris expressam &c.

Item pro latiori declaratione præmissorum dicit ꝙ nuper de anno domini &c. & de mense. N.eiusdem anni in ciuitate. N. sacro generali concilio ibidem uigente inter Sanctissimum dominum nostrum Papam ac.R.p.egregiosq; uiros dominos prælatos ambasiatores procuratores doctores magistros cæterasq; personas Venerabilē nationem. N.in eodem concilio representantes fuerunt subscripta concordata & approbata circa diuersa capitula & inter cætera capitulum cuius de uerbo ad uerbum tenor sequitur. In cæteris uero ecclesiis &c.

Item ꝙ deinde uidelicet die secunda mensis Maii anni prædicti huiusmodi capitula sic ut præfertur concordata in audientia publica litterarum contradictarum ipsius domini nostri Papæ fuerunt publicata lecta insinuata & notificata & demum in libro seu quinternis cāncellariæ apostolicæ& Ro.Cu.inter cæteras constitutiones ad perpetuam rei memoriam in suo ordine collocata. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ exinde ex huiusmodi capitulis sic ut præfertur concordatis in Ro.Cu.& alibi dum casus occurrerit usum fuerit & utitur & iuxta & secundum ipsa cognitum censitum & iudicatum fuit, hodieq; utitur censetur & iudicatur palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ dicta parrochialis ecclesia. N. fuit primum beneficium uacans ad collationem dominorum Abbatis & post publicationem & lecturam ipsorum capitulorū in ipsa audientia cōtradictarum factarum. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ attenta forma & tenore dicti capituli superius descripti prædicta parrochialis ecclesia. N.cadebat & comprehendebatur in & sub turno expectantium apostolicorum uidelicet gratia expectatiua dicti aduersarii nullitate & surreptione eiusdem semper saluis tanq̃ primum beneficium uacās post publicationem dicte ordinationis. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ prædictus. N.aduersarius qui ut præfertur gratiam expectatiuam ac processus prætensos prædictos expeditos habebat prædictam parrochialem ecclesiam quæ ut præfertur per prius uacauerat ac in & sub dicta ꝓtensa gratia eiusdē. N.aduersarii saluis eius nullitatibus & surreptionibus cadebat & cōprehendebatur iuxta tenorē huiusmodi capituli sic ut præfertur concordati atq; mentem ipsorum concordantium fraudulenter ac ut aliàs negligenter acceptare & recipere uigore ipsius prætense gratie contempsit & prætermisit palā publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item pro maiori declaratione præmissorum dicit & excipiendo ponit & probare intendit ꝙ dicta parrochialis ecclesia. N. de qua hic agitur quæ ut ex aduerso prætēditur ad collationem dictorū dominorum Abbatis & conuentus prædicti monasterii N. pro tempore existentium communiter uel diuisim spectat & pertinet immediate uacauit post illam ecclesiam. N. prius & antequam uacauerat aliquod aliud ecclesiasticum beneficium ad eandem collationem ptinens. Et sic fuit &c.

Item ꝙ attenta forma & tenore prædicti capituli superius descripti parrochialis ecclesia contra turnū apostolicorum expectātium ad dictam collationem præfatorum dominorum Abbatis & conuentus primitus facere incepit apostolico impetranti ꝙq; ecclesia prædicta. N. contra post eandem ecclesiam. N. ut præfertur uacauit in turno & alternatiua dictorum Abbatis & conuentus cecidit & comprehensa fuit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.
Et quatenus præmissa &c.

Articuli super constitutione ad regimen.

AD finem & effectum ut uob's. R. p. d. N. auditori præfato liqueat ppetuam integram portionem ecclesiæ. N. uacantem in dicta ecclesia per assecutionem canonicatus & præbende quos quondam. P. in dicta ecclesia dum uiueret obtinebat per quendam. N. auctoritate litterarum apostolicarum gratie expectatiuę factam ex aduerso deductam de qua in præsenti causa agitur fuisse & esse generaliter reseruatam & per consequens sub prætensa gratia expectatiua dicti. N. aduersarii minime cecidisse neq; cadere necnon ad omnes alios &c.

In primis igitur procurator prædictus quo supra nomine ponit & si opus fuerit pbare intendit ꝙ dudū fe. re. d. Eugenius Papa &c. inter alias constitutiones seu ordinationes apostolicas quo supra nomine laudabiliter edidit statuit fecit pariter & ordinauit constitutiones siue ordinationes infrascriptis uidelicet Eugenius seruus seruorū dei &c. usq; ad finem continua si uis.

Itē ꝙ reseruationes beneficiorū in pdicta constitutiones siue ordinationes ad regimē contentorum fuerunt erant & sunt perpetue ac per dictum quondam. B. xii. ad perpetuam rei memoriam edite siue facte erant prout ex tenore eiusdē cōstitutionis clare patet quodq; propterea reseruationes fuerunt & erant de tempore dicti quondam. B. de mandato & uoluntate ipsius in libro siue in quinterno cācellariæ apostolicæ inter cōstitutiones siue ordinationes apostolicas collocate descripte annotate palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ similiter dicta constitutio ad regimen de reseruatione beneficiorum fuit & erat de tempore ipsius quoq; B. in audientia publica litterarum contradictarum lecta solemniter ut moris est & publicata ac ex tunc continue pro lege habita tenta & obseruata prout hodie habetur palam publice &c.

Item ꝙ fe. re. M. Papa quintus ipsius quondam. B. successor in crastinum assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem ante coronationis suæ solemnia prædecessorum suorum uestigiis inherendo inter alia nonnullas fecit reseruationes prout in infra scriptis constitutionibus continetur.

In primis enim nonnullorum suorum pdecessorum donec super hoc aliud ordinandū duxerit inherēdo uestigiis reseruationes fecit illis similes quas fe. re. B. xii. prædecessor suus constiiutis quæ incipit ad regimen continetur ac in regula. M. &c.

Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Articuli super constitutione contra non insinuantes eorum acceptationes & prouisiones infra debitum tempus.

AD omnes meliores finem & effectum &c.

Item procurator prædictus quo supra nomine excipiendo dicit ꝙ dudum ante prætensam acceptationem & prouisionem quibus dictus. N. aduersarius nititur insistere fe. re. Nicolaus Papa quintus post ipsius ad summi apostolatus apicem assumptionē inter alia uoluit & ordinauit pariterq; decreuit ꝙ acceptantes uirtute gratiarum expectatiuarum beneficia ecclesiastica tenerentur infra mensem de huiusmodi beneficiis per eos uigore dictarum gratiarum

expectatiuarum acceptatis sibi per suos exe cutores uel subexecutores facere prouideri & ꝙ infra tres menses ex tunc immediate sequentes teneantur huiusmodi acceptatio nes & prouisiones per eos, ut præmittitur fa ctas in loco beneficii insinuare alioquin gra tia acceptatio & prouisio huiusmodi essent nullæ nulliusq; roboris uel momenti prout in cōstitutione apostolica desuper edita ad quam & contenta in ea dictus procurator se refert & illam & in ea cōtenta hic dat lo co exceptionis grate inquantum faciāt pro parte sua.

Item ꝙ prædicta constitutio siue ordina tio fuit & erat dudum ante datam prætensam gratiæ acceptationis & prouisionis dicti. N. aduersarii in audientia publica litte rarum contradictarum de mandato ipsius quondam. N. Papæ. N. lecta & publicata ac singulis quorum intererat nota palam & publice.

Item ꝙ prædicta constitutio siue ordina tio fuit & erat de consimili mandato ipsius quōdam. N. in libris siue quinternis cancel larie apostolicæ inter alias constitutiones si ue regulas cancellariæ apostolicæ dicti quō dam. N. collocata descripta & annotata. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ prædicta constitutio siue ordina tio fuit & erat inter quascunq; nationes ten ta obseruata & pro lege habita ac in contra dictorio iudicio in singulis casibus & nego ciis occurrentibus quotiens expediens fuit practicata & usitata ꝓut modernis tempori bus in casibus occurrentibus tenetur obser uatur iudicatur & practicatur palam & pu blice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ueritas fuit & est ꝑter id & absq; eo ꝙ præfatus. N. aduersarius huiusmodi suas prætensas accepisset prouisiones qui bus in præsenti causa nititur in loco benefi cii iuxta & secundum formam & tenorem dicte constitutionis publicauerit seu insinua uerit. saltem de quo hactenus constare pote rit siue posit saltem legitime quinimo illas infra tempus in eadem constitutione statu tum omnino in loco beneficii insinuare & publicare neglexit & cessauit. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singu lis fuit & est publica uox & fama.

Itē ꝙ propter præmissa huiusmodi gra tia acceptatio & prouisio prætense dicti. N. aduersarii fuerunt & sunt nulle nulliusq; ualoris uel momenti. Et sic fuit & est uerū.

Articuli ad probandum quomodo incipit & finit dies naturalis de consuetudi ne Ro. ecclesiæ.

PRocurator & eo nomine &c. magis specificando & declarando in parti bus deducta in hac cā &c. & osten dēdo magis clare ꝙ ipsa dimidia portio in ecclesia. N. prout ultimo uacauit exobitu N. nouissimi eiusdē possessoris in partibus defuncti & ꝓut dicitur ex obitu eiusdē. N. ut ꝑtenditur defuncti ultima mensis. N. an no domini. M. &c. post mediū noctis ut pu ta postq̄ gallus cantauit & noctē per mediū distinxit & ꝙ ea de causa quia in galli can tu idem. N. obiit post medium noctis & sic prima die Iunii & sic ex eius obitu dicta di midia portio cadebat sub collatione ordina riorum & non in apostolicorum siue sub ali qua gratia expectatiua & per consequens collatio ordinaria episcopi & capituli eccle siæ. N. ipsi. N. facta de dicta dimidia por tione fuit & est ualida & per nos. N. audi torem canonizanda & eadem dimidia por tio eidem. N. adiud canda dat facit ponit & probare intendit ea quæ sequuntur. Scilz & partem suam ad probandum &c.

In primis namq; ad finem & effectum præmissorum dictus procurator dicit ꝙ tā Ro. ecclesia q̄ etiam aliæ ecclesiæ se eidem Ro. ecclesiæ conformantes a centum an nis proxime elapsis citra & supra inceperūt & incipiunt diem naturalem a media nocte & licet de consuetudine antiqua & præscri pta habent considerationem ad tempus & horam quibus ipse saluator dominus noster Iesus Christus mundum intrauit & in mū do natus est utputa dum medium silētium tenerent omnia uidelicet ad medium noctis quando ipse dominus noster natus est in mundum incipiendo horam natiuitatis sue appellare cum sequentibus horis eiusdem diei dicte natiuitatis Christi. Et sic fuit &c.

Item ꝙ consequenter omnes & singuli sequentes dies per circulum anni de usu & consuetudine prædictis & a temporibus le gitime præscriptis suo modo inceperunt & incipiunt se a media nocte continuando ho ras usq; ad mediam noctem diei futuri diui dere. Et sic fuit &c.

Item ꝙ in quampluribus & diuersis ecclesiis a temporibus supradictis non fuerũt & interdum non sunt horologia quæ distinguunt horas ab horis. ꝙq; propterea gallus circa mediũ noctis cantando & uociferando consueuit distinguere & distinxit horas ab horis. utputa eius cantum circa medium noctis faciendo designauit & designat medium noctis transiuisse & tunc diem naturalem ad consuetudinem sui cantus incepisse & incipere. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ quasi in singulis ecclesiis ecclesiæ Romanæ subiectis saltem in quibus & apud quas residere solent sacerdotes in illis ipsa die natiuitatis Christi cõsueuerunt successiue celebrari tres missę diuersos introitus habẽtes uel per eosdem præsbiteros uel per diuersos. quarum una uidelicet prima habuit & habet introitum siue inchoationẽ Lux fulgebit &c. ac uocari consueuit & cõmuniter uocatur missa ad galli cantum & consueuit celebrari ad significandum tempus medie noctis aut ad designationem horologii aut ad galli cantum. utputa ex designatione cantus galli circa medium noctis ex cuius significatione extunc significat diẽ naturalem inceptam & eandem missam decantandam ac eandem missam fore primã missam ipso die natiuitatis Christi. etiam si subito post galli cantum celebrata lecta uel decantata fuerit atq; propterea huiusmodi sic incepta circa medium noctis decurrit ꝑ horas usq; ad medium noctis sequentis. & tunc dies naturalis dicitur completa.

Item ꝙ de consideratione præmissorum dicta prima missa natiuitatis Christi statim post galli cantum uel etiam in galli cãtu incepta & ulterius continuatiue celebrata fuerit communiter solet dici missa de galli cantu & sub inchoatione Lux fulgebit & sic consueuit dici missa natiuitatis Christi quamuis circa medium noctis fuerit incepta & incipit ac celebrata & finita atq; propterea dies natiuitatis consueuit incipi & incipit illa hora. s. prima post medium noctis. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ipse quondam. N. & si dicitur decessisse ultima die mẽsis. N. anni &c. tamen post mediũ noctis decessit. utputa circa galli cantum & in partibus illis ubi forte uerisimiliter non erat horologium & sic decessit in hora prima post medium noctis in principio diei primi mensis Iunii. & per consequens collatio dictę dimidię portionis iam intrauerat mensem ordinariorum iuxta cõstitutionem ipsius domini nostri &c. concessa ordinariis collatoribus per quinquennium tũc tempore mortis dicti. N. durans & per consequens collatio ordinariorũ prædicto domino. N. postea secuta fuit & est bona. ac ꝙ sic fuit &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli ꝙ de consuetudine alicuius patrie notarii in instrumentis non consueuerunt apponere indictionem.

AD omnes meliores finem & effectum partis suæ &c. dat facit & exhibet infrascripta quibus petit &c.

Et primo ponit &c. ꝙ a. x. xx. xxx. &c. ac a tanto tempore & per tantum tempus de cuius initio siue contrario hominum memoria non existit in regnis Castellæ & legionis & præsertim in ciuitate & diocesi. N. ac aliis omnibus & singulis ciuitatibus & diocesibus dictorũ regnorũ usu more stillo obseruantia & consuetudine antiquis legitime præscriptis ac per tempus & tempora antedicta inuiolabiliter tentis & obseruatis dum & quotiens aliqua instrumenta qualiscunq; speciei censeantur per notarios publicos conficiebantur seu in publicam formã redigebantur consueuerunt confici subscribi & expediri per dictos notarios solum & dumtaxat cum appositione anni domini mensis & diei & cum appositione nominũ testium in quorum præsentia actus in huiusmodi instrumẽtis designatus celebrabant ꝑter & absq; hoc ꝙ in dictis instrumentis per notarios prædictos de consuetudine consueuerat apponi indictio & pontificatus. Et sic fuit & est uerum palam & publicum commune & notorium.

Item ꝙ de usu more stillo obseruantia & consuetudine prædictis in dictis regnis Castellæ & legionis inuiolabiliter obseruatis notarii publici prædicti siue apostolica siue regali siue imperiali aut quacunque alia auctoritate officio notariatus fungebantur & funguntur consueuerunt & solent ut plurimum omnia & singula instrumenta & contractus cuiuscunq; generis siue speciei confi cerentur siue etiam spiritualia aut tem pora

lia concernerent solum & duntaxat fieri cōsueuerunt cum appositione anni domini diei & mensis & testium appositione in quorum præsentia huiusmodi actis in instrumētis designatus fiebant & celebrabantur absque appositione indictionis & pontificatus conficere palam et publice. Et ita fuit &c.

Item ꝙ de usu more stillo obseruatione & consuetudine legitime præscriptis in dictis regnis Castellæ & legionis omnibus & singulis instrumentis publicis confectis per prædictos notarios publicos siue apostolica &c. absq; appositione indictionis siue pontificatus & solum cum appositione seu designatione anni diei mensis & testium confectis subscriptis signatis & expeditis in iudicio & extra plena & indubitata fides fuit adhibita prout hodie in casibus occurrentibus plenaria fides adhibetur illisq; stetur & secundum ea in contradictorio iudicio iudicatur & obtinetur talia instrumenta ualida & auctentica iudicata & reputata fuerunt & reputantur sicq; ut prædicitur fuit & erat & est communiter auditum uisum dictum tentum præscriptum & reputatū diciturq; tenetur & reputatur palam & publice.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter & absq; hoc ꝙ indictio & pontificatus fuerunt aut hodie fuit in usu uel consuetudine in regnis prædictis quinimo in edictionibus instrumētorum fuerunt & sunt incognite & inusitate palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ similiter ueritas fuit & est præter & absque hoc ꝙ in dictis regnis Castellæ & legionis fuerit aut sit consuetum & usitatum aut solitum ꝙ in instrumentis publicis indictio & pontificatus tanꝗ inusitati & non necessarii omittebantur & omittuntur.

Item ꝙ de præmisis omnibus &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super reprobatione cuiusdam instrumenti.

AD ostendendum falsitatem cuiusdam prætensi instrumenti de data in ecclesia beatæ Mariæ. N. sub anno a natiuitate domini &c. pro parte aduersa in hac causa ut dicitur exhibitis & ꝓductis & per. N. prætensum notarium ut dicitur subscriptis seu saltem diuersorum narratorum in eodem prætenso instrumento cōtentorum procurator seu sindicus & eo nomine dominorum. N. &. N. citra tamen iniuriam cuiuslibet loquendo & duntaxat ꝓ conseruatione & defensione iuris eorundē dominorum in hac causa impugnando, de quo solemniter protestatur.

In primis enim dicit & si negatum fuerit probare intendit quod a. x. xx. xl. annis proxime præteritis citra & supra in diocesi N. & infra limites ipsius fuit esseq; consueuit & hodie est quoddam populosum oppidum magnum uocatum communiter & appellatum oppidum. N. N. diocesis diuersis utriusq; sexus hominibus inhabitatum atq; in eodem oppido. N. ab eisdem temporibus citra fuit esseq; consueuit & hodie est quædam parrochialis ecclesia & etiam collegiata uocata communiter & appellata ecclesia beatæ. N. N. diocesis habens saluis uacationum temporibus pro tempore Decanum ut caput ac scholasticum & cantorem & quamplures canonicos ut membra capitulū ipsius ecclesiæ facientes atq; fuit & est eadem ecclesia beatæ. M. de qua in supradicto instrumento fit mentio & in qua prætensi actus in dicto prætenso instrumento descripti dicuntur facti. Et sic fuit &c.

Item dictus procurator impugnando clausulam in dicto prætenso instrumēto positam cuius uerba sunt hæc. Quapropter idem Decanus &c. ad ostendendum eandem clausulam eā incipiendo ibi. Ipsumq; &c. usq; ad finem &c. dicte cedule appellationis inserte fuisse & esse falsam & mēdosam ac per circunuentionē ipsius. N. ipsius prætensi notarii eiusdem instrumenti fuisse & esse insertam dicit ponit & probare intendit contra dictum prætensum instrumentum ea quæ sequuntur.

In primis nanq; ponit & probare intēdit ꝙ actus in dicto prætenso instrumento descriptus incipiendo in illa parte instrumenti .s. Finitis uesperis &c. non plures ac uno anno mense die & hora & loco in eodem prætēso instrumēto expressorum uidelicet. N. &. N. &c. testium præsentia ac. N. necnon etiam. N. atq;. N. &c. etiam testiū ad actus præsentia tam per. N. ꝗ etiam per. N. Decanum dicte ecclesiæ. N. &c. anno a natiuitate domini mense die & hora uesperorum ac finitis uesperis in dicta ecclesia. N. factis. Et sic fuit & est uerum.

Item quod ueritas fuit & est præter id & absq; eo ꝙ anno mense indictione die & hora uesperorum finitis uesperis in ecclesia N. in ipso prætenso instrumento descriptis ipse dominus. N. Decanus præfatum. N. unq̃ uerbo uel facto a perceptione fructuũ & prouentuum ac perceptione primitiarũ suspendit aut ꝙ idem. N. aduersarius anno mense die & hora præscriptis & dictis personis tunc etiam præsentibus aliquam papiri cedulam quãuis etiam appellatione sua cuiusuis appellationis tenorem continentẽ tunc ibidem præsentialiter exhibuerit aut legerit seu appellauerit & apostolos primo secundo tertio instanter & instantissime sibi dari & concedi postulauerit aut etiam ipse Decanus ipsum. N. de capitulo tunc exire compulerit aut ꝙ ipse. N. talia uel similia uerba per apostolos assumpserit & non potuissent uidelicet ipse dominus. N. Decanus dictum. N. uerbo a perceptione fructuũ & prouentuum & a perceptione primitiarũ tunc suspendisse siue suspendere aut idem aliquam papiri cedulam quamuis etiam ꝓtensam appellationem seu appellationis tenorem tunc in eodem loco exhibuisse & legisse ac prouocasse & appellasse seu exhibere legere & appellare ac apostolos primo secundo tertio instantius & instantissime sibi dari & concedi postulasse seu postulare & ipse. N. aliqua uerba ipsius domini Decani pro apostolis recepisse siue recipere quo modo præfati. N. &. N. mercatorum ac N. &. N. atq; N. &c. etiam testes ad actus inter dictum. N. Decanũ &. N. anno mense indictione die hora & loco præscriptis paratos tunc testes rogati & uocati atq; eisdẽ præsentibus talis uidelicet ipsum dominũ N. Decanum dictũ. N. suspendere ac eundem. N. appellationem papiri cedule exhibere legere seu appellare apostolos petere & uerba ipsius domini Decani eundẽ. N. pro apostolis recipere præfati testes seu saltẽ aliqui seu plures ex eis illa uidissent audiuissent seu tunc percepissent & intellexissent. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ similiter ueritas fuit & est præter & absq; eo ꝙ præfati. N. &. N. mercatores &. N. &c. testes anno mense die hora & loco præscriptis in capitulari cuiusdam ecclesiæ præsentes ac pro testibus etiã rogatis tũc unq̃ uidissent uel audiuissent aut etiam percepissent uel intellexissent ipsum dominũ N. Decanum præfatum. N. a perceptione fructuum ac prouentuum primitiarum uerbo uel facto suspendere aut eũdem. N. tũc aliquam appellationis papiri cedulam exhibere aut publice legere seu appellare & apostolos petere aut sibi dari postulare. aut uerba aliqua ipsius domini Decani ꝓ apostolis recipere. Et sic fuit &c.

Item ꝙ N. &. N. mercatores ac. N. rector &. N. &c. & testes prædicti atq;. N. ꝓtensus notarius de mense Augusti de anno domini. &c. sæpe & sæpius atq; coram diuersis personis & signanter pluribus ex eisdem dominis Decanis & capitulo dictæ ecclesiæ. N. publice fuerunt & sunt confessi atque publice ex eorum conscientia ac mediis eorum iuramentis dixerũt ac hodie parati dicere existunt saltem hoc facere requisiti ꝙ anno mense in dictis die hora & loco præscriptis in dicto prætenso instrumento descriptis ipse dominus. N. Decanus præfatum. N. uerbo uel facto non suspendit a perceptione fructuum & prouentuum siue primitiarum præbende suæ atq; ꝙ idẽ. N. tunc uidelicet anno mense die &c. præscriptis in dicto prætenso instrumento descriptis nullam appellationis papiri cedulam tunc exhibuit aut legit uel appellauit & apostolos primo secundo tertio instantius instantissime sibi dari postulauit. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus. N. de anno domini &c. & signanter die sexta mensis Augusti eiusdẽ anni & octo diebus tunc immediate sequentibus. xx. xxx. eiusdẽ mẽsis fructus redditus prouentus & primicias saltim per eundem. N. in dicta ecclesia. N. deseruitas recepit leuauit imbursauit & in suos usus conuertit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item quatenus præmissa non sufficerẽt prout sufficere uidentur ad detegendam calumniam & falsitatem narratorum in dicto prætenso instrumento per dictum dominũ. N. prætensum notarium ut dicitur subscripto extunc dictus procurator dicit contra ipsum prætensum instrumentum excipiendo ea quæ sequuntur.

In primis namq; ꝙ ueritas fuit & est præter id & absq; eo ꝙ dictus. N. prætensus notarius dicti instrumenti prætensi die anno domini &c. mensis. N. in eodem prætenso instru-

instrumento descriptis quicquid actum de per se ut notarius in eodem instrumento ut dicitur descriptam prothocollasset. Et sic fuit &c.

Item q̄. N. aduersarius in hac causa de post anno domini &c. in oppido. N. N. diocesis tunc personaliter constitutus atque residentiam faciens tunc quandam prætensam formam instrumenti prædicti actus in eodem instrumento prætenso ut dicitur descripti taliter qualiter concepti atq; in eodē tenore ipsius prætense appellationis cedulam cum diuersis aliis narratis quamuis false inseruit ac certa substantialia dicti actus ibidem inferre prætermisit pro libito sue uoluntatis & eandem sic formam dicti prætensi instrumenti ingrossari & in pergamenea cedula conscribi iussit & procurauit. Et sic fuit & est uerum.

Item q̄ idem. N. eandem cartam pergameneam sic conscriptam & ingrossatam de proximo dicto anno domini &c. & de mense. N. eiusdem anni unacum certa missiua de manu propria ipsius. N. conscripta per suum specialem nūcium de dicto oppido. N. ad uillam. N. præfate diocesis in qua uilla tunc dominus. N. prætensus notarius & expost personalem residentiam fecit pro ut hodie facit direxit atq; in eadem missiua prout ex ipsius tenore apparuit & hodie liquet supplicauit instanter & cum instantia rogauit quatenus sibi dictam cartam p̄gameneam sic conscriptam & ingrossatam atq; per ipsum. N. sibi directam conscriberet & publicaret seu in publicum reduceret & taliter scriptum seu publicatum eidem. N. per eundem nuncium transmitteret & dirigeret publicum instrumentum quod idē N. prout in eadem missiua apparebat & apparet se obtulit erga præfatum. N. singulariter deseruiturum. Et sic fuit &c.

Item q̄ dictus procurator nomine quo supra pro emēdatione dictorum repetit hic eandem missiuam & in eadem contenta p̄ modum exceptionis contra dictum prætensum instrumentum & in eo contenta inquātum tamen faciant pro parte sua & contra partem aduersam & non aliàs neq; alio modo plenius continetur. Et q̄ sic &c.

Item q̄ præfatus. N. prætensus notarius de dicto anno domini &c. & mense prædicto in dicta uilla. N. a nuncio præfati. N. tunc sibi misso præfatam missiuam de manu dicti. N. scriptam eidem. N. notario directā & in dicta charta pergamenea ingrossatam recepit & habuit & ad scripta præfati. N. dictam chartam ingrossatam subscripsit & publicauit licet de facto & contra rei ueritatem ipsam chartam sic ut præfato nuncio eidem. N. remittendo. Et quod sic fuit &c.

Item q̄ ueritas fuit & est præter id & absque eo q̄ præfatus. N. notarius de anno domini &c. & mense. N. prædictis aut quocūque ante unq̄ habuit aliquod prothocollū scriptum de actu de anno domini &c. & die N. mensis. N. eiusdem anni in ecclesia. N. per ipsum Io. ut dicitur peracto & in dicto prætenso instrumento ut apparet descripto. quam dictam prætensam chartam pergameneam ingrossatam per dictum. N. missam & per eundem Io. ut dicitur licet de facto conscriptam & publicatam & idem. N. taliter subscriptam remisit. Et sic fuit & est uerum.

Item quod præfatus. N. prætensus notarius post & ea præsertim de anno domini &c. sæpe & sæpius ac diuersis uicibus & coram fidedignis personis & signanter in dicta uilla. N. fuit & est publice confessus dictum. N. sibi chartam pergameneam sibi ingrossatam de tenore dicti instrumenti per ipsum. N. concepto seu cōfecto etiam quouis alio prothocollo per eundem notarium non habito de præmissis sibi misso ad petitionem eiusdem subscripsisse & eidem. N. subscriptam remisisse & se in hoc per eundem. N. requisitum fuisse q̄ etiam die mense hora & loco in eodem prætenso instrumēto descriptis ipse. N. in ipsius. N. prætensi notarii præsentia appellationis cedulam exhibuerit & legerit ac interposuerit & sibi super ea apostolos dari & concedi postulauerit & obtinuerit. Et sic fuit &c.

Item q̄ de præmissis omnibus & singulis fuit est & erat publica uox & fama.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super reprobatione testium.

AD reprobandum personas testium coram uobis domino auditore pro parte domini. N. in præsenti causa aduersarii ut asseritur productorum & eorū dicta depositiones & ad effectum ut eisdem

& eorum dictis & depositionibus nulla fides adhibeatur procurator & procuratorio nomine honorabilis uiri domini. P. dat excipit & ponit & probare intendit positiones & articulos infrascriptos quos dat coniunctim & diuisim etiam dispositiue & de quolibet quibus petit singulariter singulis per partem aduersam medio iuramento responderi. & si negati fuerint se & partem suam ad probandum eosdem admitti petit non astringens se propterea ad aliquam superfluam probationem sed ad eam solum quæ sibi sufficiat de eisdem ad reprobationem testium prædictorum ac depositione eorundem & etiam ad uictoriam præsentis causæ obtinendum de quo protestatur expresse.

In primis cōtra personam cuiusdam domini. N. testis ut dicitur examinati pro parte domini Episcopi & ut dictis & depositionibus eiusdem nulla fides detur ponit & probare intendit ꝙ ab uno duobus & quatuor annis &c. per ipsum tempore continentie & ante & de præsenti præfatus. d. P. fuit & de præsenti est ipsius domini Episcopi capellanus & familiaris continuus commensalis. idemq́ꝫ. d. P. a. x. xx. xxx. diebus citra continue & de præsenti asseruit & asserit se eiusdē domini Episcopi in Ro. Cu. familiarē & pro tali & ut talem dictus. d. P. se tenuit & nominauit prout nominat & tenet palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ab uno &c. x. annis citra & per ipsum tempus continue & de præsenti præfatus dominus. P. fuit & est sine culpa causa uel defectu domini. P. sicut ipsius domini. P. capitalis inimicus ipsiq́ꝫ domino. P. prædictum dominum. P. dicto tempore & per ipsum tempus continetur de præsenti odio capitali persecutus fuit & persequitur eundem. Idemq́ꝫ dominus. P. dictum dominum. N. uelut tanq̄ suum inimicum capitalem de dicto tempore & per ipsum tēpus continue & de præsenti tenuit & reputauit tenet & reputat palam publice communiter & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus dominus. P. a. x. annis citra & per ipsum tempus tanq̄ inimicus capitalis dicti domini. P. eidem domino. N. apud quoscunqꝫ etiam graues & honestas personas prout potuit & sciuit tā in curia Ro. q̄ in partibus detraxit & detrahit & ipsius bonam famam quantum potuit denigrare conatus fuit & conatur & cum eodem domino. P. dicto tempore talis eiusdem in loquela cibo & potu participare recusauit & recusat notorie palam & publice. Et sic fuit &c.

Item contra personam. N. etiam testis pro parte dicti domini Episcopi examinatus & ut dictis & depositionibus eiusdem nulla fides adhibeatur ponit & probare intendit ꝙ præfatus. N. anno domini. M. &c. & de mense &c. ipsius anni in ciuitate. N. & in domo habitationis dicti domini Io. auditoris insurrexit contra dominum. N. & animo irato sine tamen culpa & defectu ipsius domini. P. ipseq́ꝫ. N. diuersa uerba iniuriosa contra dictum dominum. P. protulit ac palam & publice dixit & asseruit quo ad omnia in quibus uerbo uel opere etiam in testificando contra ipsum dominum. P. ipsi domino. p. nocere posset noceret eidem & testificaretur contra ipsum tanquam contra eius inimicum capitalem notorie. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ipse. N. a dicto mense &c. anni prædicti citra & per ipsum tempus continue inimicus & maliuolus dicti domini. P. eidem. d. p. in omnibus in quibus & apud quoscunque prout fortius sciuit & potuit detraxit & detrahit & ipsius bonam famam inquantum potuit denigrare conatus fuit & conatur & cum eodem sicut prius faciebat in loquela cibo & potu conuersare recusauit &c. & sic de singulis testibus secundum qualitatem concurrentem ipsius excipientis.

Item ꝙ de prædictis &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli rectoris parrochialis ecclesiæ agentis contra Abbatem de oblationibus capellæ situatæ infra suam parrochiam.

Positiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet procurator & nomine procuratorio uenerabilis uiri magistri. N. rectoris moderni parrochialis ecclesiæ de. N. N. diocesis tam eiusdem rector s q̄ dictæ suæ parrochialis ecclesiæ de. N. nominibus rationeq́ꝫ iure & occasione ecclesiæ parrochialis eiusdem & contenta in eis coniunctim & diuisim etiam narratiue. & dispositiue de quolibet quibus petit

singulariter singulis sufficienter & medio iuramento per partem in hac causa aduersam responderi & si negantur ipsumq; & dictam partem suam ad probandum eosdem in Rom. Curia & extra admitti offerens se illos legitime probaturum citra probationem superfluam ad quam nullatenus se astringens de quo dicto nomine solemniter protestatur.

In primis ponit & probare intendit dictus procurator nomine quo supra ꝙ a.x.xx.&c.& centum annis proxime præteritis citra & supra a tanto tempore & per tantũ tempus de cuius initio seu contrario hominum memoria non existit in diocesi. N.& infra ipsam dioecesim fuit esseq; consueuit& hodie est quædam parrochialis ecclesia uocata parrochialis ecclesia de. N. N. dioecesis habens saluis uacationũ temporibus eiusdem rectorem sibi in diuinis & aliis deseruientẽ quodq; a quadraginta annis proxime præteritis infra fines & limites dictæ parrochialis ecclesiæ de. N. fuit prout hodie est quædam capella ad honorem Dei & beati Antonii ex deuotione populi constructa & nouiter erecta & edificata. Et hoc fuit &c.

Item ꝙ in dicta capella sancti. A. rectores dictæ parrochialis ecclesiæ de. N. pro tempore existentes missas & alia diuina officia tam per se quam per alios deputatos ab eis ad deuotionem populi celebrare consueuerunt & celebrarunt. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ipsi rectores de. N. pro tempore existentes successiue & respectiue quascunque oblationes & emolumenta ad dictam capellam sancti. A. ex deuotione populi anno quolibet & quocunque tempore obuenientes & obuenientia dictæ parrochialis ecclesiæ de. N. percipere leuare & habere etiam consueuerunt prout eorundem rectorum quilibet pro suo tempore percepit leuauit & habuit pacifice & quiete usque ad spoliationem de qua infra dicetur. Et sic fuit & est uerum.

Item quòd etiam rectores ipsi dictæ parrochialis ecclesiæ de. N. iure nomine & ratione eiusdem ecclesiæ de. N. pro tempore existentes fuerunt fuitq; quilibet eorundem suo tempore successiue & respectiue utpote nunc defuncti domini. N.& N. necnon. N. uiuens & etiam defunctus. N. de. N.& adhuc superstes Ioa. P.& alii successiue & respectiue in possessione pacifica & quieta seu quasi ratione iure nomine & occasione dictæ parrochialis ecclesiæ de N. ac ipsa parrochialis ecclesia dictas oblationes & emolumenta quæcunque ad dictam capellam anno quolibet & quocunque tempore obuenienies & obuenientia percipiendi leuandi & habendi & in suos usus conuertendi usque ad spoliationem infrascriptam. Et ita fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ponit & probare intendit quòd uenerandus pater dominus. N. assertus Abbas monasterii beatæ. Mariæ. de. N. ordinis sancti. B. dictæ. N. dioecesis præmissa sciens & scire uolens dudum de dicto anno domini &c.& de mense Iulii illius ad dictam capellam cum quibusdam suis cõplicibus accessit ac præter & contra uoluntatem dicti Ioann. tunc rectoris & possessoris eiusdem ecclesiæ de. N. truncum dictæ capellæ in quo oblationes ad ipsam capellam obuenientes ponebantur ui & uiolẽtia cum certis instrumentis ferreis nescitur quo spiritu ductus fregit. & rupit seu frangi & rumpi fecit iussit & mandauit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ etiam dictus Abbas clauem dicti trunci amouit & mutauit per se & per alios eius nomine & ꝙ ipse hoc mandauit ratum seu gratũ habuit & oblationes quas in eodem trunco seu pixide tunc repperit scienter asportauit & in suos usus prætensos cõuertit dictos rectores & parrochialem ecclesiam de & super oblationibus & emolumentis ac possessione prædictis de facto spoliando prout spoliauit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dictus assertus Abbas tam per dictum actum quam per alios scilicet minas & terrores illatos eundem rectorem in quasi possessione percipiendi dictas oblationes existentem molestauit & perturbauit ac impediuit indebite & iniuste. Et sic fuit & est uerum.

Item ponit & probare intendit ꝙ uenerabilis uir præfatus. N. ab anno domini. N.&c. cum dimidio citra fuit prout hodie est uerus & pacificus possessor dictæ parrochialis ecclesiæ de. N. fructus redditus & prouentus percipiens ex eadem & ut tali

& pro tali habitus dictus tentus nominatus & reputatus palam & notorie. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ licet præfatus. N. rector moder nus requisiuit dictum Abbatem ut a prædictis suis spoliationibus & molestationibus cessaret & ipsum permitteret nomine ecclesiæ suæ parrochialis dictas oblationes & emolumenta percipere & leuare. nihilominus tamen præfatus Abbas hoc facere recusauit & denegauit ac recusat & denegat immo ipsas spoliationes & molestias suas continuando & ipsas augendo dictam parrochialem ecclesiam & præfatum. N. rectorē modernum extunc tenuit & adhuc detinet hodie quasi possessione iuris dictas oblationes & emolimenta percipiendi leuandi & exigendi indebite & iniuste ac temere & de facto impeditos & totaliter spoliatos, in animæ suæ periculum & dicte parrochialis ecclesiæ ac prædicti rectoris eiusdem præiudicium non modicum damnum & grauamen. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera & publica notoria & manifesta ac de eis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Et præmissa dicit & ponit dictus procurator nomine quo supra omni meliori modo uia iure causa & forma quibus pōt &c.

Saluo iure corrigendi &c.

Et protestatur &c.

Articuli Abbatis pro defensione oblationū supradicte capelle situate in parrochia prædicta & in terris monasterii.

POsitiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet procurator & nomine procuratorio Reuerendi patris & domini domini. N. Abbatis monasterii beatæ Mariæ de. N. ordinis sancti. B. N. diocesis illosq́ȝ & contenta in eis dat tā coniunctim ꝙ̃ diuisim ac dispositiue & narratiue & de quolibet ipsorum quibus petit per partem sibi in præsenti causa aduersam medio iuramento singulariter singulis respō deri. & si negati fuerint &c.

In primis nāqȝ dicit ponit & si opus fuerit probare intendit procurator prædictus ꝙ a. x. xx. xxx. &c. & centum annis citra & ultra ac per tantum tempus & per tanta tempora quod memoria hominum in contrarium nō existit ciuitas. N. habuit habereq́ȝ consueuit & hodie habet solemnem ecclesiam cathedralem habentem Episcopū pro tempore saluis suis uacationibus tanꝙ̃ caput & nonnullos canonicos præbendatos seculares ut membra &c.

Item ꝙ a temporibus superius prædictis & per ipsa tempora infra fines & limites dicte diocesis. N. fuit esseq́ȝ consueuit ac hodie est quoddam monasterium ordinis sancti. B. dictum communiter & appellatum monasterium beatæ Mariæ de. N. habens pro tempore Abbatem tanꝙ̃ caput & nonnullos monachos seu religiosos dictum ordinem tam professos ꝙ̃ non professos ibidē in ipso monasterio die noctuq́ȝ deo in diuinis famulantes & alia signa & insignia monasterium uirorum dicti ordinis facientia & demonstrantia palam publice & notorie. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dudum de anno domini &c. lxx. uel paulo ante recolende memorie dominus. N. tunc comes de. N. communiter uocatus de salute animæ suæ cogitans ac uolens deo eiusq́ȝ matri gloriose Mariæ uirgini ac omnibus sanctis aliquod speciale obsequium in hoc mundo facere seu præstare pro ipsius parentumq́ȝ ac benefactorum suorum delictorum redemptione & animarum salute præfatum monasterium beatæ. M. de. N. & quandam capellam eodem nomine satis propinquam sub beati. A. nominibus seu titulis construxit & dotauit seu construi & edificari fecit in terris seu feudis & possessionibus suis necnon de bonis suis propriis sibi a deo collatis ibidemq́ȝ Abbatem tanꝙ̃ caput ac certos religiosos conuentum facientes ibidem existere & permanere ac deo in diuinis famulari & pro ipsius domini. N. comitis suorumq́ȝ parentum & benefactorum animabus perpetuo exorare uoluit & ordinauit palam publice & notorie. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus. N. comes p̄fatum monasterium de dictis bonis suis dotauit & eodem modo Abbati & conuentui eiusdem pro tempore existentibus quamplures ipsius. N. comitis possessiones & feuda ac alia bona præsertim dictam capellam necnon feudum seu territorium in quo capella ipsa fundata existit cum omnibus iuribus & pertinentiis suis in elemosinam per

petuam donauit & concessit. palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ huiusmodi donatio & concessio ac alias superius proxime dicta fuerunt & sunt per. N. comitem filium & heredem uniuersalem dicti quondam domini. N. comitis ac etiam apostolica & ordinaria uidelicet per dominum tunc. N. Episcopum auctoritatibus specialiter & expresse confirmata & approbata. & hoc de anno iam superius proxime dicto. N. palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ tunc. R. p. dominus Abbas ac etiam religiosi uiri conuentus & monachi p̄dicti monasterii pro tunc existentes donationes & confirmationes supradictas sciuerunt easq; ratas & gratas habuerunt atque habent de præsenti Abbas & cōuentus moderni quodq; in dicto monasterio die ac nocte in diuinis famulantibus ac ꝓ fundatorū & benefactorum suorum prædictorum ac aliarum animarum salute ac peccatorum remissione quotidie preces fundunt ad dominum & alias faciunt propter quæ instituti & fundati fuerunt & sunt palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ tunc uidelicet de dicto anno domini &c. Abbas & conuentus dicti monasterii qui pro tunc erant uigore & auctoritate donationis concessionis elemosineq; ac confirmationum prædictarum possessionē realem & corporalem terrarum & possessionum rerumq; & bonorum sibi ut præfertur donatarum & donatorum & præsertim monasterii necnon capelle supradictarum iuriumq; & pertinentium eorum realiter receperunt habuerunt tenuerunt & possederunt eisq; monasterio & capelle ac in ipsis deo seruierunt missasq; & alia diuina officia celebrarunt ac hodie tenent & posidēt & deseruiunt palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ a temporibus superius proxime dictis ac per tempora ipsa dicta capella fuit & est in terris seu feudis & possessionibus dicti monasterii constituta & situata palam publice &c. Et ita fuit &c.

Item ꝙ dicta capella fuit & est membrū ac in & de bonis possessionibus immobilibus dicti monasterii ac eidem monasterio a primeua fundatione ipsius capelle cū suis iuribus & pertinentiis uniuersis per fundatorem prædictum & alias debitis largita donata & concessa. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ a temporibus & per tempora superius proxime dicta reparatione necnō custodia dicte capellæ ac librorum & ornamētorum eiusdem necnon diuini cultus celebratio seu præstatio incubuerunt & incumbunt præfatis dominis Abbat & conuētui pro tēpore existentibus eidē domini Abbas & cōuētus capellam prædictā & eius libros & ornamenta ac ipsius portæ claues custodierunt tenuerunt reparationesq; fecerunt necnon oblationes ibidem prouenientes iuste & debite tanq̃ suas proprias perceperunt & habuerunt ac fuerunt & sunt in plena & pacifica possessione omnium & singulorū præmissorum salua tamen præsenti controuersia palam publice & notorie. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ a temporibus & per tempora superius proxime dicta præfata capella fuit & est ut est supra dictum situata & fundata in terris feudis & possessionibus ac eidem monasterio propinqua ꝙq; distauit & distat capella ipsa a parrochiali ecclesia. N. spacio seu distāte quinq; milliariis uel circa & ꝙ propterea attento etiam ꝙ fines & limites parrochie dicte parrochialis ecclesie de. N. ut creditur tantum non se extendunt nō est uerisimile nec etiam credendum ꝙ capella prædicta infra fines & limites ipsius parrochie consistat & sit fundata. Et quod sic fuit &c.

Item ꝙ dicta capella fuit & hodie est situata ultra fines & limites dicte parrochie præfate parrochialis ecclesiæ de. N. Et sic fuit & est uerum.

Itē ꝙ rei ueritas fuit & est absq; eo & præter id ꝙ dicta capella existat infra fines & limites parrochie præfate parrochialis ecclesiæ de. N. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera publica notoria & manifesta. ꝙq; de his omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item si forsan ex aduerso diceretur & legitime cōstaret dictam capellam aliquibus diebus seu temporibus fuisse per aliquē ex rectoribus dicte parrochialis ecclesie de. N. tentam seu possessam quod non creditur quinimmo expresse negatur dicit ponit & si opus sit probare intendit procurator prædictus ꝙ huiusmodi prætensa possessio non fuit uera nec per aliquod tempus nec etiam

in forma debita iuris recepta tenta & habita per quæ debeat dici possessio uera sed potius quædam detentio intrusio & occupatio furtiua & quasi momētanea & aliàs nulla inefficax & inualida & talis quæ possessio dici non debet. Et ꝙ sic fuit & est uisum auditum dictum tentum & reputatum uerum publicum notorium & manifestum.

Item ꝙ ubi ex aduerso diceretur & legitime constaret ꝙ rectores dictę parrochialis ecclesiæ de. N. in dicta capella sancti. A. aliquo modo missas & alia diuina officia celebrauerint quod tamen non creditur immo expresse negatur & præsertim illo modo quo ex aduerso deducitur dicit ponit & probare intendit procurator prædictus ꝙ rei ueritas fuit & est absq; eo & præter id ꝙ rectores prædicti tanquam domini & ueri possessores dictæ capellæ missas & alia diuina officia celebrarunt in eadem. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ si ibi celebrarunt rectores prædicti seu alter eorum celebrauerit hoc fecerūt tanq̃ aduene & peregrini ac de licentia dictorum dominorum Abbatis & conuētus seu deputati ab eisdem & ibidem existētis & non aliàs. Et sic fuit &c.

Item ubi ex aduerso diceretur & sufficiēter probaretur ꝙ aliquo modo rectores prædicti receperunt & habuerunt aliquas oblationes ad dictā capellā spectari seu in ea ꝑuenientes dicit ponit & si opus sit probare intendit procurator prædictus & quod rei ueritas fuit & est absque eo & præter id ꝙ rectores prædicti seu alter ipsorum oblationes prædictas in dicta capella perceperint seu perceperit saltem tanquam uerus rector seu dominus dictę capellæ aut habens aliquod ius in eadem. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ si aliquis ex rectoribus prædictis aliquando quod non creditur oblationes prædictas in dicta capella perceperit dicit ponit & probare intendit procurator prædictus ꝙ hoc fuit citra iniuriam loquēdo furtiue & rapinose ac latenter aut uiolenter & per. R. propter potentiam laicorum & rem alienam contractando & non ex iure debito neque ratione. etiam & quod hoc fuit in præiudicium iuris dictorum dominorū Abbatis & conuentus ac rectoris seu rectorum prædictorum animæ damnabile detrimentum. Et sic fuit &c.

Item ꝙ prænussa omnia & singula &c.

Item ultra præmissa ad clare ostendendū quod præfato. N. in præsenti cā aduersario super capella ac oblationibus supradictis tēpore hmōi litis uidelicet die anni domini &c. ac etiam de præsenti nullum ius nulla'q; actio competiit neq; competebat neque etiam competit de præsenti. & quod uexationes molestationes perturbationes & impedimenta per ipsum. N. aduersarium præfatum dominis Abbati & conuentui sup capella ac oblationibus prædictis præstitas & præstita fuerunt & sunt temerarie & temeraria indebite & indebita ac de facto præsumpte & præsumpta dicit ponit & si opus sit probare intendit procurator prædictus od dudum ante tempus & tempore superius proxime dicto præfate hmōi litis mote & etiam de præsenti uenerabilis & honorabilis uir dominus Egidius. N. fuit & erat ac hodie est uerus rector parrochialis ecclesiæ de. N. ac ut talis & pro tali dictus tentus & nominatus palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ rei ueritas fuit & est absq; eo & præter id ꝙ præfatus. N. aduersarius tempore proxime dicto præfate huiusmodi proxime dictę litis fuisset & esset de præsenti existat uerus rector dictę parrochialis ecclesiæ de. N. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Item ꝙ dudum ante tempus & tempore hmōi mote litis de anno domini &c. & die eiusdem anni ac etiam de præsenti præfatus. R. p. d. N. fuit erat ac hodie est Abbas dicti monasterii beatæ. M. de. N. ac in eiusdē monasterii possessione atq; administratione omniū bonorū tam spiritualium q̃ tēporalium seu maioris partis eiusdem & ut talis & pro tali dictus tentus habitus nominatus & reputatus palā publice & notorie Et ꝙ præmissa omnia &c.

Item ꝙ præmisis non obstantibus præfatus. N. in oblationibus & offertoriis & obuentionibus dictę capellæ nullum ius cōpetiit competit neque spectat & sine aliquo interesse uel actione qua ipse habere possit in præmissis idem monasterium & eius fundatorē uetustatē dimēbrare nititur & se de alieno locupletari quod cuiq; minime facere licet. & quod plus est se indebite tamē ꝑfate donationi iuri & possessioni legitime ꝑcipiendi dictas oblationes ut ꝑfertur oppo

fuit & opponit de facto & fecit atque facit quominus ipse.d. N. Abbas & eius monasterium oblationibus offertoriis & obuentionibus dictae eorũ capellae ad ipsos pleno iure pertinentibus frui & gaudere possint atq; ualeant ut deberent in ipsius. N. animae dispẽdium ac ipsius domini Abbatis & dicti monasterii sui interesse & praeiudicium nõ modicum. Et sic fuit &c.

Item q̄ praefatus. N. eundem.d. N. Abbatem monasterii praefati coram uenerabili uiro domino officiali. N. praemissorũ occasione nuper traxit in causam demũq; absq; ullo grauamine uel causa saltem legitima ab eodem domino officiali uidens se in salutari deficere friuole & nulliter appellauit & cãm ꝓtense appellationis circunspecto uiro domino. N. de. N. sacri palatii causarũ apostolici auditore ut dicitur committi fecit. & deinde nobis. R. p.d. Episcopo in eodem statu in quo coram eodem.d. N. pendebat reassumendã audiendã de partiũ cõsensu ut asseritur & fine debito determinandã commissa extitit. Et sic fuit &c.

Item q̄ praemissa omnia & singula &c.

Item q̄ dat omnia & singula producta sua & producẽda pro positionibus & articulis etiam dispositiue quatenus pro dicta parte sua & contra partem aduersam faciant & facere possint & non ultra &c.

Item dat hic etiam de signis sigillis ac notariorum manibus ac de habilitatibus ꝑsonarum de stillo sacri palatii causarum apostolici ut fuit & &c.

Item ꝓcurator ꝑdictus hic dat & repetit oẽs & singulas positiones & articulos necnon correctiones & additiones alias pro parte dicti domini Abbatis in presenti cã datos & datas inquantum faciant pro ipsa parte sua & contra dictam partem aduersam ac etiam inquantum positionibus & articulis superius proxime descriptis concordant & ab ipsis non discrepant seu ipsis non contrariantur & non alias inquantum uero ac in illa parte in qua discrepent aut contrariẽtur illos & illas & in ipsis contenta tollit & reuocat.

Quare petit &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Articuli ad docendum quosdam incidisse poenas in monitorio contentas.

Ad finem & effectum ut nobis. R. patri &c.d. auditori supradicto cõstet quosdam. P. Martini.

Item. F. P. aduersarios fuisse & esse poenas & censuras in monitorio alias per uenerabilem uirum dominum Io. auditorem in huiusmodi causa ad partes decreto & emisso & in partibus debite executioni demandato contentas incidisse declarandos & ad omnes meliores uim finem & efficaciam quibus id de iure fieri potest & debet procurator &c.

In primis igitur procurator praedictus quo supra nomine pro fundamento & intentione sua fundanda repetit hic & reproducit positiones & articulos alias pro parte sua pro uerificationis commissionis date cum probationibus desuper factis necnon monitorium per dictum. R. auditorem in huiusmodi causa ad partes decretum & de eisdem partibus reproductum cum eius executionibus etiam in actis causae huiusmodi productis quatenus tamen pro se ac parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant & non alias aliter ultra neq; alio modo de quo protestatur.

Item q̄ praefatus Ioan. de. N. aduersarius dudum ante tempus & tempore monitorii in huiusmodi causa decreti fuit prout etiam nunc est in huiusmodi cantoriae ecclesiae. N. & praestimonialis portionis porrochialis ecclesiae. N. &c. possessione de quibus agitur intrusus dictamq; cantoriam &c. intrusionis huiusmodi praetextu detinuit occupauit prout detinet & occupat indebite & iniuste. Et sic fuit &c.

Item q̄ praefatus. F. P. etiã aduersarius ante tempus & tẽpore decreti monitorii huiusmodi & executione ipsius fuit prout etiã de praesenti est in possessione praestimonialis portionis parrochialis ecclesiae. N. &c. intrusus & intrusione hmõi praetextu dictam praestimonialem portionem detinuit & occupauit prout adhuc detinet & occupat. Et ita fuit &c.

Item quod licet praefati. N. & N. aduersarii uirtute dicti monitorii sufficienter fuerint moniti & requisiti ut hmõi cantoriam praestimonialem portionem praedictas earumq; possessionem ipsi. N. liberam uacuam & expeditam dimitterent & expedirent. Nihilominus tamen praedicti. N. & N. aduersarii ꝑmissa facere recusarũt & re

cusant & eorum quilibet recusauit & recusat pœnas & censuras in dicto monitorio contentas realiter incurrendo in ipsorum & cuiuslibet eorum animarum periculum dictiq; N. damnum & præiudicium. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera &c.

Petit igitur procurator prædictus quo supra nomine per uos. R. p. d. auditorem supradictum uestramq; sententiam pronunciari decerni & declarari præfatos. N. & N. aduersarios pœnas & censuras in monitorio alias per. N. coauditorem uestrum in huiusmodi causa decreto siue concesso contentas ob non paritionem dicti monitorii incurrisse declarandū fore & per uos declarari ac pœnas & censuras huiusmodi propterea contra dictos. N. &. N. aduersarios aggrauandos fore & per uos aggrauari. necnō eosdem. N. &. N. aduersarios in expensis propterea in huiusmodi causa legitime factis &c.

Articuli ad docendum quendam excommunicatum ob iniectionem manuum uiolentarum in clericum.

IN casum & euentum in quem seu quos pro parte eiusdem. N. aduersarii in præsenti causa datum & articulatū uel probatum esset seu in facto daretur articularetur aut probaretur siue alias cōstaret uel appareret eundem. N. a Sanctissimo in Christo patre & domino nostro. N. diuina prouidentia Papa quarto & moderno pontifice quoddam prætensum mandatum de surrogando ipsum in prætenso iure & ad ius qđ quondam. N. defuncto in ecclesia parrochiali. N. Viennensis diocesis. N. competere dicebatur ad prosecutionem & defensionē causæ qua dudum inter ipsum quondam N. tunc agentem ex una & quendam. N. eiusdem illicitum detentorem de & super dicta ecclesia & eius occasione defendentē parte ex altera corā uenerabili uiro domino N. causarum palatii apostolici auditore in prima uerti dicebatur instantia. uidelicet in eo statu in quo dictus quondam. N. existebat ante tempus & tempore sue mortis impetrasse seu obtinuisse ac ipsius uigore & ad ius prætensum & prosecutionem & defensionem supradictam surrogatum fuisse procurator & nomine procuratorio. N. eiusdē occasione ueri rectoris cum protestatione tamen ꝙ per aliqua quæ dicat aut faciat in futurum non uult nec intendit iniuriari nec aliud de intentione dicti. N. aduersarii quo modolibet confiteri sed potius diffiteri & negare prout exnunc diffitetur & negat ad ostendendum & clare docendum præfatum N. ante tempus & tempore date dicti prætensi mandati de surrogando & asserte surrogationis inde secute fuisse & esse nulla inefficacia & inualida pro nonnullis testibus affuturis producendis & examinandis dat facit positiones & articulos seu causas & rationes infrascriptas &c.

In primis igitur ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ a. x. xx. & centum annis proxime præteritis citra & ultra ac etiam a tanto tempore & per tantum tēpus ꝙ huiusmodi memoria in contrarium non existit in diocesi. N. ac infra fines & limites ipsius fuit esseq; consueuit & hodie est quoddam oppidum pluribus personis utriusq; sexus inhabitatum ac diuersis domibus & edificiis mansionibus hospitiis in eodem consistentibus edificatum. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ab uno duobus & tribus annis ꝓxime præteritis ac citra & ultra inter cæteras domos edificia mansiones & hospitia in eodem oppido ac infra clausuras eiusdem constructas & constructa fuit esseq; consueuit & hodie est quædam domus seu mansio habitabilis ubi & in qua peregrini uiatores & aliæ personæ ibidem transeuntes quæq; consueuerunt hospitari & recipi dicta communiter & appellata domus hospitalis ad intersignium leonis. nonnullas ualentes pincernas in eadem mansione facientes inhabitatam publice & manifeste &c. Et sic fuit &c.

Itē ꝙ præfatum oppidum. N. a præfatis temporibus & per ipsa tempora in primo articulo designata fuit & est situatum & existens in uia seu itinere per quam seu quod transitur & transire consuetum est de ciuitate. N. ad præfatam ciuitatem. N. & econtra per quod seu quam dominus noster Papa & multi curiales ibidem de anno & mēse. N. de dicta ciuitate. N. ad præfatam ciuitatem post translationem in Romanam curiam per dictum dominum nostrum Papam illo tunc factam præterierunt transiuerunt. Et ita fuit & est uerum.

Item

Item ꝙ ante tempus & tempore translationis curie supradicte &c. uerberationē seu manuum iniectionem de quibus infra dicetur honorabilis uir. N. diocesis fuit & erat clericus secularis habitum & tonsuram clericales publice & honeste deferens seculares citra tamen iacturam loquendo homo ꝙ utiq; pacificus dulcis mansuetusq; boni nominis bone fame honesteq; uite & conuersationis & ut talem & pro tali &c. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de dicto anno proxime præterito & præsertim ante tempus & tempore superius proxime transacto Cu. Ro. præfati N. clericus &. N. aduersarius fuerūt & erāt curiales in dicta ciuitate. N. atq; in curia ꝑsonalem residentiam fecerunt & se pluries uiderunt & notitiam adinuicem habuerūt. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de dicto anno &c. & postq̄ Ro. Cu. sic ut præfertur extitit translata ipsi. A. &. B. sic ut præfertur curiales existentes ac Ro. Cu. sequentes inter eorum ueniēdo ad dictam ciuitatem. N. ad quam Rom. Cu. translata fuerat arripuerunt & gressus suos direxerunt & tandem uidelicet anno prædicto. N. & de mense. N. ipsius anni & citra ipsius mensis medium paulopost uel ante in & ad dictum oppidum. N. atq; præfatā domum applicuerunt unacum nonnullis aliis curialibus & in eadem domo pro sibi necessariis recuperando quiescendo & dormierunt seu hospitarunt & pergentes & seruitores in eadem domo existentes & residentes ut est moris recepti fuerunt. Et sic fuit & est uerum.

Item quod ipsis. A. &. B. & pluribus aliis curialibus in oppido atq; domo prædictis ut præfertur de dictis anno & mense hospitati & existentibus præfatus. N. uino atque cibariis repletus rixam cum suis sociis quærens ad quandam cameram anteriorem ipsius domus in qua tunc dictus. N. cum nonnullis aliis notabilibus personis atque probis & pacificis uiris existebat. & dū ad lectum pro quiescendo & dormiendo ꝑ transire uellet hora crepusculi uel quasi ad camerā prædictam personaliter cum impetu & animo irato & maliuolo accessit. Tandem sic ipso in camera existente tam ipsum N. q̄ dictos suos socios de camera antedicta uiolenter repellere uoluit & nisus fuit. perplura uerba iniuriosa eisdem dixit & rixam seu rumores contra eosdem incepit. & tandem de uerbis ad uerbera procedens animo iniurioso & irato spiritu diabolico instigante manus suas uiolentas & sacrilegas nulla subsistentie legitima causa in personam eiusdem. N. ad suum lectum ut præfertur transire uolentis & pacifice existentis temere & de facto iniecit ipsum cum suo pugno siue manibus percutiendo pluribus & diuersis ictibus in & circa caput atque uultum atque etiam eiusdem corpus in diuersis partibus. & deinde non contentus in maius facinus prorumpendo ipsum per capillos capitis cepit & cum magno impetu seu uiolentia per cameram traxit & in terram prostrauit. & deinde cum fessus esset idem. N. de percussione & uerberatione ipsius nec a furore mitigatus cum pedibus suis super terram calcitrauit atque diuersis modis percussit uerberauit & uulnerauit. & peius fecisset nisi per aliquas personas quæ ibi superuenerunt resistētia facta fuisset sententiam excommunicationis maioris a canone latam ipso facto damnabiliter incurrendo. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus. N. iniurias percussiones uerberationes & mutilationes prædictas ad animum reuocauerat illa tunc ac de post reuocauit & eundem. N. propter præmissa inquantum in eo fuit excommunicatum sententiæ maioris excommunicatione a canone late tenuit & reputauit palam et publice &c.

Item ꝙ propter præmissas uerberationes percussiones & manuum iniectiones idem N. sententiam maioris excommunicationis a canone latam damnabiliter incurrit & in eam incidit & ab illa hora usq; in hodiernum diem uiliter insorduit & hodie in sordescit in totius cleri atq; personarum ecclesiasticarum uilipendium & iniuriam maximam. Et sic fuit & est uerum.

Item fuit absq; eo & præter id ꝙ præfatus. N. a tempore quo dictas pœnas & censuras incurrerit aliquod beneficium absolutionis obtinere meruerit nec præfato. N. ut præfertur uerberato & iniuriato satisfecerit aut aliquam satisfactionem seu emendam condignam fecerit aut ueniam & remissionem ab eodem petierit seu obtinuerit. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt adeo uera & manifesta ꝙ nulla

possunt tergiuersatione celari & ea confessus fuit idē. N. ex sua certa scientia & uolū tate in pluribus & diuersis locis in præsentia plurium notabilium uirorum fidedignorum prout superius describuntur fore uera.

Ex præmissis igitur pertinenter concluditur atq; clare constat & apparet præfatū N. aduersarium dudum longe ante tempora & temporibus suæ prætense impetrationis mandati de surrogando de quibus nititur in dicta causa fuisse & hodie existere citra tamen iniuriam loquendo maioris excommunicationis sententia a canone lata innodatum uel alias inhabilem & minus idoneum ad dictam gratiam surrogationis & beneficii de quo agitur habendam obtinendū & gubernandū ac similiter dictum prætensum mandatum de surrogando per eundem aduersarium impetratum & inde secuta si & quatenus legitime constet fuisse & esse nullum & inualidum ac nulla & inefficatia & inualida nulliusq; efficatie roboris uel momenti & alias talia quæ ei idem N. aduersario in nullo suffragari possunt nec debent nec nocere dicto domino. N. Et sic fuit &c.

Et quatenus præmissa &c.

Articuli ad docendum quendam tempore date gratiæ fore minorem annis.

IN casum & euentum in quē seu quos pertinenter & admisibiliter pro parte dicti. N. aduersarii datum & actum seu probatum esset aut daretur & probaretur si ue apparuerit siue appareret in effectu ꝙ eidem. N. aduersario dictus dominus noster Papa sub data. ii. Kalend. N. pontificatus sui anno. N. gratiam specialem facere uolens beneficium ecclesiasticum cū cura uel sine cura cuius fructus redditus & prouentus. lx. lib. tu. paruo. fe. tax. decime ualorem annum non excederēt ad collationem &c. dictorum dominorum Episcopi. N. coniunctim uel diuisim pertinentē si quod post. x. Kalend. Iulii anni domini &c. uacaret ꝙ ipse. N. per se uel eius procuratorem infra mensem duceret acceptandū conferendum eidem post acceptationem eandem donationi apostolicæ reseruauerat & ꝙ ipse. N. in uim talis gratiæ parrochialem ecclesiam. N. talis diocesis ut supra dictū est uacante infra tempus debitum acceptauerit & sibi de illa obtinuerit prouideri dictus. N. non intendens aliquid de præmissis cō fiteri sed potius defiteri prout expresse defitetur & negat ad repellendum talem materiam & ostendendum tempore dicti mensis. N. &. N. aduersarium non fuisse nec esse habilem nec idoneum ad dictam parrochialem ecclesiam. N. acceptandum & ad illam ecclesiam talem gratiam non extendendam & ad omnes alios fines & effectus qui dicto domino. N. prodesse & præfatos. N. obesse uel nocere possint & ualeant dictus ꝓcurator dat & facit positiones & articulos sequentes.

In primis dicit ponit ꝙ talis gratia prætensa fuit & erat & est unica & sola. ac unica & sola uice facta ut apparere poterit ex lectura ipsius si exhibeatur. Et sic fuit & est uerum.

Item dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit dictus procurator ad ostendēdum de surreptione dicte prætensæ gratiæ dicti. A. aduersarii cuius uirtute se prætendit dictam parrochialem ecclesiam acceptasse & de eadem sibi fecisse prouideri & de nullitate dicte prætense gratiæ & in articulis suis designatis & ad exclusionem ipsius gratiæ si de ipsa legitime appareat & ꝙ uirtute iam dicte gratiæ dictus. N. non potuit nec debuit acceptare dictam parrochialem ecclesiam & ꝙ prædicta acceptatio & prouisio dicti. N. fuerunt & sunt minus canonice & nulle ac nullius efficatie status & ualoris & ad omnes fines utiles & necessarios dicto. N. & nociuos præfato. N. aduersario ponit & facit articulos sequentes.

Item excipiendo dicit eis modo & forma quibus melius potest & debet ponit & si necesse fuerit probare intendit ad fines prædictos ꝙ in regno. N. fuit & est quædā ciuitas. N. a tanto tempore ꝙ huiusmodi &c. & ꝙ in eadem ciuitate fuit &c. ecclesia cathedralis habens Episcopum tanq̄ caput & capitulum &c. amplamq; & latam diocesim & alia insignia &c.

Item ꝙ de dictis temporibus & per ipsa tempora antedicta extra muros uillæ de N. est una uia populata pluribus gentibus quæ quidem uia communiter uocata & appellata in uulgari. N. sicq; ut ꝓdicitur fuit est dictum creditum habitum tentum & reputatum. Et sic fuit &c.

Item ꝙ a. xx. xxx. annis proxime præte

ritis citra & ultra in dicta uia de. N. uillæ. N. erat fuit & est quidam uir de quo infra dicetur uocatus communiter & appellatus do. Io. N. laborator sicq; fuit &c.

Item dictus procurator ponit & dicit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ de supra proxime dictis temporibus in proximo articulo contentis & designatis & per dicta tempora in dicta uia de. N. uillæ. N. erat fuit & est quædam bona mulier & domina uocata cõmuniter & appellata. N. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus Ioa. & dicta domina. A. de proxime dictis temporibus ac in proximis antedictis duobus articulis contentis & designatis ac per tempora tenuerunt tenereq; consueuerunt ac hodie tenent suum proprium domicilium fouerűtq; atque fouent larem in dicta uia uillæ. N. supradicte continue ut proprii domicilii. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ antedicti domini. N. & . N. coniuges de supra proxime dictis temporibus in prædictis articulis contentis & designatis ut uir & uxor matrimonialiter coniuncti & per dicta tempora steterunt cohabitarunt & habitant simul matrimonialiter in dicta uia. N. uillæ. N. & tales de proxime dictis temporibus & per ipsa tempora antedicta fuerunt & sunt communiter dicti &c. Et sic fuit &c.

Item ꝙ antedicti Io. &. A. coniuges sic ut præfertur habitantes existentes fouentes larem in dicta uia uel in dicto loco. N. in antedictis articulis contentis & designatis ac de anno domini &c. & de mẽse. N. prædicti Io. &. A. genuerunt & procrearunt dictum. A. aduersarium in præsenti causa sic ut præmittitur fuit &c.

Item ꝙ præfatus. N. aduersarius in præsenti causa dudum de anno &c. de mense N. antedicti in dicto loco siue uia uillæ. N. in domo ubi Io. &. A. coniuges habitabant parentesq; dicti. A. aduersarii a dicta domina. A. matre sua natus fuit & uenit in lucẽ filius nominatus & tentus & habitus fuit & in dictorum Io. &. A. coniugum dictus. A. aduersarius in præsenti causa sicq; ut prædicitur fuit & est dictum tentum &c.

Item ꝙ dictus. N. aduersarius in præsenti causa fuit & erat filius nominatus tentus & nuncupatus dicti domini Ioann. & A. eius uxoris hodieq; uocatur apud eius notos. A. ubi ipsius notitia habetur. Et sic fuit &c.

Item quod præmissa omnia & singula &c.

Item ꝙ in dicta uilla de. N. de antedictis temporibus in superius proxime dictis articulis contentis & designatis fuit esseq; consueuit & hodie est quædam parrochialis ecclesia uocata communiter & appellata ecclesia. N. habens campanas campanile fontes baptismales parrochianos utriusq; sexus cimiterium benedictum certam & limitatam parrochiam & alia signa & insignia ecclesiam parrochialem facienta & demonstrantia in suisq; uacationibus clericis secularibus in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferri ac per eos teneri regi & gubernari consueta collata tenta recta & gubernata fuit palam. &c. Et sic fuit &c.

Item ꝙ omnes Christiani utriusq; sexus fouentes larem & habitationem in dicto loco uillæ. N. receperunt recipereq; consueuerunt a dictis temporibus supra designatis sacramẽta ecclesiastica uidelicet baptismalia paruulorum & penitentiam morientium sacramenta ecclesiastica palam publice & notorie Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Item ponit & si necesse fuerit probare intendit procurator prædictus ꝙ anno a natiuitate &c. & de mense Iunii Iulii Augusti Septẽbris Octob. No. ac de anno sequenti &c. & de mẽse Decẽbris Ia. Fe. Mar. Aprilis & Maii dictus. A. aduersarius in ꝑsenti cã fuerunt esseq; consueuerunt & erant magne fames & penurie bladorũ multeq; gentes in partibus illis propter famem fuerunt mortue. ꝓq; de illis temporibus & per illud tempus dictorum mẽsium cõiter fuit in partibus illis dictum tentum nũcupatum tanq̃ mali anni. Et sic fuit &c.

Item ꝙ publica etiam uox & fama ac uerum publicum notorium & manifestum cõmunisq; reputatio & assertio fuit & est in dicta uilla de. N. & in uia. N. eiusdem uillæ ubi fuit natus dictus aduersarius. N. diocesis & ubi de præmissis notitia habetur fuerunt & existũt ꝙ dictus. A. aduersarius fuit genitus conceptus & natus post tempus dicti mali anni. ꝓq; in dicto malo anno cessauerit fuisse & non fuerit nec erat genitus cõceptus natus nec in rerum natura existens. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera &c.

Item ad declarationem & ostensionem nullitatis & surreptionis antedictis litterarũ prætense gratie dicti. A. aduersarii cuius uigore & auctoritate se prætendit prædictam parrochialem ecclesiam acceptasse & ad fines prædictos dictus procurator dicit & probare intendit ꝙ antedictus. A. aduersarius in præsenti causa dudum uidelicet in mense Octobris pontificatus domini nostri anno. N. qui fuit dies. xvj. antedicti mensis Octobris & de anno domini &c. & tempore date antedicte gratiæ expectatiue cuius uigore & auctoritate se prætendit dictã parrochialẽ ecclesiam. N. acceptasse & de eadem sibi obtinuisse prouideri cessauit & cessabat attingere. xxiiij. annum ætatis suæ. Et ꝙ sic fuit & est communiter dictum creditum reputatum &c.

Item ꝙ antedictus dominus. A. aduersarius in huiusmodi causa dudum uidelicet tertio idus Decembris pontificatus præfati domini nostri Papæ. N. anno secundo & tempore date antedicte gratiæ cuius uigore prætendit acceptasse antedictam parrochialem ecclesiam & ante cessauit & cessabat attingere. xxv. suæ ætatis annum. Et sic fuit &c.

Item ꝙ antedictus. A. aduersarius in huiusmodi causa ante tempus & tempore date antedicte suæ gratiæ quæ fuit. xiij. antedicti mensis Octobris anni &c. cuius auctoritate & uigore prætendit se dictam ecclesiã acceptasse & de eadem sibi obtinuisse prouideri fuit & erat annorum. xxv. ætatis sue & ut talis & pro tali fuit communiter dictus tentus & reputatus &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Item ꝙ ante tempus & tempore date dicte gratiæ suæ præfatus. A. aduersarius in præsenti causa &. iii. idus Octobris pontificatus eiusdem anno. N. & pontificatus eiusdem anno quarto quinto sexto septimo & octauo &c. & per omnes dies menses & septimanas dictorum annorum & ante & post & quousq; ad præsentem diem in dicta uilla. N. & in strata. N. ubi fuit natus dictus. A. aduersarius in præsenti causa & in omnibus aliis locis in quibus fuit habita notitia de dicto aduersario & apud homines utriusq; sexus fouentes larem in dicta strata & in aliis locis habentes notitiam de dicto. A. aduersario & est communis hominũ prædictorum utriusq; sexus opinio assertio credulitas communeq; dictum publicũ & notorium publica uox & fama atq; uera ꝙ dictus. A. aduersarius ante tempus & tempore dicte suæ gratiæ cuius uigore & auctoritate dictam ecclesiam prætendit acceptasse de data quarto idus mensis. N. pontificatus. N. anno. N. quæ fuit. xiij. mensis. N. anno natiuitatis domini &c. N. cessauit & cessabat attingere. xxv. suæ ætatis annum. & ꝙ fuerat & erat constitutus inter. xxii. & . xxiij. annũ ætatis suæ. & quod sic fuit & est dictum auditum creditum uisum & reputatum &c.

Et ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Quare petit procurator &c.

Articuli super non promotione ad sacros ordines etiam quia contra constitutionem execrabilis tenet duo incompatibilia.

ITem ad ostendendum & clare demonstrandum de non iure dictorum dominorum Decani & capituli ecclesiæ de N. ac. N. in præsenti causa aduersariorum & de bono iure præfati domini. N. quod in dictis canonicatu & præbenda ac Archidiaconatu dicte ecclesiæ. N. quos possidere solebat antedictus. N. ultimus possessor seu detentor eorundem & de quibus in præsenti causa agitur & ad omnes fines & effectus sibi utiliores dictus procurator & nomine ꝓcuratorio dicti. d. N. dat facit & exhibet positiones & articulos sequentes &c. diuisim narratiue & dispositiue quibus & eorum singulis per dictum. N. tanq̃ scientem plenius ueritatem in eorum propriis personis necnon eorum procuratorem medio eorum iuramento singulariter singulis responderi & se ad illos probandum in Ro. Cu. & extra admitti petit offerẽs se legitime probaturos citra tamen &c.

In primis repetit omnes & singulos positiones & articulos pro parte sua datos &c. quatenus &c.

Item ponit & si opus fuerit probare intẽdit ꝙ a dictis temporibus & per dicta tempora supra in primo articulo deducta in diocesi. N. ac infra fines & limites eiusdẽ fuit esseq; consueuit & hodie est quædam parrochialis ecclesia dicta communiter &

appellata ecclesia parrochialis. N. dicte diocesis habens fontes baptismales campanile campanas cimiterium & parrochianos utriusq; sexus certam'q; & limitatam parrochiam ab aliis distinctam & seperatam ac alia signa & insignia ecclesiā parrochialem facientia & demonstrantia consuetis &c.

Item φ præfatus quondam. d. P. dudū de anno domini &c. uel circa dictam parrochialem ecclesiam tunc certo modo uacantē eiusdem pacificam possessionem assecutus fuit illam ab illo tempore & per annū unum duos uel tres & quatuor annos & ultra continuos pacifice & quiete tenuit & possedit fructus redditus & prouētus illius percipiendo & in suos usus conuertendo. Et sic fuit &c.

Item φ dictus quondam. d. N. dictam ecclesiam obtinens & posidens & quam ut præfertur assecutus fuerat per unum annū & ultra ante assecutionem præpositure & canonicatus & præbende & Archidiaconatus de quibus infra dicitur etiam post plures annos tenuit & possedit fructus redditus & prouentus illius percipiendo prout recepit & habuit & in suos usus conuertit pacifice & quiete absq; eo φ ipse. N. infra annum a tempore pacifice assecute & possessionis de dicta parrochiali ecclesia habitis faceret seu expost fecerit se ad sacros ordines præsbiterales promoueri quinimo cessauit & abstinuit se ad ipsos sacros præsbiterales ordines infra dictum annum & annos facere promoueri fuitq; absq; eo & præter id φ unquam ad illos promotus fuerit immo per ipsum annum & annos & per dicta tempora remansit citra illos & ad ipsos præsbiterales ordines non promotus & ut talis & pro tali &c.

Item φ etiam anteq̄ & tempore pacifice assecutionis dicte parrochialis ecclesiæ ac per unum duos &c. annos post assecutionē ipsiusq; possessionis realem & corporalem adeptam quietam & pacificam per dictum N. idem. N. stetit & morabatur & moram suam & residentiam fecit personalem domicilium'q; & larem fouit statum'q; suum tenuit pro maiori parte temporis tam in ciuitate q̄ diocesi & tam in paterna q̄ in beneficialibus domibus ac locis suis ibidem existentibus sanus hilaris liber ac sui compos & in sua libertate plena existens ambulans & gradiens super terram quo uolebat caruitq; & carebat aliquo legitimo impedimēto ac dispensatione canonica cessauit & cessat habuisse seu habere aliquam ut præfertur dispensationem canonicam de non promouendo aut impedimentum aliquod legitimum quo minus ad ordines præsbiterales infra annum a tempore seu a dicta assecutione & pacifica possessione habita dicte parrochialis ecclesiæ ac regiminis eiusdem potuerit seu posset se fecisse promoueri si uoluisset. Et φ sic fuit &c.

Item φ per tempus & tempora in proxime dicto articulo descripta Reuerendissimus in Christo pater dominus. G. tunc & nunc Archiepiscopus. N. ipsius loci diocesanus & in cuius diocesi ipsa parrochialis ecclesia existit & in quibus præfatus. N. ut præfertur moram & residentiam personalē per dicta tēpora fecit & faciebat ordines'q; sacros per quatuor tempora eiusdem anni in dictis suis ciuitate uel diocesi & loco conuenienti per se & suos Vicarios anno quolibet celebrauit & celebrari fecit. aliasq; fecit & faciebat ut moris est in talibus. φq; idem dominus. N. dictam parrochialem ecclesiam tunc pacifice posidens & obtinens ut præfertur in dicto anno a tēpore dicte assecutionis & possessionis pacificarum habitis ac regiminis dicte parrochialis ecclesiæ sibi commisse potuisset si uoluisset ad dictos præsbiterales ordines promoueri legitimo impedimento & dispensatione canonica super his non habitis & aliis causis iustis cessante neglexit & facere negligēter omisit. quapropter ipso iure illa priuatus extitit. Et φ sic fuit et est uerum uisum creditum tentum præsumptum & reputatum palam & publice.

Item φ ueritas fuit et est absq; eo et præter id φ dictus. N. per dictos annum & annos continuos ac menses septimanas & dies ipsorum annorum aliquod impedimentum seu dispensationem canonicam habuerit ꝑ ut non habebat nec ut habuit quem potuisset & debuisset si uoluisset ut præfertur infra annum a tēpore habite dicte parrochialis ecclesiæ pacifica possessione a regiminis eiusdem exquo ipse. N. cessauit per dicta tēpora habuisse et habere aliquod ut præfertur legitimum impedimentum seu dispensationem canonicam ab aliquo ad hoc potestatem habente obtinuisse prout non obti-

nuit seu habuit exquo infra annum a dictis pacifica assecutione & possessione dictę parrochialis ecclesię prędicto tempore potuisset prout & potuit si uoluisset se ad sacros ordines præsbiterales facere promoueri. quod tamen ut dictum est facere negligenter omisit & neglexit. & ꝙ non promotus ut fertur ad prædictos ordines præsbiterales illam ultra dictum annũ per plures annos & tempora possessionem eiusdẽ obtinuit detinuit & occupauit. ꝓpter quod dicta parrochiali ecclesia ipso iure priuatus & etiam ad quodcunq; aliud beneficium ecclesiasticum obtinendum extũc effectus tam de iure stillo & obseruantia curiæ Romanæ maxime dictos canonicatum & præbendã de quibus hic agitur inhabilis. Et sic fuit &c.

Item ꝙ tam de iure communi quam uera opinione doctorum tam de stillo cancellariæ curiæ Ro. qui iuri & uerioribus opinionibus adheret & confirmat ac usu more & obseruantia ac consuetudine ipsius Ro. Cu. legitime præscriptis & a temporibus & per tempora supra in primo articulo descripta fuit & est ꝙ quicunq; parrochialem ecclesiam & curatum beneficium promotionem ad sacros præsbiterales ordines requirens ultra annum post adeptam pacificam possessionem non promotus ad sacerdotiũ seu præsbiterales ordines cessante impedimento legitimo & sine dispensatione canonica aut etiam duo incompatibilia ultra tẽpus & præter formam iuris & constitutionis extrauagantis quæ incipit execrabilis detinet & occupat & alia facit quæ supra & infra per dictum quondam Ia. facta fuisse dicuntur ipso facto ipsoq; iure fuit & est reputatus ac reputatur necdum priuatus tali officio & beneficio curato sed etiam in aliis & ad quodcunque aliud officium uel beneficium ecclesiasticum obtinendum inhabilis quodq; solus Ro. pontifex a tali maleficio seu macula potest tales absoluere uel curare & ad beneficia seu officia obtinenda habilitare & ꝙ de stillo usu & consuetudine ꝓdictis fuit & est ꝙ qñdo summus põtifex alicui tali confert aut conferri mãdat ẽt habilitari alioquin collatio uel prouisio sibi facta non præcedente huiusmodi habilitatione nulla est ipso iure nulliusq; efficacie uel momenti & ita ut prædicitur fuit dictum &c.

Item ꝙ præfatus. N. etiam sic ut præfertur de parrochiali ecclesia & eius possessione ac regimine eiusdem propter causas supradictas a iure priuatus & priuationem huiusmodi non ignorans immo illam scire uolens eo ipso ꝙ non fuit reuolutus ac pacificam possessionem dictę parrochialis ecclesiæ fuit & incepit tunc malefidei possessor uiolentus aut saltim iniustus occupator & detentor ac præter & contra ius & iustitiam eam occupauit & detinuit in ea sine canonico titulo secure eandem retinendo se intrusit & illam retinuit occupatam etiam per unum duos uel tres annos sequentes continuos a data priuationis prædictę irrogatis & inflicti ipso iure fructus redditus & prouentus illius usurpando & in usus suos conuertendo ex quibus & propter quæ idẽ. N. ad aliud simile & quæcunq; saltem dignitates & alia etiam incompatibilia beneficia obtinenda se reddit ipso iure inhabilem & incapacem. fuitq; & erat ob hoc & alias inhabilis ad dictos canonicatum & præbendã ac Archidiaconatum de quibus hic agitur tunc obtinendum & habendum & ut talis & pro tali &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ubi præmissa non sufficerent prout sufficiunt ponit dictus procurator quo supra nomine & probare intendit ꝙ a supradictis in primo articulo designatis temporibus & per ipsa tempora in ciuitate. N. & infra ipsam fuit esseq; cõsueuit & hodie est quædam ecclesia collegiata dicta communiter & appellata ecclesia &c. habens præpositũ tanq̃ caput pluresq; canonicos capitulum facientes tanq̃ membra & alia signa & insignia ecclesiam collegiatam facientia & demonstrantia &c.

Item ꝙ a dictis temporibus & per ipsa tempora proxime dicta in dicta ecclesia collegiata. N. inter cæteras dignitates fuit esseq; consueuit & hodie est quædam dignitas quæ principalis est in dicta collegiata ecclesia. N. dicta communiter & appellata præpositura. N. in ecclesia collegiata. N. quodq; eadem dignitas præpositura ut præfertur nuncupata fuit & est dignitas in. I. & principalis in. N. ecclesiis antedictis & incompatibilis cum quacunq; alia dignitate personatu officio uel beneficio curato consueto clericis secularibus quotiens eam ua-

uacare contingerit in titulum beneficii perpetui ecclesiastici conferri & assignari ac p eos teneri regi & gubernari. Et q sic fuit & est uerum.

Item q præfatus.d.Io.durante dicta inhabilitate dispensatione non obtenta de anno domini &c.uel circa dictam præposituram.N.quæ dignitas curata in eadem ecclesia.N.ecclesia extitit tunc certo modo uacante & subtractione in regno Franciæ facta Pe.de.N.durante auctoritate ordinarii assecutus extitit & illam per plures annos &c.usq; ad tempus & tempora obitus sui de quo supra in articulis dicti domini Io.tenuit & possedit fructus & prouentus illius percipiendo & in suos usus conuertendo. Et sic fuit & est uerum.

Itē hic specialiter repetit articulos suos pro parte.N.datos & habet hic pro datis & repetitis.

Itē ponit dictus procurator nomine quo supra & si opus fuerit probare intendit qđ præfatus.N.dictam præposituram detinēs & pacifice posidens ut præfertur de anno domini &c.dictos canonicatum & præbendā ac Archidiaconatum ecclesiæ.N.cui cura imminet animarum & quæ dignitas curata in eadem ecclesia ut præfertur existit tūc apostolica auctoritate ut dicitur collata eiusq; possessionem pacificam & quietam adeptus fuit & ipsum Archidiaconatum cum omnibus iuribus & pertinentiis dicto tempore uidelicet per annum duos tres & plures annos continuos & per omnes & singulos menses septimanasq; & dies ipsorum annorum pacifice percepit & percipiebat leuauit & leuabat habuit & habebat in suos usus conuertit & conuertebat scientes & uidentes scireq; & uidere uolētes illis ad quos spectabat eorundem collatio absq; eo q infra mensem annū siue annos duos &c. plures curarunt prouidere nec alio remedio curam seu operam dare. Et sic fuit &c.

Item q dictus quōdam. N. temporibus quibus dictas duas dignitates simul tenebat & posidebat.uidelicet præposituram in L. & Archidiaconatum maiorem in.B.ecclesia ante & post & usq; ad tempus & tempore mortis suæ de qua supradictum est cessauit & abstinuit habuisse uel habere super ipsis uel aliis duobus uel pluribus dignitatibus aut beneficiis incōpatibilibus simul obtinendis uel obtentis retinēdū habilitatione & dispensatione saltem ueras & canonicas quamuis fuit & est absq; eo & præter id q ipse.N. de habilitatione uel dispensatione canonica obtinendo uel detinendo insimul dictas duas dignitates & duo beneficia incōpatibilia uidelicet Archidiaconatum maiorem & præposituram in perpetuum uel ad tempus ab aliquo super hoc potestatem habente obtinuerit seu habuerit aut habeat immo illas duas dignitates & duo beneficia incompatibilia uidelicet Archidiaconatū maiorem.B.& præposituram.N.in. L.ecclesiis prædictis quibus cura imminet animarum insimul per unum duos tres uel plures annos uel menses incompatibiliter & cōtra iuris communis & constitutionis fe.re. Io.Papæ.xxii.quæ incipit execrabilis dispēsationis detinuit & possedit detinebatq; & posidebat dum uiueret pacifice & quiete propter quæ dictis duobus incompatibilibus beneficiis hmōi nō solū priuatus sed ēt dictis canonicatū & præbenda ecclesiæ.B. & ad obtinendū ea & q̄cunq; alia beneficia & ēt ad sacros ordines suscipiendum inhabilis effectus existit. Et sic fuit &c.

Item q de p̄missis oībus & singulis &c.

Item ponit & si necesse fuerit probare intendit q dictus.N.per unum duos tres & plures dies ebdomanas & menses ac etiam annos ante tempus obitus sui de quo supra dictum est nedum in ciuitate sed etiam in diocesi.L.tam in domo paterna quam in aliis locis & domibus quos obtinebat ratione dictorum canonicatus & præbenda præpositurae.N.in ecclesia.L.successiue prout sibi placebat habitationis domum siue larē fouebat & inhabitabat.quōdq; ad tempus dicti obitus per plures dies ebdomadas & menses fuerat absens a dicta ciuitate.L. propter tribulationes quæ tunc ibi uigebant & in aliis locis siue domibus ac habitationibus suis residebat donec audito quōd dominus noster Papa de Constantia ad partes Galliæ & præsertim ciuitatem. S.translati fuerunt. & tunc proposuit ad ueniendum ad Roma. Curiam de loco sancti Bernardi.L.diocesi ubi tunc residebat & inhabitabat iter arripiens ad ipsam Ro.Curiam uiam suam direxit apud. L. & transitum illac faciendo disponere de rebus suis ibi existentibus ut inde uiam suam continuaret usq; ad præsentem locum & curiam Ro.hic.S.existentem. qq; ipse de

dicto loco unde recesserat et ubi puritas & tranquillitas aëris erat ad ciuitatem. L. trāslato ubi aër infectus & pestilentialis erat sicut notum est postquam iam de maiori parte de negociis suis disposuerat iter prædictū continuare uellet morbo pestilentiali præuentus fuit & ultra transire non potuit sed ibidem diem suum clausit extremum.
Et sic fuit &c.

Item ꝙ ciuitas. L. est propinqua huic ciuitati. S. in qua erat prout adhuc est Rom. Cu. ad duas dietas & minus ita ꝙ ista ciuitas. L. &. S. non distant ultra duas dietas immo nec usq; ad duas sed citra duas dietas sunt propinque & diocesis earum contigue. Et ita fuit &c.

Item ꝙ ante tempus & tempore recessus dicti. N. de supradicto loco sancti. B. ubi tunc residentiam faciebat ad ciuitatē. L. ad quam ut præmittitur uenerat transeundo ad Ro. Cu. necnon ante tempus & tempore quo eum ibi infirmitas arripuit & etiā quo recessit. S. do. noster Martinus Papa quintus cum sua Ro. Cu. erat prout hodie est. & residebat prout hodie residet in præsenti ciuitate Viterbiensi. quódq; extunc ꝑ ut exnunc dicta Rom. Cu. ueraciter erat & residebat prout est & residet ac etiam esse & residere reputatur in ipsa præsenti ciuitate Viterbiensi. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis &c.

Item ꝙ ultra præmissa in casum & euētum in quem seu in quos legitime constaret siue appareret præfatum. A. aduersarium dictam parrochialem ecclesiam de qua hic agitur cuiusdam prætense suæ gratiæ expectatiue infra tempus debitum acceptasse & sibi fuisse prouisum de eadem quod nō creditur. procurator dicti domini. N. dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ ꝑfatus dominus noster Martinus in crastinū suæ assumptione ad summi apostolatus apicem & dudum ante dictam prætensam gratiam expectatiuam acceptationem & prouisionem præfati domini. N. aduersarii uoluit & ordinauit ac quandam constitutionē fecit tenoris sub sequenti.

Item uoluit & ordinauit hic inseratur cōstitutio. Et sic fuit &c.

Item ꝙ huiusmodi constitutio fuit legitime dudum ante uacationem dictæ ecclesiæ parrochialis. N. de qua hic agitur in audientia publica litterarum contradictarum dicti domini nostri Papæ lecta ac publice ac in libris cancellariæ Ro. Cu. inter alias cōstitutiones in suo ordine descripta & collocata quódq; iuxta & secundum ipsam cōstitutionem a temporibus & per tempora superius proxime dicta fuit & est cognitum censitum & iudicatum hodieq; cognoscitur censetur & iudicatur palam & publice &c.

Item ꝙ præfatus in præsenti causa aduersarius dictas suas prætensas acceptationem & prouisionem si quæ tamen sint iuxta & secundum constitutionem prædictā malitiose & fraudulenter in loco dicti beneficii publicare cessauit & contempsit ꝙ & propterea huiusmodi prætensa acceptatio & prouisio etiam si de eis legitime appareat fuerint nulle & inefficaces & inualide. Et sic fuit &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli pro Abbate super monasterio apostolica auctoritate collato.

POsitiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet procurator & nomine procuratorio R. in Christo patris & domini domini. P. Abbatis monasterii de. C. ordinis Cistarciensi. C. diocesis partis suæ ac contenta & descripta in eisdem contra & aduersus quendam Iuonem in huiusmodi causa aduersarium & quamcunq; aliam personam pro eo in iudicio legitime interuenientes tam coniunctim ꝗ diuisim ac narratiue & dispositiue de quolibet quibus & eorum singulis petit per partē aduersam seu eius prætensos procuratores siqui sint in Ro. Cu. pro eodem medio iuramento responderi & si negati fuerint se & partem suam ad eosdem probandū in Ro. Curia & extra eam admitti ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringēs de quo expresse protestatur.

In primis namq; dictus procurator quo supra nomine dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ a. x. xx. xxx &c. & centum annis proxime & immediate præteritis citra & supra necnon a tanto tempore & ꝑ tantum tempus de cuius initio siue contrario hominum memoria non existit ciuitas. C. habuit habereq; consueuit prout hodie habet solemnem & notabilem ecclesiam cathedralem

thedralem uocatam communiter & appellatam ecclesiam. C. habētem Episcopum pro tempore tanq̄ caput & quamplures canonicos præbendatos ut membra capitulum eiusdem ecclesiæ facientes & representantes lōgam'q; & latam diocesim ab aliis diocesibus distinctam & separatam alia'q; iura & insignia cathedralem ecclesiam designantia palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ a dictis temporibus & per tēpora supradicta citra & supra inter alia monasteria in dicta diocesi. C. existentia fuit esseq; cōsueuit ꝑut est quoddā solēne monasterium dictum communiter & appellatum monasterium de. C. ordinis Cisterciēsis. C. diocesis habens Abbatem pro tempore tanq̄ caput necnon plures uiros religiosos ut membra conuentum ipsius monasterii inter se faciētes ac ecclesiam claustrum & dormitorium ac refectorium plura'q; alia iura signa & insignia solemne monasterium facientia & demonstrantia palam & publice. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & eorum singula fuerunt & sunt uera publica notoria & manifesta. ꝙq; de his omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ bonæ memoriæ Io. dudum ante tempus & tempore obitus sui infradicēdi fuit & erat Abbas præfati monasterii de C. de quo agitur ac in ipsius iurium'q; & pertinentiarū omnium eiusdem possessione uel quasi pacifica & quieta seq; pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit fuit'q; ab aliis pro tali & ut talis habitus dictus tentus uisus auditus nominatus & reputatus. habebatur'q; dicebatur tenebatur nominabatur & reputabatur palā & publice. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ dictus quondam Io. dum uixit ut præfertur Abbas & possessor dicti monasterii de. C. de quo agitur de anno domini &c. ac dudum ante tempus date. vj. Kalen. Septembris pontificatus. s. d. N. domini Pii Papæ. ij. anno quarto extra Rom. Curiam & in partibus sicut deo placuit extitit uita functus. ꝙq; per ipsius quondam Io. obitum dictum monasterium uacauit & pro uacante reputatum fuit palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus noster dominus. P. diuina prouidentia Papa. ij. & modernus de consilio Reuerendissimorum dominorum Cardinalium de persona ꝑfati. R. patris domini Petri baccalarii formati in theologia ipsum ordinem Cisterciensem expresse ꝓfessum & in sacerdotio constitutum ob meritorum suorum exigētiam eidem monasterio de. C. de quo agitur sic ut præfertur Abbatis regimine destituto & specialiter dispositioni suæ reserua to auctoritate apostolica prouidit ipsum'q; R. patrem dominum. P. dicto monasterio præfecit in Abbatem curam regimen & administrationem monasterii eidem domino. P. in spiritualibus & temporalibus cōmittendo. & alia fecit idem dominus noster prout in litteris apostolicis sub data Pientie anno incarnationis dominice &c. vj. Kalen. Septembris Pont. sui anno quarto desuper confectis ad quas & in eis contenta se refert procurator prædictus nomine quo supra & hic dat pro positionibus & articulis inquantum tamen faciant pro se & parte sua & contra partem aduersam & non alias aliter nec alio modo de quo expresse protestatur plenius continetur. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Itē ꝙ præfatus. R. pater dominus Petrus. L. prouisionem & præfectionem de eo ad dictum monasterium & sibi auctoritate apostolica factas ratas & gratas habuit & habet pariter & acceptas ac litteras apostolicas desuper fieri & expediri fecit ꝓcurauit & obtinuit palā &c. Et ita &c.

Item ꝙ præfatus dominus. P. dudum ante tempus & tempore date prouisionis de eo præfato monasterio facte uidelicet anno incarnationis dominice &c. vj. Kal. Septembris pontificatus domini nostri domini Pii Papæ secundi anno quarto fuit & erat monachus monasterii de oratorio ordinis. C. A. diocesis ac ipsum ordinem. C. expresse professus & in sacerdotio constitutus habitum & tonsuram publice & honeste deferens professorum necnon bachalarius formatus in theologia in & de legitimo matrimonio procreatus & natus in cōmunione fidelium sufficientis ætatis & alias habilis sufficiens & idoneus ad dictum monasterium obtinendum regendū & gubernandum & ut talis & pro tali habitus uisus auditus creditus tentus nominatus & reputatus palā & publice. Et sic &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ præmissis non obstantibus quidam Io. cui ad dictum monasterium de .C. de quo agitur nullum unquam ius cōpetiit neque competit de præsenti se prouisioni & præfectioni prædictis de dicto domino. P. eisdem monasterio & sibi auctoritate apostolica factis indebite opposuit & opponit. ipsumq́ꝫ de & super dicto monasterio multipliciter uexauit inquietauit molestauit & impediuit molestatq́ꝫ uexat inquierat & impedit in animæ suæ peliculū & dicti. R. p. d. P. ptæiudicium non modicum grauamen pariter & iacturam. Et ꝙ fuit &c.

Item ꝙ omnes & singulæ personæ in ꝑductis & producendis descriptæ & nominatæ pro parte sua fuerant & erant ac sunt tales quales in ipsis esse dicuntur ac ut tales & pro talibus habite dicte tente nominate & reputate palam publice communiter & notorie. Et sic fuit & est uerum.

Item hic dat producta & producenda pro parte sua propositionibus & articulis in quantum faciant pro dicta parte sua & nō alias. de quo protestatur.

Item hic dat de notariis & notariorum signis & sigillis & ĩhabilitatibus personarū ut fuit & est moris atqꝫ stili &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus ac singulis fuit & est publica uox & fama.

Quare petit procurator prædictus &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Articuli super mandato de conferendo officium monasterii pro religioso.

POsitiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdē dat facit & exhibet procurator et eo nomine uenerabilis et religiosi uiri domini Io. canoni ci et sacriste sacristie monasterii beate. M. de regali ordinis sancti Augustini. P. diocesis partis sue tam coniunctim quā diuisim ac narratiue et dispositiue quibus et eorū singulis ac singulariter singulis per partem sibi in huiusmodi causa aduersam medio eius iuramento per uerbum credit uel non credit sufficienter responderi. et si negati fuerint se et dictā partem suam ad ꝓbādum illos in Ro. cu. & extra eā et in partibus admitti. remissionēq́ꝫ desuper decerni petit quatenus opus sit, ad superfluā tamen probationem nullatenus se astringēs, de quo expresse protestatur.

In primis enim ꝓcurator prædictus nomine quo supra dicit ponit, et si necesse fuerit probare intendit ꝙ a.x.xx.xxx. etc. et centum annis proxime et immediate præteritis citra et supra ac a tanto tempore, et per tantum tempus de cuius initio siue contrario memoria hominum non exist.t ciuitas. P. habuit habereq́ꝫ consueuit prout hodie habet solemnem cathedralem ecclesiā uocatam cōiter et appellatam ecclesiam cathedtalem. P. habentem saluis uacationū temporibus Episcopum pro tempore ut caput necnon quamplures canonicos præbēdatos et dignitates obtinentes pluresq́ꝫ personas tanquam membra capitulum dictæ ecclesiæ in ex et inter se facientes et repræsentantes longāq́ꝫ & latam diocesim ab aliis diocesibus circūuicinis distinctā et separatam pluraq́ꝫ alia iura signa et insignia solemnem, & notabilem cathedralem ecclesiam facientia & demonstrantia palam & publice. & sic fuit &c.

Item ꝙ ab eisdē tpibus et per tpa supra dicta inter alia monasteria uirorum in diocesi. P. prædicta existentia fuit esseq́ꝫ consueuit prout hodie est quoddam notabile & insigne monasterium uocatum cōiter & appellatum monasteriū beatæ Mariæ de regali ordinis sancti August. P. diocesis habens saluis uacationum tpibus abbatem ꝓ tpe tāq̄ caput & quamplures canonicos regulares siue religiosos & personas dictū ordinem sancti Aug. inibi expresse professos ut membra conuentum dicti monasterii in & ex se facientes & repræsentantes claustrū ecclesiam chorum refectorium dormitoriū & locum capitularem aliaq́ꝫ iura signa, & insignia notabile & insigne monasterium facientia & demonstrantia palam et publice. Et sic fuit et est uerum.

Item ꝙ a dictis temporibus et per eadē tempora citra et supra inter alia beneficia siue officia perpetua in dicto monasterio existentia fuit esseq́ꝫ consueuit prout hodie est quoddam simplex officium uocatū cōiter et appellatum sacristia dicti monasterii beatæ Mariæ de regali quod quondam . P. ipsius monasterii sacrista dum uiueret obtinebat et possidebat uni ex canonicis siue religiosis dicti monasterii in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferri et assi-

gnari ac per talem regi & gubernari solito et consueto palã et publice. Et sic fuit etc.

Item ꝙ dictus quondam. P. dudum ante tempus et tempore obitus sui infradicendi fuit et erat dicte sacristie uerus et indubitatus sactista ac in ipsius sacristie iuriũ'q; et pertinẽtiarũ omnium eiusdem possessione seu quasi pacifica et quieta fructus redditus et prouentus ex eadem prouenientes percipiendo et leuando ac in suos usus conuertendo se'q; pro tali et ut talem habuit tenuit nominauit et reputauit fuit'q; ab aliis pro tali et ut talis habitus tentus et reputatus palam et publice. Et sic fuit et est uerum.

Item ꝙ præfatus quondam. P. existens sic ut ꝑmittitur dictæ sacristiæ sacrista ac in ipsius iurium & pertinẽtiarũ omnium eiusdẽ possessione seu quasi pacifica & quieta fructus redditus & prouentus ex eadem prouenientes leuando & in suos ut præfertur usus conuertendo dudum uidelicet de anno & infra annum domini &c. ac ante. xii. Kalend. Octobris eiusdem anni extra Ro. cu. & in partibus diem uitæ suæ clausit extremum. quod'q; per ipsius quondam. P. obitum dicta sacristia tam de iure quam de facto uere uacauit & pro uacante reputata fuit palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dicta sacristia sic ut præmittitur uacante fe. re. Paulus papa. ii. de illa sic uacante præfato domino. Io. canonico regulari dicti monasteri ac præfatum ordinem sancti Aug. in eodem monasterio expresse professo prouideri mandauit prout in literis apostolicis desuper confectis ad quas & in eis contenta dictus procurator quo supra nomine se refert & hic dat pro positionibus & articulis quatenus tamen ꝓ se parte'q; sua & contra partem aduersam faciãt & non alias de quo protestatur plenius continetur & habetur palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ prænominatus dominus Io. mãdatum de prouidendo huiusmodi sciuit & scit ratum'q; et gratum habuit et habet literas'q; apostolicas desuper fieri fecit et procurauit quas uenerabili et circunspecto uiro domino. G. tũc officiali. A. iudici et executori unico in eisdem literis eius proprio nomine nõ expresso deputato præsentauit ac processus desuper necessarios et oportunis in forma debita seruatis seruandis prl'imatus fulminari et decerni obtinuit alia'sq; et alia fecit et fieri procurauit prout in processibus huiusmodi desuper confectis ad quos et in eis contenta dictus ꝓcurator nomine quo supra se refert hic q; dat pro positionibus et articulis. inquantum tamen ꝓ se parte'q; sua et cõtra partem aduersam faciant seu quomodolibet facere uideantur et non alias de quo protestatur plenius cõtinetur. Et sic etc.

Itẽ ꝙ ꝓmissa omnia et singula fuerũt et sũt uera. ac de eis fuit et ẽ pub. uox et fama.

Item ꝙ dictus dominus Io. dudum ante tempus et tpe date dictarum literarum apostolicarum mandati de prouidẽdo collationis'q; et prouisionis ac processuum prædictorum fuit et erat prout hodie est canonicus regularis dicti monasterii beate. M. de Regali præfatum ordinem sancti. A. expresse professus habitum et tonsuram publice et honeste deferens canonicales et dicti ordinis regulares in et de legitimo matrimonio procreatus etatis sue. xxv. annis maior in communione fidelium et alia's habilis et idoneus ad dictam sacristiam super qua agitur habendum tenendum regendũ et gubernandum. se'q; pro tali et ut talem habuit tenuit nominauit et reputauit fuitq; ab aliis pro tali et ut talis habitus dictus tẽtus nominatus et reputatus habebatur'q; tenebatur etc palam et publice. Et ꝙ sic fuit et est uerum.

Item ꝙ prænominatus dominus. G. executor unicus similiter dudum ante tempus et tpe date dictarum literarum apostolicarum mandati de prouidendo collationisq; et prouisionis ac processuum prædictorum fuit et erat officialis. A. in communione fidelium et alia's habilis et idoneus ad faciẽdum ea quæ in præmissis et circa ea fecisse dicitur se'q; pro tali et ut talem habuit tenuit nominauit et reputauit. fuit'q; ab aliis pro tali et ut talis habitus tentus nominatus et reputatus palã et publice. Et sic etc.

Item ꝙ ab uno duobus tribus quatuor sex octo et decem annis proxime et immediate præteritis citra et supra fructus redditus et prouentus dictæ sacristiæ sup qua agitur summã seu ualorẽ. xv. scutorum auri de regno regis Francie se. com. extı. ua. an. nõ excesserũt nec excedere cõsueuerũt neque excedũt de præsenti. quin imo in et sub

eodem ualore comprehensi fuerunt & cō-prehenduntur palam & publice. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item dat de notariis notariorūq; signis ac sigillis & habilitatibus personarum prout fuit &c.

Item dat producta & producenda in hac causa pro dicta parte sua loco positionum & articulorum quatenus tamen faciant pro se dictaq; parte sua & contra partem aduersam & non alias aliter ultra neque alio modo de quo protestatur.

Item ꝙ præmissis nō obstantibus quidā. T. aduersarius cui in dicta sacristia seu ad illam ullum unq̄ ius competiit neq; competit se gratiæ mandati de prouidendo ac collationi & prouisioni prædictis necnon bono iuri dicto domino Io. in & ad sacristiam huiusmodi competenti & quæsito temere ac de facto cum de iure non potuit neque potest opposuit & opponit impediuitq; & impedit ac fecit & facit quominus gratia mandati de prouidendo necnō collatio & prouisio prædictæ suos debitos sortite fuerint & sortiātur effectus. quinimmo quod deterius est idem. T. se in dicta sacristia intrusit & intrudi procurauit prout intrusus est de præsenti illamq; intrusionis huiusmodi prætextu occupauit & detinuit prout detinet indebite occupatam fructus redditus & prouentus ex eadem prouenientes percipiendo & leuando seu uerius sibi usurpando & in suos damnabiles usus cōuertendo. aliasq; idem. T. aduersarius præfatum dominum Io. in præmissis multipliciter molestauit uexauit perturbauit & inquietauit prout molestat uexat perturbat & inquietat indebite & iniuste in animæ suæ periculum dicti domini Io. B. damnū & iacturam. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera ac de eis fuit & est publica uox & fama.

Saluo iure &c.

Et protestatur prout fuit & est moris.

Articuli super prioratu auctoritate apostolica collato.

POsitiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet ꝓcurator & eo nomine uenerabilis uiri domini. I. prioris prioratus collegiate & secularis ecclesiæ sancti. S. ad. B. sanctæ. F. alias. T. prope pontem. E. L. diocesis partis suæ tā coniunctim q̄ diuisim dispositiue & narratiue omnibus aliis melioribus modo uia iure causa & forma quibus melius potest & debet de iure quibus & eorum singulis ac singulariter singulis petit per partem aduersam medio iuramento per uerbum credit uel non credit responderi. & si negati fuerint petit se & partem suam ad probandum illos in Ro. Cu. & extra eam admitti remissionemq; desuper decerni petit quatenus opus fuerit ad superfluam tamen ꝓbationem nullatenus se astringens de quo protestatur expresse.

In primis quidem procurator antedictus quo supra nomine dicit ponit & probare intendit ꝙ a. x. xx. xxx. & centum annis citra & supra ac per tantum tempus & tempora de quorum initio siue contrario hominum memoria non existit ciuitas. L. habuit habereq; consueuit & hodie habet solemnem cathedralem ecclesiam uocatā communiter & appellatam ecclesia cathedralis. L. habens pro tempore Episcopum tanq̄ caput & quamplures canonicos præbendatos tanq̄ membra capitulum inter se facientes longamq; & latam diocesim ab aliis diocesibus circūuicinis distinctā & seperatam aliaq; iura & insignia solemnem cathedralem ecclesiam facientia & demonstrantia palam publice & notorie. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ inter cæteras seculares & collegiatas ecclesias in dicta diocesi. L. existentes fuit esseq; consueuit & hodie est quædam secularis collegiata ecclesia dicta cōmuniter & appellata secularis collegiata ecclesia sancti. S. L. diocesis habens priorem tanq̄ caput & principalem in dignitate constitutum ut caput & quæ alias habuit plures canonicos capitulum seu collegium inter se facientes aliaq; iura & insignia secularem collegiatam ecclesiam facientia & demonstrantia palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ a supradictis temporibus & per tempora supradicta in antedicta collegiata ecclesia fuit esseq; consueuit & hodie est quædam dignitas prioratus nuncupata q quidem prioratus principalis dignitas in eadem ecclesia existit uni clerico seculari

in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferri & assignari & per talem regi & gubernari solita & consueta & quam quondam. Io. dicti prioratus ultimus possessor dum uixit tenebat & possidebat palam publice & notorie.. Et sic fuit &c.

Item ꝙ a temporibus & per tempora supradictis dictus prioratus fuit & est in supradicta ecclesia principalis dignitas & ꝑ dignitate principali reputatus illiq́ꝫ cura imminet animarum & ad illum non consueuit quis per electionem assumi. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus quondam Io. dudum ante tempus & tempore obitus sui infra dicendi fuit & erat prior dicti prioratus sup quo hic agitur ac in ipsius iuriumq́ꝫ & pertinentiarũ omnium eiusdẽ possessione seu quasi pacifica & quieta fructus redditus & prouentus ex eodem prouenientes percipiendo habendo & leuãdo & in suos usus cõuertendo seq́ꝫ pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit & ab aliis ꝑ tali & ut talis fuit communiter habitus dictus tentus nominatus & reputatus palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus quondam Io. existens ut præmittitur prior dicti prioratus super quo hic agitur ac in ipsius iuriumq́ꝫ & pertinentiarũ omnium possessione seu quasi pacifica & quieta dudum uidelicet ante quintam Kalend. Marcii anno incarnationis domini millesimo &c. extra Ro. Cur. & in partibus diem uitæ suæ clausit extremum. ꝙqꝫ per eiusdem quondam Io. finẽ & obitum dictus prioratus ultimo tunc & uere uacauit ac pro uacante reputatus fuit palam publice & notorie. Et ita fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera &c.

Item ꝙ uacatione dicti prioratus ad notitiam. s. d. N. Papæ deducta idem sanctissimus dominus noster uolens præfato domino Io. meritorum suorum intuitu gratiã facere specialem prioratum prædictum sic ut præmittitur siue alia's quouismodo uacantẽ eidem domino Io. gratiose contulit & sibi de eodem prouidit aliaqꝫ fecit prout in litteris apostolicis desuper confectis ad quas earumq́ꝫ tenorem procurator quo supra nomine se refert & dat hic pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se parteq́ꝫ sua prædicta & contra partem aduersam faciant & non alia's de quo protestatur expresse plenius continetur. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præfatus dominus Io. gratiam huiusmodi sic ut præmittitur sibi factam sciuit & scit illamq́ꝫ ratam & gratam habuit & habet litterasq́ꝫ apostolicas desuper necessarias & oportunas expediri fecit. illasq́ꝫ Reuerendo patri domino Episcopo. V. illarum executori præsentauit. ꝙqꝫ executor processus desuper debitos in forma decreuit & fulminauit & alia fecit prout in instrumento desuper confecto ad quod & contenta in eo procurator quo supra nomine se refert & dat hic pro positionibus & articulis quatenus tamen pro dicta parte sua & contra partem aduersam faciat & non alia's de quo protestatur expresse plenius continetur. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ fructus redditus & prouẽtus dicti prioratus super quo hic agitur ab uno duobus tribus sex octo & decem annis citra & supra immediate præcedẽtibus summam seu ualorem. xl. florenorũ auri de camera se. com. ex. ua. an. non excesserunt neque excedere consueuerunt quinimmo in & sub dicto ualore fuerunt comprehensi & comprehenduntur. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ fructus redditus & prouentus domus seu præceptoriæ sancti. A. de. P. dicte diocesis a supradictis temporibus citra summam seu ualorem centum uiginti florenorum auri de camera se. com. exti. ua. an. non excesserunt neqꝫ excedere consueuerunt. quinimmo in & sub dicto ualore fuerunt & sunt comprehensi & hodie comprehẽduntur palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item similiter ꝙ a temporibus supradictis fructus redditus & prouentus cuiusdã perpetue sine cura capellaniæ ad altare annunciationis beatæ. M. site in ecclesia parrochiali sancti. S. dicti loci de qua dicto domino Io. auctoritate apostolica prouisum extitit & super qua etiam litigat summam seu ualorem uigintiquatuor florenorũ similium secundum extimationem prædictam ualorem annuum non excesserunt neqꝫ excedere consueuerunt. quinimmo in & sub dicto ualore fuerunt comprehensi. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmisis omnibus & singu

lis fuit & est publica uox & fama.

Item q͂ præfatus dominus Io. dudum ante tempus & tempore date gratiæ seu prouisionis uidelicet quinto Kalen. Marcii anno incarnationis domini millesimo &c. fuit & erat in uigesimosecundo anno suæ ætatis constitutus & uenerabilis uiri domini. N. de. P. litterarum apostolicarũ scriptoris natus in & de legitimo thoro procreatus & in uniuersitate studii Bononiensis in iure ciuili studens ac in communione fideliũ aliasq; habilis & idoneus ad dictũ prioratum super quo agitur regendũ tenendum & gubernandum seq; pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit & ab aliis pro tali & ut talis fuit taliter habitus dictus tentus nominatus & reputatus palam publice & notorie. Et sic fuit & est uerum.

Item q͂ præmissis non obstantibus quidam. P. G. assertus clericus in huiusmodi causa aduersarius cui in dicto prioratu seu ad illum nullum ius competiit competit neq; competere potuit temere & de facto cum aliis de iure non potuit impediuit & impederi fecit & facit quominus collatio & prouisio huiusmodi suum debitum consequantur effectum & quod deterius est in dicto prioratu eiusq; possessione seu quasi se intrusit prout intrusus est de præsenti fructus redditus & prouentus ex eodem prouenientes percipiendo & leuãdo & in suos damnabiles usus conuertendo in animæ suæ damnabile periculum dictiq; domini Io. præiudicium non modicum & grauamen.

Item dat omnia & singula in huiusmodi causa producta & producenda loco libelli articulati siue summarie petitionis omnibus melioribus modo uia iure cã & forma quibus melius potest & debet de iure. quatenus tamen pro se parteq́; sua prædicta & contra partem aduersam faciant & non alias de quo protestatur expresse.

Item q͂ omnes & singuli in superius pro parte dicti domini Io. productis & inferius producendis descripti & nominati fuerũt & hodie sunt si uiuunt tales quales in eisdẽ productis & producendis describũtur & nominantur seq; pro talibus & ut tales habuerunt tenuerunt nominauerunt & reputarunt & ab aliis fuerũt communiter habiti dicti tenti nominati & reputati palã publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item q͂ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera publica notoria & manifesta de eisq; omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Itẽ dat de notariis notariorumq́; signis et habilitatibus personarum sigillisq́; & stillo palatii prout fuit & est moris.

Quare igitur petit procurator &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur prout fuit & est moris.

Articuli super resignatione præpositure in manibus capituli.

POsitiones & articulos &c.

Item existentiã cathedralis. N.

Item existentiam ecclesiæ siue monasterii montis beatæ Mariæ uirginis ordinis canonicorum regularium extra muros oppidi. N. N. diocesis.

Item existẽtiam præpositure super qua agitur.

Item q͂ tam de iure cõi q̃ usu more obseruantia & consuetudine legitime præscriptis per tẽpus & tẽpora hominũ memoriã excedentiũ continue citra & supra inuiolabiliter & in concusse tẽtis & obseruatis electio siue ius & potestas eligendi præpositi pro tẽpore ad dictã præposituram super qua agitur dũ & quotiẽs ipsam uacare contigerit spectauit & ptinuit spectareq; & ptinere consueuit prout spectat & ptinet ad priorẽ canonicos & capitulũ ecclesiæ beatæ Mariæ supradictæ solum & insolidum absq; cõsilio & requisitione alterius cuiuscunq; fueruntq; prior canonici & capitulum prædicti in possessione seu quasi iurium p̃missorum sæpeq́; & sæpius præpositum pro tẽpore elegerunt fueruntq; electiones huiusmodi prout hodie si fierent essent ualide & efficaces suumq; debitum sortiri consueuerunt prout hodie si fierent sortirentur effectum casibus a iure exceptis semper saluis. Et sic fuit &c.

Item similiter deduc de iure confirmandi quo ad Episcopum &c.

Item q͂ Otto. N. dudum ante tẽpus resignationis infradicende fuit præpositus ecclesiæ siue monasterii supradicti &c.

Item q͂ præfatus Otto existens ut præfertur præpositus ecclesiæ siue monasterii supradicti de anno domini &c. octaua die

mensis Iunii dictamq; præpositurá in manibus capituli prædicti ac alias sponte & libere resignauit ac eidem cessit & renunciauit ipsa'q; cessio resignatio siue renunciatio admissa extitit. qq; per resignationem cessionem & renunciationem huiusmodi dicta præpositura uere & ultimo uacauit & pro uacante & uacua reputata fuit. Et q sic fuit & est uerum.

Item q dicta præpositura sic ut præfertur per resignationem uacantē. N. prior senior ac. N. N. &. N. canonici ecclesiæ siue monasterii supradicti capitulū ipsius ecclesiæ facientes & repræsentantes seruatis seruandis per uiam scrutinii ac alias riste & canonice præfatum dominum. P. cōcorditer minime prorsus discrepante in p̄positum eiusdem ecclesiæ siue monasterii elegerunt & uota sua in eum direxerunt p ut in decreto electione desuper in forma publica concepto ad quod & in eo contenta se refert procurator prædictus quo supra nomine hicq; &c.

Item q dicta electione riste & canonice ut præfertur celebrata & decreto eiusdē R. p. d. H. Episcopi. N. præsentis idē dominus Episcopus pro parte electi & eligentium supradictorum ut electionem huiusmodi ratam & gratam habere eamq; approbare & confirmare dignaretur debite & legitime requisitus decreta prius proclamatione generali & executa nulloq; opposito re in termino proclamationis huiusmodi ad hoc statuto comparente seruatis seruandis electionem eandem ex officio suo examinauit ipsamq; riste & canonice tā ex electi quam eligentium meritis celebratam repperit ac propterea ipsam electionem sua ordinaria auctoritate approbauit & ratificauit dictum'q; dominum. P. canonice ut præmittitur electum confirmauit et inuestiuit curam & regimen eiusdem præpositure sibi committendo prout in litteris ac documentis desuper editis ad quas & in eis contenta &c.

Item q præfatus dominus. P. existens ut præfertur ad præposituram prædictam super qua agitur r &c & canonice electus ac confirmatus earundem electionis & confirmationis uigore corporalem realem & actualem possessionem dictæ præpositure iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem recepit habuit adeptus & assecutus fuit fructus redditus & prouentus exinde prouenientes pcipiendo & leuando eamq; p multos annos sex uidelicet & ultra ac cōtinue citra usq; ad tempus spolii infradicēdi habuit tenuit possedit & gubernauit palam & publice. Et sic fuit &c.

Item habilitatem Episcopi. N. qui tūc erat.

Item habilitatem electi.

Item habilitatem eligentium uidelicet N. & N. prout in decreto electionis.

Articulos generales.

Item q præmissis non obstantibus quidam. N. assertus canonicus regularis aduersarius cui in seu ad dictam præpositurā nullum unquam &c. neque competit electioni confirmationi ac bono iuri præfati domini. P. sibi in eadem præpositura ut p̄fertur competenti temere & de facto cum de iure non potuerit neq; possit se opposuit & opponit ipsumq; desuper multipliciter uexauit &c. & impediuit fecitq; & facit quominus &c. habere & possidere posset & quod deterius est quidam prætensi canonici eiusdem monasterii siue ecclesiæ sua propria temeritate dictum dominum P. spoliarunt et percusserunt etiam usq; ad sanguinis effusionem læserunt uulnerarūt & incarcerarunt ad dictum. N. aduersariū in & ad eandem præposituram intruserūt prout etiam idem. N. sepedictum dominū P. eadem præpositura spoliauit & se intrusit ac intrusus est de præsenti fructus redditus & prouentus exinde prouenientes usurpando & in suos damnabiles &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super prouisione facta per legatum in partibus.

POsitiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem dat facit & exhibet procurator & eo nomine honorabilis uiri domini. N. canonici in ecclesia sanctorum Pe. & Pau. N. diocesis partis suæ tam coniunctim q̄ diuisim ac narratiue & dispositiue de quo libet &c. quibus singulariter singulis &c.

In primis quidem procurator antedictus q uo supra nomine repetit hæc &c. repet tio iurium & actorum ex quibusquidē sic repetitis clare cōstat de cathedralis ec-

clesiæ.N.& collegiatæ.N.ac Vicariæ super qua agitur existentiis ac de obitu ultimi possessoris scilicet Io.H.ꝙ dicta Vicaria per obitum dicti quondam Io.H.uere & ultimo uacauit ac pro uacante & uacua reputata fuit.

Item ꝙ Reuerendus in Christo pater & dominus dominus.G.Episcopus.N.sacrosanctæ sedis apostolice ad Boemie & Poloniæ regna ac Alamaniæ partes cum potestate legati de latere legatus missus accepta dictæ Vicariæ super qua agitur uacatione notitia dicto domino.N.gratiam uolens facere specialem eandem Vicariam super qua agitur siue per obitum dicti Io.H.ut præmittitur siue alias quouis modo tunc expresso uacantē cum omnibus iuribus & pertinentiis suis auctoritate legationis suæ præfato.N.sub data.N.&c.cōtulit ac de illa prouidit executores deputauit aliasq́ꝫ & alia fecit prout in litteris eiusdem domini Episcopi legati ad quas & in eis contenta procurator prædictus quo supra nomine se refert hicq́ꝫ dat ꝓ positionibus& articulis quatenus tamen pro se &c.neque alio modo de quo protestatur &c.expresse plenius continetur & habetur.Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dictus dominus.N.huiusmodi collationem & prouisionem sciuit atqꝫ scit illāq́ꝫ ratam & gratam habuit atqꝫ habet ac litteras desuper in forma solita & consueta expediri procurauit & fecit illasq́ꝫ uenerabili uiro.N.Decano in.N.eius proprio nomine non expresso executori unico præsentauit quiquidem dominus.N.processus decreuit censuras fulminauit subdelegauit aliasq́ꝫ & alia fecit prout in documentis publicis desuper confectis ad quæ & in eis contenta &c.ut in articulo immediate supra.

Item ꝙ præfatus dominus.N.Episcopus dudum ante tempus & tempore collationis seu prouisionis prædictæ fuit & erat apostolice sedis ad Boemiæ & Poloniæ regna ac Alamaniæ partes cum potestate legati de latere legatus missus ac in Alamania tanq̄ prouincia sibi decreta ut legatus constitutus in exercitio legationis huiusmodi in communione fidelium seqꝫ pro tali & ut talem habuit tenuit & nominauit & reputauit fuitq́ꝫ ab aliis &c.

Item ꝙ dudum ante tempus & tempore collationis & prouisionis prædictus dominus.N.fuit & erat prout hodie est clericus secularis habitum & tonsuram publice & honeste deferens clericales in ex & de legitimo matrimonio procreatus in cōmunione fideliū aliasq́ꝫ habilis & idoneus ad dictam Vicariam assequendam habendā & gubernandā seqꝫ pro tali & ut talem habuit tenuit & nominauit & reputauit fuitqꝫ ab aliis &c.

Item habilitatem executoris.

Item ꝙ omnes & singulæ personæ producte & producende &c.

Item dat de notariis &c.

Item ꝙ præmissis non obstantibus &c.

Super gratia pro familiari ad unum uel duo beneficia.

POsitiones & articulos infrascriptos &c.exhibet procurator & co nomine uenerabilis uiri domini.N.legū doctoris canonici præbendati & scholastici ecclesiæ sancti.N.N.diocesis partis sue tam coniunctim &c.

In primis enim dictus procurator &c. de essentia metropolitanis ecclesiæ.N.

Item existētiam collegiate ecclesiæ sancti.N.N.diocesis.

Item ꝙ similiter ab eisdem temporibus & per eadem tempora inter alios canonicatus& præbendas ac dignitates in dicta ecclesia collegiata sancti.N.N.diocesis fuerunt esseq; consueuerunt prout hodie sunt quidam canonicatus & præbenda ac scolastria & ferculum super quibus ad p̄sens agitur quos quondam.N.ante tempus & tempore obitus sui infradicendi obtinebat clerico seculari uacatione ipsorū occurrente pro tempore in titulum perpetui ecclesiastici beneficii conferri & assignari & per illum uacatione cessante regi & gubernari solitis & consuetis palam & publice.Et sic fuit &c.

Item ꝙ de usu more obseruantia & cōsuetudine legitime præscriptis per tempus & tempora hominum memoriam excedētes inuiolabiliter & incōcusse tentis & obseruatis collatio prouisio præsentatio seu quæuis alia dispositio dictorum canonicatus & præbende scolastrie & ferculi super quibus agitur spectauit & pertinuit spectareq́ꝫ & pertinere consueuit prout hodie spectat

ſtat & pertinet de præſenti ad uenerabiles uiros præpoſitum Decanum capitulum & perſonas prædictas communiter uel diuiſim fueruntq́ʒ præpoſitus Decanus capitulum & aliæ perſonæ prædicte communiter uel diuiſim in poſſeſſione uel quaſi pacifica & quieta iuriumqʒ & pertinentiarũ ꝑmiſſorum ſæpeq́ʒ & ſæpius dictis canonicatum & præbendã ſcolaſtriam & ferculũ contulerunt ſeu de illis diſpoſuerunt communiter uel diuiſim fueruntq́ʒ collationes ſeu diſpoſitiones huiuſmodi prout hodie ſi fierent eſſent ualide & efficaces ſuumq́ʒ debitum conſueuerunt ſortiri prout hodie ſi fierent ſortirentur effectũ reſeruationibus & ꝓuiſionibus ſedis apoſtolice & eius legatis ſemper ſaluis. Et ſic fuit &c.

Item ꝙ ſanctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dominus Sixtus diuina prouidentia Papa quartus uolens præfato N.canonico &c.& legum doctori propter grata familiaritatis obſequia quæ ſibi hactenus impendit apud ipſum de nobilitate generis litterarum ſcientia uite ac morum honeſtate aliiſq́ʒ laudabilibus probitatis & uirtutum merita multipliciter commendato meritorum ſuorum intuitu gratiam facere ſpecialem dudũ uidelicet ſub datũ Romæ apud &c.lxxiij.anno ſecũdo ac ſi ſub data. Kalend. Ianuarii pontificatus ſui anno primo unum uel duo beneficium uel beneficia eccleſiaſticum uel eccleſiaſtica cũ cura prout in bulla auctoritate apoſtolica prouidit executores deputauit alias & alia fecit fieri uoluit atqʒ mandauit prout in litteris apoſtolicis &c.ad quas & in eis contẽta procurator &c.hicq́ʒ dat ꝑ poſitionibus & articulis &c.quatenus tamen &c.neque alio modo de quo proteſtatur expreſſe plenius continetur & habetur palam &publice. Et ſic fuit &c.

Item ꝙ præfatus dominus.N. gratiam apoſtolicam huiuſmodi ſibi ut præfertur conceſſam ſciuit & ſcit illamqʒ ratam &c.

Item ꝙ præfatus Io.dudum ante tẽpus & tempore obitus ſui infradicendi fuit & erat canonicus præbendatus & ſcolaſticus ac in ipſorũ canonicatus & præbende ſcolaſtrie & ferculi ſuper quibus agitur iuriũq́ʒ & pertinentiarum omnium eorundem poſſeſſione ſeu quaſi pacifica & qeta fructus redditus & prouentus exinde prouenientes percipiendo & leuãdo ſeqʒ pro tali &c. fuitq́ʒ ab aliis pro tali &c.prout habetur tenetur nominatur & reputatur palam & publice. Et ſic fuit &c.

Item pone tempus obitus dicti Io.ultimi poſſeſſoris.

Item ꝙ dictis canonicatu præbenda cũ ferculo & ſcolaſtria ſic ut præfertur uacãtibus præfatus dominus.N.gratiæ ſuæ expectatiue proceſſuumqʒ deſuper decretorum uigore illos infra tempus debitum acceptauit & ſibi de illa per diſcretum.N. notarium tanq̃ ſubexecutorem uigore clauſulæ cæterum in dictis proceſſibus contente nominatum & electum prouideri obtinuit prout in documentis publicis deſuper editis ad quæ & in eis contenta procurator &c.refert hicqʒ dat pro poſitionibus & articulis quatenus tamen pro ſe &c. alio modo de quo proteſtatur expreſſe plenius cõtinetur & habetur palam & publice. Et ſic fuit &c.

Item ꝙ præfatus dominus. N. de Edã præpoſitus eccleſiæ ſancti. A.C.dudum ante tempus & tempore date dictarum gratiæ & proceſſus decreti executor apoſtolicus uocabatur his nomine & cognomine N.de edam fuitqʒ ipſe dominus.N.de.E. præpoſitus eccleſiæ ſancti.N.C.ac in ipſius præpoſiture poſſeſſione uel quaſi pacifica & quieta aliaſqʒ habilis & idoneus ad ea quæ in præmiſſis feciſſe dicitur faciendum & exercendum ſeqʒ pro tali & ut talẽ habuit tenuit nominauit &c.

Item pone habilitatem expectantis uidelicet ꝙ fuit familiaris Papæ & ſuus continuus commenſalis ac doctor & procreatus ex militari genere legitimus & ſufficientis ætatis.

Item habilitatem & legalitatem notarii & executoris.

Item ꝙ de præmiſſis omnibus & ſingulis fuit & eſt publica uox & fama.

Item dat de notariis &c.

Item dat producta & producenda &c.

Item quod omnes & ſingulæ perſonæ &c.

Item quod præmiſſis non obſtantibus quidam. N. aſſertus clericus aduerſarius &c.

Articuli pro intereſſe ſuper gratia expectatiua in communi forma pauperum.

AD finem & effectum ut uos. R.p. p. auditorē præfatū honorabilē uirum dominum Io. clericum. N. diocesis iuxta & secundum uim formam & tenorem commissionis desup uobis præsentate pro suo iure & interesse ad hāc causam admittere possitis & ualeatis ac etiam admittatis aliasq; ad omnes meliores finē & effectū parti sue plus utiles & proficuos parti uero aduerse inutiliores & magis nociuos procurator & eo nomine præfati domini Io. partis sue dat facit & exhibet positiones & articulos &c.

Item in primis. & pone existentiam cathedralis ecclesie.

Item pone existentiam ecclesie collegiate in. N. N. diocesis.

Item q ab eisdem temporibus &c. inter alias capellanias in dicta collegiata ecclesia in. N. existentes fuit esseq; cōsueuit, put hodie est quedam capellania ad altare beatæ Mariæ uirginis sita in dicta ecclesia in. N. quam quondam. N. ante tempus & tēpore obitus sui infradicendi obtinebat clerico seculari uacationis ipsius occurrente in titulum perpetui &c.

Item q de usu more obseruantia & consuetudine &c. collatio prouisio seu queuis alia dispositio dicte capellanie super qua agitur spectauit &c. ad uenerabilem & religiosum patrem dominum abbatem & cōuentum monasterii sancti. N. ordinis sancti. N. N. diocesis cōmuniter uel diuisim fueruntq; abbas & cōuentus prædicti in possessione uel quasi &c.

Item Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Sixtus diuina puidentia Papa quartus uolens præfato domino Io. gratiam facere specialem uenerabilibus uiris dominis præposito sancti. V. in. N. N. diocesis. & V. de. N. P. & V. de. N. L. ecclesiarum canonicis per apostolica scripta mandauit & commisit quatenus de uita & conuersatione præfati domini Iohannis sollerter inquirerent. & si eum uite laudabilis & honeste conuersationis reperirent nullumq; beneficium ecclesiasticū obtineret aliudq; canonicum non obstaret de aliquo beneficio ecclesiastico eidem cū cura uel sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari. dummodo in cathedrali ecclesia nō existeret cuius fructus &c. si cum cura &c. prout in bulla duceret acceptandum prouidere curarent in possessionem inducerent aliasq; & alia facerent prout in literis apostolicis desup sub datū Ro. apud sanctum Petrum anno &c. primo cōfectis ad quas & in eis contenta &c.

Item q præfatus dominus Io. gratiam apostolicam hmōi sibi ut præfertur factam sciuit &c. illasq; præfato domino. N. præposito & executori in illis unacum collegis suis ut præfertur specialiter deputato præsentauit qui quidem dominus præpositus constito sibi de suorum collegarum impedimento quodq; executione literarū prædictarum interesse non potuerunt per præfatum dominum Io. legitime requisitus ut ad executionem earundem literarum procederet diligenti inquisitionem de moribus uita & cōuersatione præfati domini Io. aliisq; de quibus in ipsis literis inquisitio fieri mandabatur præhabita præfatū Io. p legitimas & sufficientes pbationes uite laudabilis & honeste conuersationis fuisse & esse reperit quodq; beneficiū ecclesiasticū nōobtinebat nec aliud canonicum sibi obstitit p cessus in talibus fieri solitos decreuit censuras fulminauit subdelegauit aliasq; & alia fecit fieri uoluit & mandauit prout in ipsis processibus siue documentis publicis desuper editis ad quæ & in eis &c.

Item q præfatus quondam. N. dudum ante tempus & tempore obitus sui infradicendi fuit & erat capellanus siue altarista ad altare beatæ Mariæ uirginis in parrochiali ecclesia in. N. prædictis ac in ipsius capellanie super qua agitur iuriūq; & pertinentiarū eiusdē possessione uel quasi pacifica & quieta fructus redditus & prouentia exinde prouenientes percipiendo & leuando seq; pro tali &c.

Item q præfatus quondam. N. existēs ut præfertur capellanus siue altarista ad altare beatæ Mariæ uirginis in ecclesia. N. prædita ac in ipsius capellanie iuriumq; et pertinentiarū eiusdē possessione uel quasi pacifica & quieta dudum uidelicet post ultimam octobris & ante. xxiiii. nouembris mensium anni a natiuitate domini &c. extra Ro. cu. & in partibus diē uite sue clausit extremum quodq; per ipsius quondam N. obitum ultimo & uere uacauit dicta capellania super qua agitur. acpto uacāti & uacua reputata fuit. Et sic fuit etc.

Item q dicta capellania sic uacante

ut præfertur præfatus dominus Io. dictæ gratiæ suæ expectatiue processuumq; desuper decretorum uigore illam infra tempus debitum per honorabilem dominum .N. procuratorem suum ad hoc legitime constitutum acceptauit & de illa sibi per discretum Io. R. clericum. A. diocesis publicum imperiali auctoritate notarium in subexecutorem uiogre clausule ceterum in dictis processibus contente electum in personam procuratoris sui prouideri obtinuit prout in documentis publicis desuper editis ad quæ & in eis contenta procurator &c.

Item q̄ dudum ante tempus & tempore date gratiæ ac decreti processus dominus. N. præpositus ecclesie sācti. V. in. N. uocabatur his nomine & cognomine. N. &. N. fuitq; ipse dominus. N. præpositus ecclesie sancti. V. in. N. prædictis ac præfati college sui. V. &. V. fuerunt & erant respectiue. P. &. L. ecclesiarum canonici ac in ipsorum præpositure canonicatuum & præbendarum respectiue possessione seu quasi pacifica & quieta aliasq; abiles & idonei ad ea quæ in præmisis fecisse dicūtur facienda & exercenda seq; pro talibus & ut tales. &c.

Item pone habilitates personarum expectantis procuratoris notarii.

Itē q̄ ualor capellanie ualorē. xv. mar. ar. non excessit.

Itē q̄ de præmisis omnibus & singulis.

Item dat de notariis &c.

Item dat producta & producenda.

Item q̄ omnes & singule persone.

Item q̄ præmisis non obstantibus &c.

Quare petit procurator prædictus quo supra nomine per uos. R. p. d. auditorem præfatum uestrāmq; diffinitiuam sententia pronunciari decerni & declarari prout latius petetur sui loco & tempore cōgruis & opportunis.

Articuli super molestatione.

DEclarando omnes & singulas materias articulatas pro parte uenerabilis uiri domini. N. datas ad ostēdendum & clare demonstrandū de non iure cuiusdā. B. q̄q; propterea præfatū dominum. N. indebite & inique molestat uexat & perturbat ac ad oēs alios finem & effectum parti sue plus utiles & proficuos parti uero aduerse plus nociuos p̄curatores etc.

Præmisis igitur ueris existentibus prout uerissima sunt in casum & euentum quē seu quos de somniato ex aduerso spolio cōstaret quod tamen non creditur nisi legitime doceatur imo per expressum diffitetur & negatur. ex tunc clare constat de bono iure ipsius. A. & notorio non iure ipsius. B. aduersarii. & cum ipse dominus. A. recte et iuste ipsam ecclesiam posidebat licuit sibi possessionem suam cōtra quemcūq; ipsum turbantem defendere.

Pluribus etiam aliis causis & rationibus suis loco & tempore oportunis dicēdis proponendis allegandis de quo procurator p̄dictus quo supra nomine protestatur solemniter & expresse ipse. B. aduersarius obstātibus non uenit super dicta ecclesia eiusq; prætensa spoliatione quoquo modo audiēdus.

Articuli super prætenso spolio.

DEclarando positiones & articulos ceterasq; materias articulatas in huiusmodi causa pro parte sua datos & exhibitos ac in casum & euentū quē seu quos constat seu aliquo modo constare posset de prætenso ex aduerso somniato spolio ut prætenditur occasione parrochialis ecclesie sancti. M. de. n. de quo hic agitur facto quod nō creditur nisi legitime doceatur extunc in illos casum & euentū nil tamen de intentione partis aduerse con fitēdo sed eam semper diffitendo & negando prout diffitetur & negat ad ostendendum ac clare & manifeste demonstrandum de notorio non iure cuiusdam. L. in huiusmodi causa actoris & per consequens eum uelut interesse non habentem super prætenso spolio non fore nec esse audiendum. aliasq; omnes meliores finem & effectum qui prædicto domino. F. seu ipsi domino. G. & parti sue prodesse partiq; aduerse obesse & nocere poterūt procurator & eo nomine etc.

Super attemptatis.

VT uobis. R. p. domino Io. de. C. auditori clare cōstare posit p uenerabilē dominū Io. assertum officialem curie. C. & quendam. S. assertum

clericum in huiusmodi causa aduersariū siue ad eius instantiā lite coram uobis pendente atque post & contra inhibitationē & legitimam appellationem multipliciter fuisse & esse attemptatum & innouatum ac alias nulliter processum & ad omnes alios meliores finem & effectum parti sue utiliores & magis proficuos aduerseq; parti inutiliores & magis nociuos procurator & eo nomine honorabilis uiri domini. H. partis sue dat facit & exhibet ea quæ sequuntur quibus singulariter singulis medio iuramento per uerbum credit uel non credit ex aduerso sufficienter responderi. & si negata fuerint se & dictam partem suā ad illa probandum admitti petit non ad onus superflue probationis se astringens, de quo protestatur expresse.

In primis enim dictus procurator quo supra nomine nihil de intentione partis aduerse confitendo sed illam penitus & omnino diffitendo & negando reperit hic ac pro repetitis habere uult & intendit omnia & singula in huiusmodi causa acta & actitata producta & producenda quatenus tamen pro se dictaq; parte sua & contra dictam partem aduersam faciant & non alias de quo similiter protestatur.

Ex quibus quidem repetitis actis cōstat primo q̄ pridem ad instantiam præfati domini. H. causa appellationis siue appellationum pro parte sua cōtra quendam. H. litis huiusmodi consortem a quibusdā prætēsis occupationibus siue intrusionibus dictæ parrochialis ecclesiæ in. B. super qua agitur & plerisq; aliis grauaminibus in & de super interiectis appellationibus latius expresis ad sedem apostolicam interpositarum una cum negocio principali super ecclesia prædicta fuit præfato domino Io. commissa cum singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus annexis & connexis & cum ptāte dictum. H. aduersarium & alios quoscunque in eadem parrochiali ecclesia siue personatu intrusos & intrudendos ac sua communiter uel diuisim interesse putantes in Ro. cu. & extra citandi ac in forma inhibendi &c.

Constat etiam ex eisdem repetitis actis q̄ idem dominus Io. auditor uigore dictæ sibi factæ & præsentate commissionis ad instantiā præfati domini. H. citationem legitimam una cum inhibitione suo sub sigillo contra præfatum. H. aduersarium omnesq; & singulos alios in dicto personatu forsan intrusos & intrudendos & sua interesse putantes ad partes decreuit atq; concessit.

Item ultra præmissa dictus procurator quo supra nomine dicit asserit & ponit & si necesse fuerit probare intendit q̄ pridem uidelicet de anno domini. M. &c. lxv. mensis Aprilis die octaua discretus uir Ro. notarius publicus pro parte ipsius domini. H. desuper legitime requisitus dictas literas citatorias cōtra præfatum. S. aduersarium & intrusum in propriam eius personam debite executus fuit ibiq; eadem die octaua & deinde decimanona die eiusdem mensis Aprilis præfato do. Io. P. asserto officiali curie. C. iuxta earundem literarum citatoriarum & inhibitoriarum uim formam & tenorem inhibuit aliaq; fecit prout in documentis publicis desuper confectis ad quæ & in eis contenta dictus procurator quo supra nomine se refert illaq; hic dat pro positionibus & articulis. quatenus tamen pro se dictaq; parte sua & contra partem aduersam faciant & non alias plenius continetur. & sic fuit & est uerum.

Item q̄ deinde ad præfati. S. aduersarii instantiam dictus dominus Io. assertus officialis non obstante litis pendentia huiusmodi atq; post & contra legitimā auctoritate apostolica eis factam inhibitionem prædictas nonnullas prætensas literas citatorias contra & aduersus præfatum dominum. H. ad comparendum coram eo & ad procedendum & procedi uidendum etiam usque ad diffinitiuam sententiam inclusiue in causa prætensarum appellationis & appellationum per eundem. S. aduersarium a nonnullis prætensis molestatione uexatione perturbatione & inquietatione ac prætenso spolio sibi ut asserebat per præfatum dominum. H. super dicta parrochiali ecclesia siue personatu & illius occasione factis & illatis ad sedem apostolicam uel metropoliticā coloniensem alternatiue interpositarum concessit atq; decreuit. illasq; contra eundem dominum. H. exequi fecit uoluit atque mandauit quamuis nulliter & de facto Et sic fuit & est uerum.

Item q̄ idem dominus. H. allegans dicte citationis decretum cum illius executione tanquam lite pendente atq; post legiti-

timam inhibitionem temere & de facto attemptatum fuisse & esse penitus nullum & inualidum, & ꝙ propterea ab eo prouocare & appellare non esset necesse. nihilominus tamen de illorum nullitate protestando a præfato domino Io. asserto officiali & a dictæ citationis concessione siue decreto ac illius in personam cuiusdã domini. H. facta executione aliisq́ꝫ grauaminibus ex his colligibilibus ad sedem apostolicam infra tempus debitum ex abundanti cautela prouocauit & appellauit apostolos petiit aliasq́ꝫ & alia fecit prout in documentis publicis desuper confectis plenius continetur & habetur. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus Io. assertus officialis Colon. ad sepedicti. S. aduersarii importunam instantiam post & contra inhibitionem eis ut præmittitur factam & dictam appellationem temere attemptando nonnullas prætensas literas monitoriales decreuit atqꝫ concessit quarum uigore omnes & singulos parrochianos tam laicos quàm clericos dictæ parrochialis ecclesie siue personatus in. B. & alios quoscunque in executione prætensarum literarum huiusmodi nominandos sub pœna excommunicationis latæ sententiæ monuit & requisiuit ac moneri & requiri uoluit atque mandauit quatenus eundem. S. aduersariũ pro uero persona & rectore dictæ ecclesiæ haberent & tenerent sibiq́ꝫ ut & tanquam uero personæ & pastori dictæ ecclesiæ siue personatus obedirent ac de fructibus redditibus & prouentibus iuribus & obuenientibus uniuersis ad eandem ecclesiam siue personatum spectantibus siue pertinẽtibus responderent & satisfacerent ac per quoscunqꝫ eiusdem ecclesiæ debitores satisfieri procurarent in uilipendium litispendentie ac sedis apostolicæ cõtemptum dictiq́ꝫ domini. H. G. graue præiudicium damnũ & iacturam. Et sic fuit &c.

Item ꝙ similiter sepedictus dominus. H. G. a decreto dicti prætẽsi monitorii pœnalis ac illius executione contra eum facta illorum nullitate salua infra tempus debitum similiter ad sedem apostolicam legitime appellauit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ similiter post & contra dictam appellationem ad sedem apostolicam legitime interpositam præfatus dominus officialis. C. continuo magis attemptando ad sepedicti. S. aduersarii siue procuratoris eiusdem importunam instantiam præfatũ dominum. H. G. pro excommunicato tenẽdum declarauit & ut talem publice denunciari & euitari uoluit atque mandauit mandata desuper denunciatoria decernendo & & nihilominus interdictum ecclesiasticum in parrochiali ecclesia. N. C. diocisis contra eundem dominum. H. G. posuit ac seruari uoluit atqꝫ mandauit licet nulliter & de facto. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt erant & sunt uera publica notoria & manifesta. ꝙq́ꝫ de eis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per uos. R. p. d. auditorem supradictum uestramq́ꝫ sententiam siue ordinationẽ pronunciari decerni & declarari prætensa decreta dictorum prætensorum citationis & monitorii pœnalis & de illis contra præfatum dominum. H. G. factas executiones excommunicationes declarationes interdicti ecclesiastici positionẽ necnon prætensa mandata de tenendo eundem dominum. H. pro excommunicato & ut talem denunciando & euitando ac ecclesiasticum interdictum in dicta parrochiali ecclesia. N. C. diocisis seruando & quecunque inde secuta per officialem. C. ad instantiam importunam præfati. S. de. A. aduersarii litæ pendentæ & post inhibitionem tam sibi quàm dicto officiali auctoritate apostolica factam ac etiam legitimas appellationes ad sedem apostolicam respectiue interpositas facta concessa emanata & executa fuisse & esse nulla & de facto præsumpta ac per uiam attemptatorum reuocanda cassanda & irritanda fore atque per uos reuocari cassari & irritari dictumq́ꝫ. S. aduersarium in expensis in huiusmodi causa coram uobis propterea legitime factis condemnandum fore & per uos condemnari. de expensis autem fiendis ac dãnis & interesse sustinendis dictus procurator quo supra nomine protestatur solemniter & expresse. aliasq́ꝫ in de & sup præmisis sibi fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa tam coniunctim quàm diuisim petit dictus procurator omnibus meliori bus modo uia iure causa et forma quibus

melius & efficacius potest & debet uestrũ desuper benignum officium implorando.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super prætensis attemptatis ad excusandum spolium.

AD ostendendũ prætensa attemptata pro parte cuiusdã &c. in hac cã abulensi beneficii taliter qualiter deducta locum non habere neque iudicare alias ad omnes alios meliores finem & effectum &c.

In primis nãque ꝓcurator nomine quo supra repetit hic atque de nouo reproducit oẽs & singulos articulos & exceptiones ꝑ parte sua in hac causa datas inquantũ tamen pro se ac parte sua &c.

Item ꝙ alias perpetuo beneficio de quo agitur sic ut in dictis articulis cõtinetur uacante & postq̃ dictus. M. se in illis eiusq; possessione intrusit ac intrusus extiterat ꝑfatus. d. Io. cum litteris apostolicis & processibus desuper fulminatis uenerabilem uirum dominum. P. Abbatem &c. adiit & accesit ipsumq; in executorem earundem post requisitionẽ recepit & elegit atque per eundẽ abbatẽ citationem contra dictũ. M. ad comparendum coram eo iustitiam recepturus &c. dicti beneficii decerni obtinuit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ hmõi citatio tã diu in loco dicti beneficii ac parrochiali ecclesia ibi tempore diuinorum populiq; multitudine ac. a. ꝓcurator dicti. M. & ad deseruiendum seu officiandum dictum beneficium nomine & pro parte dicti. M. per eum ad hoc suffiCiẽter cõstitutus & deputatus præsentia de mense Maii anno domini &c. publice lecta publicata & executa fuit publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ eadem citatio de dicto mense Maii anni domini &c. ad ueram & indubitatam notitiam dicti. M. peruenit sibiq; per dictũ. A. eius procuratorem qualiter citatus fuit notificatus & insinuatus extiterit adeo ꝙ nullã potuit prout nec potest ignorantiam prætendere uel allegare palam publice & notorie. &c.

Item ꝙ ueritas fuit & est ꝙ præfatus M. de citatione prædicta certam & indubitatam notitiam habuit seq; citatum fore sciuit sicq; ut prædicitur fuit & est dictum tẽtum uisum auditum creditum & reputatũ diciturq; tenetur & reputatur palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ tempore citationis & illius executione seu publicatione tẽporibus anteq̃ & post præfatus. A. fuit & erat præfati. M. uerus & legitimus procurator ac ab eodem ad deseruiendũ & officiandũ dictum beneficium de quo agitur deputatus seq; etiã pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit ac ab aliis pro tali & ut talis habitus tentus nominatus & reputatus palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ consequẽter dicto. M. per dictũ dominũ Abbatẽ subexecutorẽ ad iudiciũ uocato & citato eoq; non cõparente in eius cõtumaciã idem dominus Abbas diffiniti uam pro memorato. d. Io. dicti beneficii ad iudicatoriam cum fructuum & expensarũ condẽnatione & contra dictum. M. tulit sententiam quæ nulla prouocatiõe suspẽsa in rem transiuit iudicatam & sibi litteras executoriales in forma debita decreuit & concessit quarũ uigore præfatus dominus Io. possessionem dicti beneficii & sic auctoritate superioris apprehendit & assecutus extitit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ consequenter de aliqua prætensa appellatione ut prætenditur a dicta sententia diffinitiua interposita legitime constaret prout non constat illa fuit & est unica & sola uice duntaxat & non pluries & hoc die nona mẽsis Iunii anni domini &c. & sic post lapsum decem dierum a tempore late senten tiæ taliter & friuole ac inaniter interiecta necnon per tẽpus discursum deserta adeo ꝙ nullum impedimentũ præstare potuit neque præstat. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Et præmissis quatenus facti sunt &c.

Saluo iure &c.

Articuli ad ostendendum rem iudicatam.

AD omnes meliores fines & effectus parti suæ magis proficuos partiq; sibi in huiusmodi causa aduerse. &c.

In primis igitur procurator prædictus

quo supra nomine ponit & probare intēdit ꝙ alias de anno domini &c. coram uenerabili uiro. d. Io. &c. iudice auctoritate apostolica recepto siue deputato fuit inter dictum dominū. A. &c. ex una & quendam. G. aduersarium de & super dicta dimidia portione &c. de qua in pñti cā agitur & ipsorum occasione partibus ex altera lis seu cā in partibus introducta & inter ipsas partes prædictas aliquandiu pependit indecisa. Et ita fuit &c.

Item ꝙ lite seu cā hmōi sic ut præmittitur inter dictas partes in partibus corā dicto. d. Io. indecisis pēdentibus præfatus. d. Io. seruatis seruādis legitimeq́ꝫ & ricte procedens diffinitiuā hmōi dimidie portionis de qua agitur adiudicatoriā ꝓ dicto. d. A. & contra pfatum. G. aduersarium promulgauit sententiā prout in instrumento publico desuꝑ confecto &c. ac illud & in eo cōtenta hic dat loco exceptionū ad effectum repellendū dictum. G. aduersarium quatenus tamen pro se & parte sua &c.

Item ꝙ præd ctus. G. aduersarius hmōi sententiam ricte & legitime ac iuste prolatam etiam considerans illi acquieuit & eā expresse approbauit & emologauit prout in instrumento publico desuper confecto ad quod & in eis contenta &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera &c.

Petit igitur procurator &c. ꝑ uos. R. patrem usque ad diffinitiuā sñiam pronūciari decerni & declarari molestatione ēt præfatūq́ꝫ. G. aduersariū in hmōi causa etiam contra dictum. A. inchoata obstante dicta re iudicata nullatenus esse audiendum neque audiri debere &c.

Articuli ad ostendendum nullitatem prætense appellationis a diffinitiua sententia.

AD ostendendū nullitatē prætense appellationis a diffinitiua sententia per. R. p. d. G. auditorem lata per quendam. G. ut prætenditur interpositæ ac aliās omnes meliores finem & effectū quibus id parti suæ prodesse &c.

In primis ponit & probare intendit ꝙ præfacta prætensa appellatio salua semꝑ ipsius nullitate fuit & est unica & sola ac unica & sola uice taliter qualiter. s. per nō partem & per illum cuius non intererat interposita & hoc anno a natiuitate domini &c. die. N. mensis. N. statim post prandiū circa horam. xv. & etiam prout in actis apparet. Et sic fuit &c.

Item ꝙ prætensa substitutio. T. cuius ꝑtextu a præfata diffinitiua domini G. &c. ut ex aduerso ꝑtenditur appellatum & apostolos petitum fuit & est una & sola ac unica & sola uice & hoc ꝑ magistrū. P. &c. assertū procuratorē facta uidelicet anno mense & die proxime allegatis hora meridiei eiusdem diei uel quasi prout in prætenso prothocollo desuper apud acta producto plenius continetur. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter & absque eo ꝙ aliqua ꝑtensa appellatio a præfata diffinitiua sententia nunquam aliter seu alio tempore quam supradictum est & in actis constat aut ꝙ dictus. T. unq̄ aliter & præsertim ante præfactam horā meridiei fuerit aut reperiatur cōstitutus seu per quēuis substitutus ad appellandū ab huiusmodi diffinitiua sententia apostolos petendū saltem de quo ex actis dictæ causæ aut aliās hactenus constare potuerit siue possit saltem legitime quinimmo cessauit & cessat dictas prætensas appellationem interpositam & substitutionē factā fuisse uel esse aliter aut alio tempore q̄ prout prædictum est. Et sic fuit & est uerum.

Præterea ad ostendendū ꝑtensam substitutionē quæ est facta & per. S. de. T. per aliquas horas & plurium horarum momēta sequi prætensam appellationē antedictā & per consequens eandem appellationem esse nullam tanq̄ per non procuratorē nuliter interpositā procurator prædictus quo supra nomine dat facit &c.

Item ꝙ secundū hominū cōem opinionem & ueram experientiam festum sancti Viti quod est. xv. mensis Iunii fuit esseq́ꝫ consueuit ac est longior dies artificialis totius anni. Et sic fuit &c.

Item ꝙ in testamento huiusmodi ac ꝑ aliquos dies ante & post usqꝫ ad ortum solis diei immediate sequentis exclusiue habuit & habere consueuit ac habet saltem in alma urbe Ro. ubi tēpore ꝑtensarum appellationū & substitutionū residebat prout residet de pñti ad minus octo horas integras & nō pauciores. & sic de. xxiiii. horis diei naturalis restat ꝙ die artificiali a solis

ortu usq; ad occasum inclusiue.xvj.hore. Et sic fuit &c.

Item q diuidendo per medium dictas xvj.horas pro die artificiali restantes remanent octo horæ ab ortu solis ante meridiem & octo hore post meridiem usq; ad occasum.& sic coniungendo dictas octo horas ante meridiem cum octo horis noctis hora meridiei in præfato festo sancti Viti aut circa est hora.xvj.ad minus & non infra secundum horologium Ro. Et q sic fuit & est uerum.

Item q post festum sancti Viti dies artificiales incipiunt decrescere prout decrescunt continue per spacium mensis uel citra.& iuxta communem hominum opinionem usq; ad festum sanctæ Luciæ uirginis. Et sic fuit &c.

Item q præfacta quarta die mensis. A. hora meridiei fuit & esse consueuit ac est secundum præfactum horologium Rom. hora.xvij.parum plus uel minus. De præmisq; omnibus & singulis fuit & est assertio uulgaris ac publica uox & fama. Et sic fuit & est uerum.

Præmisis igitur ueris existentibus prout uera sunt clare constat præfactam prætensam substitutionem per aliquos dies & plura horarum momēta fuisse factam post præfactam prætensam appellationem & propterea eandem prætensam appellationem tanq̃ per non procuratorem interpositam fuisse & esse nullam &c. nullitatis uitio subiacere.

Et præmissa quatenus facti sint & in facto consistant sibiq; onus probandi illa incūbit offert se procurator prædictus &c. de quo protestatur petens propterea super huiusmodi nullitatis articulo pronunciari prout sibi in actis causæ huiusmodi petitum est.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super restitutione aduersus sententiam.

PRo uerificatione commisionis uobis. R.p.d.N. sacri palatii causarum apostolici & præsenti ac partibus infrascriptis auditori p.s.d.N.M.diuina prouidentia Papam quintum auctoritate apostolica deputato pro parte uenerabilis uiri.N.rectoris parrochialis ecclesiæ.N.successiue præsentatarum & ad finem & effectum ut uobis domino auditori constet & ualeat constare de bono iure dicti.N.& de non iure.N.aduersarii in parrochiali ecclesia prædicta cum annexis & cōnexis ipsum dominū.N.ualeatis restituere & restitutio aduersus certam prætensam diffinitiuam sententiam pro dicto Io. & contra Ro.antedictum super dicta parrochiali ecclesia.N.per uenerabilem uirū dominum Io.de To.coauditorem uestrū ut prætenditur latam necnon per modum libelli siue petitionis summarie & alias ad omnem meliorem finem & effectum quæ pro parte dicti domini Ro dat facit & exhibet positiones & articulos infrascriptos necnon dat & asserit ponit & assignat & si necesse fuerit probare intendit ea quæ sequuntur citra tamen superfluam probationem &c.

In primis dicit asserit & ponit & probare intendit q a decem uiginti &c.de existētia ciuitatis & cathedralis ecclesiæ ut in forma.

Item quod in dicta diocesi sunt duo beneficia annexa & infra ipsam diocesim inter cætera ecclesiastica beneficia in eadē diocesi constituta & existentia fuerunt esseq; consueuerunt & hodie sunt parrochialis de.N.& Archipræsbiteratus de.N.dicte diocesis simul annexe habens dicta parrochialis ecclesia plures parrochianos utriusq; sexus existentes &c.

Item q ab eisdem temporibus & per ipsa tempora antedicta de dictis duobus uidelicet parrochiali ecclesia & Archipresbiteratu prædictis parrochialis ecclesia de N.fuit esseq; consueuit & hodie est principalis & Archipræsbiteratus de.N.eidem annexus qq; tales a prædictis temporibus & per ipsa tempora antedicta fuerunt reputati tales prout hodie ex reputatione publica habentur dicuntur & nominantur palā publice & notorie ac manifeste.

Item quod a temporibus & per tempora antedicta de usu more obseruantia & cōsuetudine legitime præscriptis & inconcusse tentis & obseruatis præsentatio seu ius præsentandi personas idoneas ad dictam parrochialem ecclesiam.N.& Archipresbiteratum simul annexos obtinendū quotiens locus uacationis eiusdem occurrit ad

uenera-

uenerabiles uiros. N. & . N . collatio uero et institutio eiusdem ad Re. patrem dominũ episcopum. N. pro tempore existentem diuisim pertinuerunt & pertinere consueuerunt & hodie pertinent & spectant habueruntq; & habere consueuerunt a prædictis temporibus prout hodie habent prædicti domini. N. ius eligendi & presentãdi & prædictus dominus episcopus ius instituendi & conferendi & alias de ipsa parrochia disponendi. Et sic fuit et est uerum.

Item præmissa omnia &c.

Item ꝙ a prædictis temporibus & per tẽpora prædicta &c. ꝙ est ecclesia collegiata habens decanum tanquam caput & plures canonicos &c. pone de existentia.

Item ꝙ ab eisdem temporibus &c. dat ꝙ in illa ecclesia collegiata inter cetera beneficia ecclesiastica & officia &c. est quoddã officium curatum uocatum sacristia consuetum clericis secularibus &c.

Item ꝙ ab ipsis temporibus & per ipsa tempora dictus sacrista & quilibet dictam sacristiam obtinens plures parrochianos habuit & habere consueuit prout habet modernus quibus ecclesiastica sacrastia ut uerus rector administrare consueuit. quodq; ipsa sacristia ab ipsis temporibus prædictis & per ipsa tempora fuit esseq; consueuit curata prout hodie habetur & reputatur palam &c.

Item ꝙ a temporibus & per tempora supradictis de usu more &c.

Item ꝙ Io. &c. dat de morte & uacantia sacristie.

Item ꝙ uenerabilis uir camerarius & capitulum dictæ ecclesiæ sancti. P. N. dudũ. xxiiii. mensis Martii anni &c. uenerabilem uirum. N. ad obtinendum sacristiã ipsam & ad effectum ipsum instituendum in ea ac eam sibi conferendam. R. p. d. R. N. episcopo per suas patentes & publicas literas præsentarunt qui quidem dominus . A. Episcopus præfatum dominũ. N. sic sibi præsentatum in ea sacristia instituit & de eadem sibi prouidit die. xxv. mensis prædicti Martii anni &c. prout in literis super hoc confectis latius cõtinetur quas hic pro positionibus & articulis quatenus pro parte sua & contra partem aduersam faciant dictus procurator quo supra nomine hic dat & non aliter alias neque alio modo.

Item ꝙ præfatus dominus. N. post datã præsentationis institutionis & collationis prædictarũ de ipsa sacristia ut præmittitur sibi auctoritate ordinaria factarum sacristiam ipsius ecclesie sancti. P. prædictã tunc sic ut præmittitur uacantem auctoritate ordinaria sibi collatam & ante. xxvii. diem mensis Martii anni prædicti. N. extitit pacifice assecutus. Et sic fuit &c.

Item ꝙ dictus dominus. N. dudum per longa tempora ante tempus & tempore date præsentationis institutionis & collationis prædictarum & assecutionem sacristie præfate pacifice obtinuerat & obtinebat parrochialem ecclesiã de. N. & archipresbiteratum. N. prædictos simul annexos. Et sic fuit & est uerum.

Item ponit & probare intendit ꝙ in ciuitate & dioecesi. L. fuit & est consuetudo lõge præscripta & a tantis temporibus citra obseruata ꝙ de contrario memoria hominum non existit ꝙ quando fiunt præsentationes per patronos ad beneficia uacantia per tales præsentati in uim præsentationis huiusmodi nullis factis proclamationibus & bannis contra sua interesse credentes cõsueuerunt institui. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de similibus usu more obseruantia & consuetudine legitime præscriptis in eisdem ciuitate & dioecesi. L. fuit tentum usitatum & obseruatum ꝙ quando contingit uacare aliquod beneficium ecclesiasticum in collatione alicuius patroni ꝙ ipse patronus sine aliquo interuallo temporis illud potest conferre & de eo disponere reseruationibus apostolicis cessantibus. Et sic fuit & est uerum.

Item dicit ponit & probare intendit ꝙ præfatus. R. pater dominus. A. Episcopus . N. dudum. xxvi. mensis Martii anni prædicti &c. ecclesiam parrochialem de. N. & archipræsbiteratum prædictos simul annexos per assecutionem dictæ sacristiæ per antedictum. N. illos obtinens auctoritate ordinaria ut præmittitur factam uacãtes alias quouismodo & per quãcunque personam uacare censeretur cum suis iuribus uniuersis & pertinentiis discreto uiro Ro. N. præsenti tunc sufficienti & idoneo & acceptanti pleno iure contulit & de eis sibi prouidit prout in literis auctenticis ipsius domini Episcopi sub data diei. xxvi. mensis Martii anni prædicti. N. plenius cõtinetur

quas & in eis contenta hic dictus procurator quo supra nomine dat pro positionibus & articulis inquantum pro parte sua & contra partem aduersam faciunt & facere possunt et non alias aliter ultra nec alio modo.

Item ꝙ parrochialis ecclesia de. N. & archipræsbiteratus prædicti simul annexi per assecutionem pacificam de dicta sacristia per præfatum dominum. S. ut præmittitur post. xxiiii. diem mensis Martii anni supradicti auctoritate ordinaria & ante. xxvii. diem dicti mensis Martii eiusdē anni factam uacarunt & reputati fuerunt uacare palam publice communiter & notorie.

Item ꝙ præfatus dominus Ro. collationem institutionem & prouisionem de parrochiali ecclesia de. N. & de archipræsbiteratu prædictis simul annexis ut præmittitur factas ratas & gratas habuit pariter & acceptas & literas super eis fieri procurauit & fecit. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus Ro. dudum infra. xxv. dies post datam collationis de prædictis parrochiali ecclesia & archidiaconatu sibi ut præmittitur factis uigore ipsius possessionem corporalem realem ipsarum habuit tenuit & possedit pacifice per plures annos prout tempore turbationis ꝑ præfatum. Io. indebite prestite illam obtinebat. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de usu more obseruantia & consuetudine legitime præscriptis necnon inconcusse tentis & obseruatis & a temporibus & per tempora de quorum contrario hominū memoria non existit institutio omnium beneficiorum curatorum seu quorumcunq; beneficiorum & officiorum curatorum in ciuitate & dioecesi. L. sitorum spectauit & pertinuit ac spectare & pertinere consueuit prout hodie pertinet & spectat ad Reuerendum in Christo patrem dominum. L. archiepiscopum pro tempore existentē quodq; a prædictis temporibus obseruatum fuit ꝙ ipse dominus archiepiscopus pro tempore quoscūq; per illos ad quos de iure alias præsentatio seu electio spectat in beneficiis hmōi ꝑuidere cōsueuit. & sic.

Item ꝙ præfatus dominus Ro. dudum ante tempus & tempore date collationis prouisionis & institutionis de prædicta parrochiali ecclesia & archidiaconatu prædictis simul annexis ut præmittitur sibi factis fuit & erat clericus &c.

Pone de habilitatibus ipsius.

Item ꝙ dictus Io. m. in præsenti causa aduersarius cui in seu ad dictam parrochialem ecclesiam nūquam aliquod ius competiit collationem institutionem & prouisionē possessionis assecutionem prædictas ac iuri & titulo eidem Ro. in eadem ecclesia & archidiaconatu simul annexis de facto cum de iure non possit opposuit & opponit impediuit & impedit ac fecit & facit quominus præfata collatio institutio & prouisio suum debitū sortiantur effectum ac ipse dominus Ro. ualuerit & ualeat corporalē possessionem dictæ suæ ecclesiæ cū suis annexis iuriumq; & pertinentiarū omnium eorundē pacifice tenere & habere in ipsius Io. N. aduersarii anime detrimentum & ꝑfati domini Ro. & iuris sui non modicū ꝑiudiciū damnū & grauamē. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ipse Io. N. aduersarius querens dicto domino Ro. parrochialē ecclesiam de. N. & archidiaconatū prædictos simul annexos subtrahere ꝑ uias exquisitas & indebitas causam dudum super ipso solo archidiaconatu. N. contra dictum dominū Ro. obtinuit committi in Ro. curia uenerabili uiro domino Io. de. T. coauditori nostro & uigore commissionis huiusmodi citatione supra decreta præfatū Ro. in partibus super ipso solo archidiaconatu. N. citari & eundem super eo solo primo coram ipso domino Io. auditore in causam traxit.

Item ꝙ prædictus Io. deinde in causa prædicta sic mota sup archidiaconatu contra ipsum dominum Ro. processit ad obseruationem omniū & singulorū terminorū de stilo palati obseruari solitorū per audientiam contradictarum. Et sic fuit &c.

Item ꝙ postmodum & successiue prædictus Io. N. per quandam prætensam cōmissionem obtinuit ꝙ omnes & singuli termini simul & semel & unico contextu reiterarentur ipso Ro. modo citato per audiētiam contradictarum & ꝙ in dicta causa ꝑinde procederetur ac si in dicta prima commissione prætēsa de ecclesia de. N. principali & de archidiaconatu prædictis simul annexis nec expresse nec specialis expressio facta ꝙ causa super eisdem primo commissa fuisset & ꝙ ipso Ro. super ipsa ecclesia parrochiali de. N. nunquam citato nisi per audientiam contradictarum per talem præcipitantiam & exhorbitantiam

quandam prætensam diffinitiuam sententiam in uim cuiusdam prætensæ gratie si neutri super ipsis parrochiali ecclesia & archidiaconatu prædictis pro se & contra eũdem Ro.cũ expẽsarũ solum condemnatione asseritur obtinuisse a qua pro parte dicti Ro.processum huiusmodi ignorantem appellatum non extitit & sic transire asseritur in rem iudicatam siue prætẽditur literasq; executoriales etc.sup ea obtinuisse cuiusq; dẽ ꝑtẽse sentẽtie tenor sequtur &ẽ talis.

Christi nomine inuocato,&c.

Ita pronunciaui ego &c.

Item ꝙ ipse dominus Ro. mandatis apostolicis & ipsius domini auditoris obedire uolens quantum potuit possessionem ipsius parrochialis ecclesie de.N.&archidiacõatus simul ãnexis ipsi Io.N.dimisit nec restat parere nisi quo ad expensis.

Item ꝙ dictus dominus Ro.dudum de anno &c.& de mẽse.N.eiusdem anni,procuratoriũ mandatũ pro defensione sua super archidiaconatu super quo citatus fuerat ad eandem curiam per dominum. P. N.dudum ante datam dicte prætense sententie miserat & misisse dicebatur. Et sic.

Item ꝙ præmisis expositis.S.d.N. Pape & ꝙ nec talia contingerent ipsum Ro. ita dicta sua ecclesia priuari &ne in ea eidẽ Io.N.daretur uitiosus ingressus & ꝙ idem Ro.paratus erat incontinenti & infra octo dies de bono iure suo ante datam dictæ gratiæ Si neutri legitime docere. & paratus erat ꝙ omnes termini simul obseruarentur & stare unice sententie si Io.N. hoc uellet pro parte sua idem & deinde per aliam & ultimam commisionem ꝙ ipse Ro. paratus erat docere de iure suo infra quinq; dies sanctissimus dominus noster Papa uobis. R.patri domino auditori prædicto commisit & mãdauit & non obstãte ipsa prætẽsa sententia causãq; hmõi super principali uobis eidem inter dictas partes commisit cum potestate citandi eundem Io.N.in Ro.curia & extra eam & ipsum ad cautelam absoluendum.Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ uos.p.R.ad instantiã dicti Ro. citationem contra dictum Io.N.ad partes uigore dicte prime commissionis uobis super hoc facte decreuistis ipseq; Io.N.uigore illius in illis partibus personaliter apprehensus citatus & requisitus legitime fuit. Et sic fuit & est uerum,

Item ꝙ si constat seu constare posit de prætense gratie si neutri dicto Io.ut prætenditur per sanctissimum dominum nostrum Papam modernum facte ꝙ illa prætensa gratia si neutri fuit unica ac sola & unica uice dũtaxat sub data Romæ apud sanctum Petrum quinto Kalen.maii pontificatus domini nostri Pape anno quarto quæ fuit die.N.mensis.N.&c.Et ita fuit &est.

Item ꝙ per longa tempora & per plures annos ante datam prætense gratie si neutri præfatus Io.N.uidelicet ante.xxvii. diem mensis.A.anno domini &c.quæ fuit data ipsius prætense gratie si neutri ius specialiter in eisdem parrochiali ecclesia.N.& archidiaconatu prædictis fuerat dicto domino.R.per dictam collationem ordinariam quesitum ipsi.R.in eadem plenissimũ ius per longa tempora ante datam ipsius prætense gratie si neutri ipsum clarissimũ ius habere ac post solus ius habuit in ipsis prout hodie habet.Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ in euentum in quem cõstaret de prætensa sententia ut præmittitur pro dicto Io.N.lata ꝙ illa fuit sola & unica ac sola & unica uice lata uidelicet sub data.N. diei mensis.N.anni &c.Et sic fuit &c.

Item ꝙ cum aliis de annis domini &c. præfatus.R.diligentiam faceret de obtinẽdo restitui aduersus prædictam prætẽsam sententiam ipse Io.N.&.R.; prædicti certum factum concordatum inter se habuerunt de concordando in ciuitate. L. super dictis beneficiis &ꝙ quilibet eorum coram certis peritis in eadem ciuitate deberet dare iura sua & stare ordinationi illorum. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dictus.R.infra certum terminũ concordatum hoc facere se obtulit.sed dictus Io.N.hæc facere denegauit. sed melius ad ipsam parrochialem ecclesiam cũ sibi annexis iure uel iniuria obtinere illam conatus fuit assequi uigore dicte prætense sententie & in ea se intrusit prout hodie in ea intrusus est.

Item ꝙ ipse.R.propter huiusmodi promisionem per ipsum Io. N. de se submittendo in ciuitate. L.iudicio peritorum se submiserat & etiam prius non potuerat propter tribulationem guerrarum in illis partibus uigentium facere diligentiam in curia Roma. super prosecutione dicte restitutionis & quantum citius potuit

pro ea & iuris sui prosecutione amisit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmisis existentibus ueris prout uera sunt manifeste constat de legitimo impedimento dicti. R. & ꝙ per ipsum non stetit quomodo iura antedictam latam sententiam prætensam fuerunt producta ꝙq; uel manifeste apparet ꝙ dicta prætēsa sententia ut præmittitur iuribus dicti. R. non productis & ipso legitimo impedito & post diligentiam possibilem lata fuit & est nulla inefficax inualida nulliusq; roboris uel momenti & lata prætextu dictæ prætense gratiæ si neutri sub data. v. Kalend. Maii pontificatus dicti nostri Papæ anno quarto. Et sic fuit &c.

Item ꝙ propter præmissa & ipsis existē tibus ueris prout uera sunt præfatus dominus. R. uenit restituendus aduersus prædictam prætensam sententiam contra eum ut præmittitur latam. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus &c.

Item dat producta & producenda pro parte sua in hac causa ꝓpositionibus & articulis inquantum faciunt & facere possunt pro dicta sua parte & contra partem &c.

Item dat de notariis signis & sigillis &c.

Et protestatur &c.

Petit igitur dictus procurator nomine quo supra per uos. R. in Christo patrem domino. N. auditorem sacri palatii causarum apostolici & præsentis causæ auctoritate apostolica deputatū & uestram sententiam interlocutoriam pronunciari decerni & declarari præfatum dominum. R. fuisse & esse restituendū & per uos restitui aduersus prædictam prætensam sententiam contra eum ut præmittitur latā iuxta & secundū tenorem commisionis super hoc factis & ad instantiā dicti. d. R. uobis ꝓsentatis.

Insuper petit dictus procurator nomine quo supra per uos dominum auditorē uestramq; diffinitiuam sententiam pronūciari decerni & declarari per dictum dominū Io. coauditorem uestrum in dicta causa q̄ coram eo ut præmittitur uentilata fuit & nunc uertitur coram uobis inter ipsum. d. R. ex una parte & præfatum Io. de & super parrochiali ecclesia de. N. & Archidiaconatu. N. simul annexis & connexis. N. diocesis prædictis & eorum occasione partibus ex altera nulliter & de facto seu saltem fuisse & esse processum sententiatū & diffinitum dictamq; prætensam sententiam reuocandā fore & per uos reuocari & pro parte domini. R. ab eodem domino auditore eiusq; prætensa diffinitiua sententia bene fuisse & esse appellatum necnō uestra diffinitiua sententia pronunciari decerni & declarari post dictam collationem institutionem prouisionem ipsi. d. R. parrochiali ecclesia. N. Archidiaconatu prædictis auctoritate ordinaria ut præmittitur factis possesionis assecutionem & etiam omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica suumq; debuisse & debere sortiri effectum præfatosq; parrochialem ecclesiam & Archidiaconatum ad dictum. d. Io. spectasse & pertinuisse ac spectare & ꝑtinere de iure sibiq; adiudicandū fore & adiudicari & dicto. N. aduersario nullum ius competiisse neque cōpetere in eisdem parrochiali ecclesia & Archidiaconatu neq; ad eos ipsumq; Io. N. aduersarium amouendum fore & per uos amoueri ab occupatione & detentione parrochialis ecclesiæ & Archidiaconatu prædictis iuriumq; & pertinentiarū omnium earundem præfatumq; dominum. R. N. per uos fore introducendū in & ad corporalem possessionē parrochialis ecclesiæ & Archidiaconatus prædictis præfatasq; oppositiones occupationes & detētiones ac impedimenta prædicta fuisse & esse temerarias illicitas & iniustas ac de facto præsumptas ac temeraria illicita indebita & iniusta & de facto præsumpta dictoq; Io. aduersario super oppositione occupatione & impedimentis ac parrochiali ecclesia & Archidiaconatu sibi ꝑpetuum silentium imponendū fore & per uos imponi ipsumq; dominum Io. cōdemnandū fore & per uos condemnari in fructibus ex parrochiali ecclesia & Archidiaconatu prædictis perceptis & in expensis coram uobis legitime factis & de percipiendis & faciendis protestatur & alias in de & super præmissis sibi dicto nomine fieri iustitiæ complementum uestrum insuper benignum officium humiliter implorando.

Et prædicta omnia & singula dicit & petit dictus procurator nomine quo supra cō iunctim & diuisim & aliis omnibus melioribus modo & forma quibus fieri potest & debet.

Et quatenus prædicta in facto consistāt & onus probandi dicto domino. R. incum

bit petit per uos. R. p. d. auditorem prædictum compelli dictam partem aduersam ad respondendum singulariter singulis positionibus. & si negati fuerint offert se nomine prædicto illa probaturum & petit se & partem suam admitti ad probandũ eadem in curia & extra. ad superfluam probationem nullatenus se astringens. aliter ꝓtestatur de grauamine & appellando.

Articuli super gratia si neutri.

PRo uerificatione gratiæ si neutri uenerabili domino. G. auditori in hac causa. D. Decanatus facte procurator & eo nomine procuratorio præfati domini. G. dat facit & exhibet positiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem etiam narratiue & dispositiue & de quolibet quibus petit per partes aduersas medio iuramento responderi & si negantur eos probare intendit ad quos probandum se admitti petit citra tamen onus superflue probationis. de quo protestatur.

In primis siquidem procurator prædictus quo supra nomine hic dat & repetit omnes & singulas po. & ar. exceptiones & replicationes pro parte sua necnon ex cuiusdam domini Petri de. P. in huiusmodi causa datos & probatos una cum eorum ꝓbatione quatenus tamen faciant &c.

Item quod alias uidelicet idus Decembris anno a natiuitate domini &c. sacrosancta Basiliensi sinodo in spiritu sancto legitime congregata statu litis & causæ huiusmodi debito pro parte dicti domini. G. exposito ipsa sancta sinodus statũ litis & causæ huiusmodi habens pro sufficienter expresso uobis domino. A. N. iudici & commissario causæ huiusmodi personas certi tenoris literas commisit & mandauit quatenus si per euentum litis huiusmodi uobis constaret nulli litigantium in dicto Decanatu de. L. seu ad eum nullum ius competiisse neq; competere dictum Decanatum qui dignitas reputatur siue adhuc per obitum Ia. de. L. siue alias quouis modo aut ex alterius cuiuscunq; persona siue per cõstitutionem execrabilis uacaret aut tanto tempore uacasset quod eius collatio iuxta Lateranensi statuta concilii ad sedem apostolicam legitime deuoluta aut alias dispositioni sedis apostolice reseruata & inter quoscunq; alios in dicta sinodo uel extra litigiosus cuius litis statum ipsa sancta sinodus haberi uoluit pro sufficienter expresso penderet indecisa dicto domino. G. auctoritate dicte sanctæ sinodi dummodo non esset in eo alicui specialiter ius quæsitum conferretis & assignaretis & prouideretis de eodem & alia faceretis prout & quemadmodum in dictis litteris sacrosancte sinodi ad quas se refert dictus procurator quo supra nomine easq; & in eis contenta hic dat pro positionibus & articulis quatenus tamen &c.

Item ꝙ præfatus dominus. G. A. huiusmodi gratiam si neutri ratam habuit & habet atque gratam literasq; dicte sanctæ Sinodi desuper expediri fecit & procurauit palam & publice. Et ꝙ sic fuit &c.

Item ꝙ rei ueritas fuit & est præter id & absq; eo ꝙ tẽpore date dictæ gratiæ si neutri siue mandati de prouidendo in forma si neutri esset alicui ꝑterq̃ dicto domino. G. ius dicto Decanatu quæsitũ. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ad ostendendum quibusdam. G. N. & Ioa. N. aduersarius nullum unq̃ ius competiisse neque competere in dicto Decanatu seu ad eum uigore prætensarum impetrationum per eos in huiusmodi causa productarum dictus procurator nomine quo supra procuratorio dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ dictus Decanatus. L. de quo agitur fuit erat & est dignitas & pro dignitate in partibus illis ab omnibus de ipso Decanatu loquentibus tenetur nominatur & reputatur tẽtus ꝗ nominatus & reputatus fuit etiam a decem uiginti &c. & centum annis proxime præteritis citra & supra & a tanto tempore & per tantum tempus ꝙ de eius contrario hominum memoria non existit. palam & publice. Et sic fuit &c.

Item pro ulteriori uerificatione præmissorum dictus procurator quo supra nomine dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ in ciuitate & diocesi. d. necnon T. & B. ciuitatis diocesis & aliis locis circunuicinis dictus Decanatus communiter dicitur tenetur nominatur & reputatur ꝙ dictus Decanatus de. L. sit ex notabilioribus nobilioribus & melioribus dignitatibus illarũ partium ac præsertim ecclesiæ ac ci

uitatis & d.dio. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ex præmissis pertinenter patet prætensas gratias dictorum aduersariorum fuisse & esse obreptitias & subreptitias cũ ipsi & eorum quilibet in suis prætensis impetrationibus suppresserint fraudulenter & dolose ꝙ dictus Decanatus fuerit & sit dignitas ut præfertur & sic clare patet nulli eorum ius competere. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ imperans talis fuit &c.

Item de fructibus &c.

Item ꝙ præmissis non obstantibus.

Articuli super gratia si neutri & perinde ualere &c.

PRocurator & procuratorio nomine uenerabilis uiri &c. dat facit & exhibet positiones & articulos &c.

In primis ponit & probare intẽdit ꝙ dudum orta fuit in sacro palatio causarum apostolico materia quæstionis inter ipsum dominum. N. ex parte una & dominũ. N. de & super dicto Archidiaconatu. N. & eius occasione ex altera ꝗꝗ causa inter ipsos super ipso Archidiaconatu. N. & eius occasione fuit cõmissa uenerabili uiro domino. N. &c.

Item ꝙ postq̃ in partibus causa ipsa inter ipsas partes coram dicto domino. N. fuisset ad nonnullos actus processum & modo nullus dubitaret neutrum dictorum dominorum. N. &. N. in ipso Archidiaconatu ius habere Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus. N. Papa quintus & modernus eidem domino N. auditori commisit & mandauit ut si ꝑ euentum litis huiusmodi sibi constaret neutri dictorum litigantium in ipso Archidiaconatu ius competere eundem Archidiaconatum siue per obitum. N. extra Rom. Cu. defuncti siue alias quouis modo uel ex alterius cuiuscunq; persona aut ꝑ promotionem de persona. R. p. d. N. Episcopi. L. eundem Archidiaconatum obtinentis ad ecclesiam. N. tunc uacantem per bo. me. tunc. d. Io. Papam &c. factam & munus consecrationis dicto domino Episcopo de ipsius domini nostri Papæ mandato extra Ro. Cu. impẽsum uacaret etiã si tanto tempore uacasset ꝙ eius collatio &c. aut Archidiaconatus ipse reseruatus existeret dummodo tunc non esset alicui specialiter ius quæsitum eidẽ domino. N. auctoritate apostolica conferret & assignaret prout in litteris &c.

Item ꝙ de ꝑmissis omnibus & singulis.

Item in casum & euentum in quem pro parte. N. in præsenti causa aduersarii pertineret seu admissibiliter daretur aut probaretur. aut datum & probatum esset. aut ad probandum admitteretur ꝙ dictus dominus. N. in gratia sua uirtute cuius dictũ Archidiaconatum. N. acceptauit & sibi de eodem prouideri obtinuit expressisset & asseruisset se esse aduocatum sacri consistorii & ꝙ tempore date dicte gratiæ non erat aduocatus & ꝙ idem. D. N. impetrasset Decanatum &c. uacantem per promotionem dicti. D. N. ad ecclesiã. N. & possessionem eiusdem Decanatus fuisset assecutus & ꝙ idem. d. N. iij. idus Aprilis põtificatus &c. anno primo impetrasset Archidiaconatum. N. in ecclesia. N. uacantem ex eo ꝙ. N. eundem Archidiaconatũ canonice assecutus ipsum una cum parrochiali ecclesia. N. dio. N. per multa tẽpora nulla canonica dispensatione sup hoc obtenta detinuit & ꝙ ipsius Archidiaconatus possessionem habuisset de mense. N. anni &c. secundum cursum & computationem & illum per multa tempora tenuisset & ꝙ propterea gratia sua uirtute cuius acceptauit dictum Archidiaconatum. N. esset consumpta & suum sortita effectum & nulla etiam ꝙ idem. d. N. esset inhabilis ad dictum Archidiaconatum. N. obtinendũ uel aliquod simile pertinens uel dependens exinde non intendens propterea aliquid de intentione partis aduerse confiteri sed potius diffiteri & negare & alias ad omnem meliorem effectum ad quẽ parti suæ prodesse parti aduerse obesse poterit procurator & procuratorio nomine ꝑfati d. N. ponit & probare intendit ea q̃ sequũtur non astringens se propterea ad aliquã superfluam probationem.

In primis ponit & probare intẽdit in casum & euentũ ꝑdictos ꝙ cã ꝑdicta postmodũ fuit cõmissa uenerabili uiro. d. N. ante xvj. diẽ mensis &c. anni præsentis domini &c. & ex tunc continue corã eo pendebat

prout pendet indecisa. Et sic fuit &c.

Item ꝙ idem dominus noster Papa. N. uolens eundem. d. N. fauoribus prosequi gratiosis motu proprio non ad ipsius. d. N. uel alterius pro ipso super hoc eidem domino nō oblatis petitionibus instantiā. sed de ipsius. d. N. Papæ mera liberalitate & auctoritate apostolica declarauit sue intentionis fuisse & esse ꝙ primæ ipsius. d. N. litere & processus habiti per easdem perinde ab eorum data ac si ipse ipsius date in Cu. Rom. aduocatus fuisset ac simili motu proprio uoluit ac eadem auctoritate cōcessit ꝙ eædem primæ litere & processus necnon acceptatio & prouisio de ipso Archidiaconatu dictæ ecclesiæ. N. per ipm dominum. N. aut eius procuratorem suo nomine facte & quecunqꝫ inde secute perinde ualerent plenamq́ꝫ obtinerent roboris firmitatem. idemq́ꝫ dominus. N. auditor ad executionem eorundem dicto. d. N. auditori dictarum literarum procedere posset & deberet ac si prædictum Archidiaconatum non acceptasset & de illo sibi prouideri non fecisset ac ab ipso. d. N. Papa cōcessionem prædictam non obtinuisset & ꝑ dictum Archidiaconatum ecclesie. N. nomine assecutus extitisset prout in literis apostolicis inde confectis sub data Rom. apud sanctum Petrum. xi. Kalend. mensis &c. pōtificatus ipsius domini nostri Papæ anno. N. quas & contenta in eis &c. dispositiue dat ꝓ positionibus & articulis plenius continetur.

Articuli super surreptione gratiæ si neutri.

AD docendum de surreptione nullitate inefficatia ac obreptione cuiusdam prætense gratiæ siue mandati de prouidendo de parrochialibus ecclesiis de. N. inuicem unitis. N. diocesis in forma si neutri factis cuidam Io. in hac cā aduersario & ad omnes alios meliores fines eidem Io. nociuos & dicto. d. N. ex aduerso principali utiles dat facit & exhibet procurator & eo nomine procuratorio dicti. d. N. exceptiones articulatas seu positiones & articulos infrascriptos quibus petit per partem aduersam medio iuramento sufficienter responderi. & si negati fuerint se & partem suam ad probandum eosdem in Rom. Cu. & extra admitti ad superfluam probationem aliquam minime se astringens sed solum ad id uel ea. ex eisdem quæ probare poterit sib. q́ꝫ sufficiant pro intentione sua fundanda de quo protestatur expresse.

Et primo excipiendo dicit & protestatur quod si. quæ sint aut contineantur in dicto prætenso mandato si neutri præfato Io. uti prætenditur facto quæ faciant seu facere uideantur pro dicto. d. N. & contra eundem Io. aduersarium illa in ea parte duntaxat non impugnat neqꝫ impugnare intendit quinimo ea recipit & admittit in uim saltem & per modum tacite confessionis. inquantum uero &c. extunc idem procurator dicit ꝙ ipsum prætensum mandatum fuit & est infirmum lacerum cancellatum abolitum abrasum suspectum debitis & consuetis signis & scripturis carens post ipsius statutum ad expeditionem talium mandatorum in præiudicium dicti. N. ac præter & contra stillum cancellariæ apostolicæ expeditum surreptiumq́ꝫ &c.

Primo autem excipiendo dicit dictus procurator nomine quo supra quod ipsum prætensum mandatum seu gratia prætensa si neutri si de ipsa appareat quod non creditur. immo expresse diffitetur & negat fuit & est unica & sola ac unica & sola uice sibi concessa uidelicet per Sanctissimum &c. Rome apud Sanctum Petrum. vj. nonas Octobris pontificatus dicti domini nostri Papæ anno tertio & illa quæ apud acta causæ huiusmodi fuit & est pro parte dicti Io. contra dictum. N. coram &c. producta palam et publice. Et sic fuit et est uerum.

Item ꝙ prædictum prætensum mandatum seu prætensa gratia si neutri ex eo fuit. & est surreptitium & obreptitium quod ipse Ioan. malitiose & ut deciperet concedētem tacuit in eadem quod orta dudum inter. N. & quendam. N. per cuius obitū ecclesiæ super quibus agitur ultimo uacarūt præsbiteros ac Io. L. similiter præsbiterum. N. diocesis super ecclesiis de quibus hic agitur materia q̄stionis Io. tūc Papa. xxiii. in sua obedientia nuncupatus eā q̄ Ala. & Ro. quodā magistro Ia. & illam quæ Io. prædictos ac cuidam Ro. cōtingebāt causas domino Tho. N. sacri palatii causarū apostolici auditoribus audiēdas commisit & fine debito terminandas. q̄ si expresisset

prout alias ipse in quodam prætenso mandato de surrogando per eum in cã huiusmodi producto expressit eandem prætensam gratiam si neutri siue mandatum nullatenus obtinuisset. Et sic fuit &c.

Item ꝙ dictum prætensum mandatum fuit & est surrepticiũ ex eo uidelicet ꝙ ipse impetrans tacuit in eodem ꝙ post obitum dicti Ro. orta inter ipsum Io. impetrãtem &. N. prædictum necnon. N. &. N. præsbiteros. N. diocesis super ecclesiis super quibus agitur & eorum occasione materia quæstionis generalis sinodus Constantia apostolica sede uacante causam huiusmodi quæ inter Io. impetrãtem &. N. prædictum commisisset fine debito terminandam qui in ea petitorio inter. N. &. N. intẽtato suspenso in solo possessorio procedere quandam diffinitiuam &c. pro. G. & contra. N. &c. promulgauit. a qua pro parte ipsius. N. ad sedem apostolicam appellato ipsa sinodus dicta sede uacante dicto domino. N. causam huiusmodi audiendam commisit. quæ si dictus Io. impetrans expressisset dictam prætensam commissionẽ nullatenus obtinuisset &c.

Item tacuit idem impetrans ꝙ postquã dicta sinodus. c. causas prædictas commiserat ut præfertur etiam Sanctissimus &c. omnes & singulas causas ad se aduocans eas ex eis quæ præfato domino. T. commisse non fuerant sibi commisit in statu in quo ultimo remanserant audiendas & fine debito terminandas. & ꝙ idem dominus noster Papa concesserat eidem domino Io. et G. mandata similia de surrogando in iure & ad ius dicti quondam Ro. quæ si dictus impetrans expressisset prout hic tacuit dolose ipsum prætensum mandatum nullatenus obtinuisset &c.

Item tacuit idem impetrans ꝙ præfatus dominus noster Papa causam & causas cõmisit &c.

Item tacuit idem impetrans ꝙ supplicato domino nostro Pape moderno pro parte dicti. G. quatenus ipsi. G. & Io. impetrantes per eundem dominum. F. examinarentur in lectura cantu & constructione ac aliis quæ circa idoneitatem personæ quæ ad regimen dictarum ecclesiarum super quibus agitur forent attendenda ipseq́ʒ ecclesie idoneiori ipsorum conferrentur & alteri minus idoneo eorundem super ipsis ecclesiis perpetuum silentium imponeretur præfatus. d. N. Papa uoluit ꝙ ipsi examinarẽtur & procederetur ut petebatur in supplicatione huiusmodi & tacuit idem impetrans ꝙ ipse. G. fuerat & sit idoneior & propterea ecclesie super quibus agitur fuerunt & sunt iuxta & secundum tenorem dicte commissionis sibi conferende & adiudicande & præfato Io. impetranti perpetuum silentium imponẽdum quæ si dictus impetrans expressisset dictum prætensum mandatum non obtinuisset.

Item pro uerificatione & iustificatione præmissorum repetit acta &c.

Articuli super mandato de prouidendo siue noua prouisione.

POsitiones & articulos infrascriptos dat facit & exhibet procurator & eo nomine honorabilis uiri Domini N. cantoris ecclesie. N. maioris ac contenta & descripta in eis etiam narratiue & dispositiue coniunctimq́ʒ & diuisim & de quolibet quibus petit per partem aduersam singulariter singulis sufficienter & medio iuramento responderi. & si negentur se & partem suam ad eosdem probandum in cu. Ro. extra eam & ad partes admitti offerẽs se eos legitime probaturum citra tamen onus superflue probationis ad quam nullatenus se astringit de quo solemniter & expresse protestatur.

In primis siquidẽ ponit & si necesse fuerit probare intendit procurator prædictus &c. pone existentiam ecclesie cathedralis.

Item ꝙ a dictis temporibus & per tempora ipsa in præfata ecclesia &c. pone existentiam cantoriæ.

Item ꝙ a dictis temporibus & per eadẽ tempora de usu more obseruantia & consuetudine legitime præscriptis ac inconcusse & inuiolabiliter tentis & obseruatis collatio prouisio & quæuis alia dispositio dictæ cantoriæ quotiens casus uacationes eiusdem occurrit spectauit & pertinuit spectareq́ʒ & pertinere consueuit ac hodie spectat & pertinet ad decanum & capitulum dicte ecclesie sancti. N. maioris quodqʒ decanus & capitulum præfati fuerunt & sunt in possessione pacifica seu quasi dictam cantoriam uacatione ipsius occurrente confe-

conferendi & de ipsa prouidendi & disponendi collationes'q3 & prouisiones & quauis alie dispositiones per decanum & capitulum prædictos de cantoria casu uacationis eiusdem occurrente pro tempore factę ualide & efficaces reputate fuerunt & suum debitum sortite effectum prout hodie si fierent sortirentur saluis tamen & cessantibus reseruationibus & dispositionibus apostolicis.

Item ꝙ sanctissimus dominus noster dominus. P. diuina prouidentia Papa secundus uolens præfato domino Io. S. gratiam facere specialem dudum uidelicet sub datas. xii. Kalen. Iunij pontificatus sui anno tertio decano & capitulo dictæ ecclesiæ. N. maioris per suas certi tenoris literas dedit in mandatis quatenus si ipsis communiter uel diuisim pro alio non scripsisset qui similem gratiam prosequeretur canonicatū ipsius ecclesię dicto Ioh. post unius mensis spacium postq̄ dictę literę eis præsentatę forent quantum ad eos communiter uel diuisim pertineret cum plenitudine iuris canonici conferrent. Ipsum'q3 in canonicum & fratrem dictę ecclesię reciperent & admitterent stallo sibi in choro & loco in capitulo ipsius ecclesię cum dicti iuris plenitudine assignatis. Præbendam uero ac dignitatem personatum administrationem uel officiū eiusdem ecclesię si qua tunc uacabant uel cum simul aut successiue uacarent quæ dictus Io. per se uel procuratorem suum eius nomine infra unius mensis spacium postquam sibi uel eidem procuratori illorū uacatio innotesceret duceret requirēdos eidē Io. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis conferre & assignare curarent. & nihilominus uenerabilibus uiris dominis. A. & N. canonicis. N. ecclesiarum ac officiali. N. per easdem literas dedit in mandatis quatenus ipsi uel duo aut unus eorum per se uel alium seu alios decanum & capitulum prædictos ut mandatis apostolicis ꝓdictis parere & efficaciter intendere facerēt necnon prædictas dignitatem personatum administrationem uel officium si tunc uacabant uel cum uacarent præfato Ioh. N. conferre & assignare ac sibi de eisdem prouidere procurarent decernentes extunc irritum & inane &c. prout in dictis literis ad quas & contenta in eisdem se refert procurator prædictus latius continetur.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter id & absque eo ꝙ tempore date dicti mandati seu gratiæ præfatus dominus noster Papa decano & capitulo. N. maiori præfato pro alio scripsisset qui similem gratiam prosequeretur. quinimo ipsis pro alio qui similē gratiam tunc prosequeretur cessauerat & cessabat.

Item ꝙ præfatus Io. dictam gratiam sciuit illam'q3 ratam & gratam habuit ac literas apostolicas & processus desuper expediri fecit & fieri procurauit prout in eisdē ad quas se refert procurator prædictus plenius continetur &c.

Item ꝙ quondam Io. N. ante tempus & tempore obitus sui de quo infra dicetur fuit & erat cantor dictę ecclesię. N. maioris ac in pacifica possessione seu quasi dictę cantorię fructus redditus & prouentus ex eadem cantoria prouenientes percipiendo & in suos usus conuertendo ac ut talis & pro tali habitus dictus tentus nominatus & reputatus palam publice communiter & notorie.

Item quod dictus Io. N. sic ut præmittitur cantor dictæ ecclesiæ. N. maioris existens dudū de anno domini millesimo &c. post octauam martii & ante octauam Aprilis mensium dies extra Ro. curiam & in partibus diem suum clausit extremum. quod'q3 dicta cantoria tunc per eius obitū uacauit & pro uacante reputata fuit palā publice communiter & notorie.

Item quod dictus dominus Io. N. per se uel procuratorem suum ad hoc ab eo sufficiens mandatum habentem dictam cantoriam sic ut præmittitur uacantem gratię ac literarum apostolicarū & processuum prædictorum uigore infra tempus debitum acceptauit ac decanum & capitulum dictæ ecclesiæ. N. maioris primo & deinde dominum Io. N. officialem Pictauiensem alterum ex executoribus in dictis literis apostolicis deputatus requisiuit ut dictam cantoriam sic ut præfertur uacantē sibi cōferre & assignare & de eadem sibi prouiderę curarent. quod'q3 Io. N. officialis & executor præfatus in recusationem decani & capituli prædictorum cantoriam prædictā dicto domino Ioh. N. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis contulit & de eadē sibi prouidit.

Item quod acceptationes & prouisiones

prædictæ ac ꝙ dictus Ioh. N. certis de causis dubitaret acceptationem & prouisionem huiusmodi uiribus non subsistere præfato domino nostro Pape ipsius Io. expositis idem dominus noster Papa uolens dicto Io. gratiam facere specialem dudũ uidelicet sub data pridie Kalen. Maii pontificatus sui anno quarto certis executoribus super hoc deputatis per suas literas dedit in mandatis ut dictam cantoriam sic ut prefertur per obitũ dicti Io. N. siue alias quouismodo tunc uacaret eidem Io. N. conferret & assignaret prout in literis apostolicis desuper confectis ad quas se refert procurator prædictus latius continetur.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter id & absque eo ꝙ tempore datæ dictæ gratiæ seu mandati de conferendo fuisset alteri a dicto Iohanne. N. in dicta cantoria ius quesitum.

Item ꝙ dictus Io. N. dictam gratiã sciuit illamq́ʒ gratam & ratam habuit ac habet ac literas apostolicas & processus desuper expediri & fieri fecit & procurauit put in eisdem ad quos se refert procurator p̃dictus latius continetur.

Item ꝙ ante tempus & tempore date singularum gratiarum literarum apostolicarũ & processuum necnon acceptationis requisitionis & prouisionis prædictarum dictus no. Io. N. fuit & erat prout hodie est clericus. N. diocesis habitum & tonsuram palam & publice deferens clericales etatis sue maior. xxiiii. annis in & de legitimo matrimonio procreatus præfati domini nostri Pape familiaris domesticus continuus cõmensalis in communione fidelium aliasq́ʒ habilis & idoneus ad dictam cantoriam tenendam regendam & gubernandam. & ut talis &c.

Item ꝙ ante tempus & tempore prouisionis prædictæ uidelicet ante diem octauam mensis Aprilis anni domini &c. & ipsa die dictus dominus Io. fuit & erat officialis. N. ac in communione fidelium aliasq́ʒ habilis & idoneus ad dictam prouisionem faciendum & ut talis & pro tali habitus tẽtus dictus nominatus & reputatus palam publice communiter & notorie.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt uera publica notoria & manifesta & de his omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Itẽ hic dat producta & producenda &c.

Item ꝙ omnes & singule persone descripte & nominate in actis & productis agendis & producendis pro parte sua fuerunt & erant temporibus illis tales quales in ipsis fuisse dicuntur & ut tales & pro talibus habite dicte tente nominate & reputate palam publice communiter & notorie.

Item ꝙ præmissis non obstantibus quidam. N. p. aduersarius cui in seu ad dictã cantoriam nullum unquam ius competiit neqʒ competit se gratie literis & processibus necnon collationi & prouisioni prædictis ac iuri dicto domino Io. N. in eadem cantoria competenti opposuit & opponit dictumq́ʒ Io. de & super dicta cantoria & eius occasione multipliciter molestauit & molestat in non modicum ipsius Io. præiudicium lesionem & grauamen.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super gratia surrogationis.

PRo uerificatione cuiusdã gratiæ surrogationis siue mandati de surrogando uenerabilem uirum dominum. N. clericum. N. diocesis in omni iuri & ad omne ius quod bo. me. domino. P. &c. præsbitero cardinali ante tempus & tempore obitus sui infradicendi in & ad canonicatum & præbendam ecclesie talis de & super quibus ad præsens agitur competebat seu competere poterat coram uobis reuerendo patre &c. apostolici causarũ causeq́ʒ præsentis & partium in eadem designatarum auditore pro parte dicti domini. N. partis sue producti & exhibiti procurator & eo nomine eiusdem domini. N. dat facit & exhibet positiones & articulos infra scriptos ac contẽta & descripta in eisdẽ etc.

In primis enim repetit & pro repetitis habere uult & intendit procurator quo supra nomine primum secundum tertium quartum quintum sextum & decimum præter sos ex aduerso datas positiones & articulos cum legitimis eorũ si quæ desup facte sunt probationibus hicq́ʒ dat loco positionũ & articulorũ quatenus tamen pro uerificatione mandati de surrogando huĩoi. ac pro se dictaq́ʒ parte sua & contra partẽ aduersam facere possunt & non alias aliter neqʒ alio modo de quo protestatur expresse.

Ex quibus quidem repetitis prætẽsis po sitionibus & articulis clare patet & constat tam de cathedralis.S.quã m collegiate.N. eiusdem diocesis ecclesiarum necnon cano nicatus & præbende de quibus hic agi tur existentiis ipsorum'q3 collationis pro uisionis & cuiusuis dispositionis ptinẽtiis necnon ultimo eorundẽ dum uixit possesso re uidelicet Io. N. ꝙ ita fuit & est uerum.

Item dicit asserit ponit'q3 idem procura tor quo supra nomine pro uerificatione gra tie seu mãdati surrogatiõis supradictorũ ꝙ felicis recordationis dominus Calixtus Pa pa tertius uolens certis de causis tũc expres sis ipsum mouentibus præfato bone memo rie.P. &c. dum uixit præsbitero cardinali gratiam facere specialem motu proprio & ex certa scientia unum duo tria & plura ac tot beneficium seu beneficia ecclesiastica cum uel ecclesiastica cum cura uel sine cura se cularia uel regularia ad summam duorum milium florenorum auri de camera secun dum communem extimationem in ualore annuatim ascendentia ad cuiuscunq3 seu communiter uel diuisim quorumcunq3 col latorum uel collatricum aut ordinariorum quorumcunq3 inter alia per ciuitatem & diocesim.L.cõstituta collationem prouisio nem præsentationem electionem seu quã uis aliam dispositionem pertinens seu per tinentia postquam uacauerit aut cum si mul uel successiue uacauerint infra mẽsis spacium de huiusmodi uacatione habita noticia acceptandum & acceptanda duxe rit etiam si beneficium seu beneficia huius modi dispositioni apostolice generaliter uel specialiter reseruata forent &c. cum omni bus iuribus & pertinentiis suis post acce ptationem huiusmodi sibi conferendum & conferrenda donationi apostolice reserua uit locorum ordinariis & aliis quibuslibet inhibens districtius irritum'q3 & inane de cernens &c. alias'q3 & alia faciens & fieri mandans certis ad hoc deputatis executo ribus prout in literis apostolicis sub data Rome apud Sanctum Petrum anno do mini &c. Kalen. Aprilis pontificatus sui anno secundo gratiose concessis desup'q3 confectis ad quas & in eis contenta se re fert iam dictus procurator quo supra no mine hic'q3 dat pro positionibus & articulis inquantum tamen pro se parte'q3 sua & di ctæ gratiæ seu mandati de surrogando cõ ferendo & assignando uerificatione & con tra partem aduersam facere possint & non aliter alias neq3 alio modo de quo protesta tur procurator quo supra nomine solemni ter & expresse. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus quondã dominus Io. cardinalis gratiam & reseruationem hm̃oi apostolicam sic ut præmittitur sibi factam sciuit ipsam'q3 gratam & ratam habuit & ha bere se dixit dictas'q3 desuper confectas lite ras apostolicas Reuerendissimo in Chri sto patri & domino domino.B.&c. cardi nali uni ex executoribus in eisdem literis apostolicis specialiter deputato præsenta uit ipsum'q3 ut ad eorum & in eisdem con tentorum executionẽ procederet debite re quisiuit. Idem tunc dominus cardinalis & executor attendens requisitionẽ hm̃oi fore iustam & consonam rationi uolens'q3 man datum apostolicum huiusmodi reuerenter exequi ut debebat processus desuper neces sarios & oportunos dicto quondam domi no Io.cardinali decreuit & concessit cen suras'q3 fulminauit mandauit'q3 & subde legauit ac alias & alia fecit prout & quem admodum in processibus desuper sub da ta Rome in domo habitationis sue sub an no a natiuitate domini millesimo &c. indi ctione.v.die.N.mensis.N.pontificatus di cti domini Calixti Pape tertii anno secun do confectis ad quos & in eis contenta pro curator quo supra nomine se refert hicque dat positionum & articulorum loco quate nus tamen pro se dictaque parte sua & con tra partem aduersam faciant & non alias &c.

Item ꝙ dictus quondam Io.existens sic ut in præmissis articulis repetitis articula tur ponitur & deducitur dudum ante tem pus & tempore obitus sui infradicendi ca nonicus præbendatus ecclesie.N.C. dio cesis ac in ipsorum canonicatus & præben de iurium'que & pertinentium omnium eorundem possessione seu quasi pacifica & quieta dudum post primam & ante ulti mam dies mensis Aprilis & sic in mense seu turno tunc apostolico & qui expectan tibus apostolicis uigore gratiarum suarum cedit anno domini millesimo etc.extra Ro ma.curiam & in partibus diẽ uite sue clau sit extremum. quod q3 per ipsius quondam Io.obitum dicti canonicatus & præbende tam de iure q̃ de facto tunc ultimo uere

uacarunt atq; post gratiam & reseruationē huiusmodi primi in mense apostolico qui expectantes uigore gratiarum suarum expectatiuarum huiusmodi cadit uacātibus reputati fuerunt palam publice & notorie. Et sic fuit &c.

Item ꝙ huiusmodi canonicatu & præbenda sic ut præmittitur uacātibus[;] præfatus quondam dominus Io. Cardinalis uigore gratiæ reseruationis & processuū suorum prædictorum dictos canonicatum & præbendā sic ut præfertur in dicta ecclesia N. dicte diocesis in mense apostolico ultimo uacātibus coram discreto uiro. N. clerico talis diocesis &c. notario cum protestationibus consuetis acceptauit ac eosdem ꝑ eundem magistrum. N. notarium in uim clausulæ generalis. Cæterum &c. ad hoc assumptum auctoritate apostolica sibi conferri & assignari necnon prouideri obtinuit de eisdem prout & quemadmodum in quibusdam publicis documentis sub data anno domini &c. die tali mense tali desuper confectis ad quæ & in eis contenta procurator quo supra nomine se refert hicq; etiā dat pro positionibus & articulis. quatenus tamen pro se dictoq;. H. parteq; sua & contra partem aduersam facere possint & non alias &c.

Item ꝙ præfatus quōdam dominus Io. Cardinalis dudum ante tempus & temporibus date gratiæ reseruationis & processuū necnon acceptationis collationis & prouisionis prædictorū fuit & erat sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ &c. præsbiter Cardinalis ac in Cardinalatus honore & dignitate iuriumq; & pertinentiarū omnium eius possessione uel quasi pacifica & quieta constitutus in communione fidelium aliasq; habilis & idoneus ad dictos canonicatum & præbendā de quibus ad præsens agitur habendū & tenendū seq; pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit fuitq; ab aliis pro tali & ut talis habitus tētus nominatus & reputatus palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ similiter ante dicta tempora & dictis tēporibus præfatus magister. N. notarius uocabatur his nomine & cognomine uidelicet. N. p. fuitq; tunc idem magister. N. clericus talis diocesis publicus tam apostolica q̄ imperiali auctoritatibus notarius fidelis & legalis tuncq; & nunc ad eū ut ad talem communis hominum habebatur & hodie habetur recursus in communione fidelium aliasq; habilis & idoneus ad conferendū & prouidendū aliasq; & alia quæ in præmissis fecisse dicitur faciendum. Seq; pro tali &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula.

Vltra præmissa similiter repetit hic & pro repetitis habere uult & intendit procurator quo supra nomine omnes & singulas positiones & articulos literas scripturas ꝓcessus instrumenta & munimenta acta & actitata ac publica documenta quæcunq; & qualiacunq; fuerint tam coram uobis Reuerendo patre domino. Io. q̄ aliis quibuscunq; iudicibus commissarijs seu auditoribus pro partibus & ad instantiam quorundam. H. &. L. assertorum clericorum & dicti domini quondam Ioa. Cardinalis successiue & alias qualitercunq; datis & exhibitis cum eorum legitimis desuper factis probationibus hicq; dat ꝓ positionibus & articulis quatenus tamen pro se dictaq; parte sua necnon pro iam dicti mādati seu gratiæ de surrogando uerificatione & contra partes aduersas faciāt seu facere ualeāt & non alias aliter neq; alio modo de quo protestatur solemniter & expresse.

Ex quibus quidē positionibus & articulis aliisq; iuribus & munimentis actis & actitatis repetitis clare & notorie patet & constat ꝙ postq̄ dictus dominus. H. aduersarius præfatum. N. nunc intrusum de & super eisdem canonicatu & præbenda de quibus agitur coram diuersis dicti palatii apostolici causarum auditoribus diutius litigando tres conformes diffinitiuas adiudicatorias certæ suæ gratiæ apostolicæ expectatiue canonizatorum quarum ultima in rem transiuit iudicatam sententias reportasset litteris etiam executorialibus desuper subsecutis dictus quōdam dominus Io. Cardinalis causam & causas contra & aduersus præfatum. H. de & super dictis canonicatu & præbenda de quibus impresentiarum agitur. R. patri domino. T. &c. auditori specialiter committi ipsamq; & ipsas per procurationis mandati productionem exhibitionem & admissionem introduci fecit. Et ita fuit &c.

Item ponit idem procurator iam dicto nomine ꝙ cā seu causis huiusmodi sic ut præmittitur per mandati productionem ex

hibitionem & admissionem prodi ctis ac indecisis pēdentibus pfatus quondam dominus Io. Cardinalis dudū videlicet post primam & ante ultimam dies mensis. A. anno a natiuitate domini &c. sicut altissimo placuit diem uite sue clausit extremū. pq3 per ipsius quondam domini Io. Cardinalis obitum omne ius q eidem in dictis canonicatu & præbenda seu ad illos competiit seu competere potuit uacauit & pro uacantibus uere reputatum fuit palam & publice.

Item q præmissis seu aliquibus ex eis ad id sufficienter & nonnullis aliis præfato. S.d.N. Pio Papæ moderno expositis idem dominus noster statum causæ huiusmodi necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura uel sine cura quæ præfatus dominus. H. ex quibusuis d spensationibus apostolicis tunc obtinebat & expectabat ac in quibus & ad quæ ius sibi quomodolibet competebat quæcūq3 quodcunq3 & qualiacunq3 fuerunt eorumq3 fructuum reddituum & prouentuum ueros ualores annuos ac ipsarum dispensationū tenores pro expressis habens causam ipsam ab eodem. d. N. auditore ad se aduocans ipsamq3 & litem huiusmodi quo ad dominum. H. & quondam Cardinalem pfatum penitus extinguens uolensq3 dicto domino. H. apud ipsum de uita ac morum honestate aliisq3 laudabilibus probitatis & uirtutum meritis quibus apud ipsum fidedigno commendabantur testimonio gratiā facere specialem per suas certi tenoris literas sub data eius anno incarnationis dominice millesimo &c. idus Iulii pontificatus sui anno. N. uobis. R. p. d. auditori præfato inter alia dedit in mandatis quatenus uos. R. p. d. auditor præfatum. H. dummodo ipse in eisdem canonicatu & præbenda intrusus non esset in omni iure & ad omne ius siquod eidem quondam. d. Io. Cardinali tempore sui obitus supradicti in eisdē canonicatu & præbenda uel ad illos quomodolibet competiit aut competere potuit auctoritate apostolica surrogaretis dictūq3 sibi ius conferretis & prouideretis etiam de eodem ipsumq3 dominum. H. ad huiusmodi ius eiusq; necnon litis & causæ prosecutionem & defensionem in eo statu in quo causam ipsam inueniretis & in quo idem Cardinalis tempore sui obitus fuerat & si uixisset potuisset & debuisset admitti. aliasq3 & alia faceretis prout in litteris apostolicis desuper sub data prædicta confectis ad quas & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine hicq3 dat positionum & articulorum loco quatenus tamen faciant pro se dictaq3 parte sua prædicta & contra partes aduersas & non aliàs &c.

Item q præfatus dominus. H. gratiam apostolicam seu mandatum de surrogando huiusmodi sciuit ipsumq3 ratum & gratum habuit & habere se dixit prout scit habet & dicit literasq3 apostolicas desuper expediri fecit & procurauit ipsasq3 uobis R. p. d. Io. auditori præfato præsentauit. uosq3. R. p. d. auditor seruatis seruandis iuxta earundem uim formam & tenorem dictum dominum. H. in & ad omne ius præfatum surrogastis aliasq3 & alia fecistis put in actis causæ huiusmodi & in desuper per. v. p. surrogationis processu decreto & confecto ad quem & quæ ac in eis contenta dictus procurator quo supra nomine se refert hicq3 dat pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se dictaq3 parte sua & contra partem aduersam facere uideantur & non aliàs aliter neque alio modo.

Item q ueritas fuit & est præter id & absque eo q præfatus dominus. H. ante tēpus & tempore date dictarum litterarum apostolicarum & processuum fuerit aut hodie sit in dictis canonicatu & præbenda intrusus. quinimmo ueritas fuit & est q dictus dominus. H. ab huiusmodi intrusione se semper abstinuit & abstinet de præsenti palam & publice. & sic fuit &c.

Item q similis ueritas fuit & est præter id & absque eo q dudum ante tempus & tempore date dicti mandati apostolici de surrogando fructus redditus & prouentus dictorum canonicatus & præbendæ. xxii. mar. ar. se. com. exti. ua. an. non excesserūt nec excedunt de præsenti. quinimmo ueritas fuit q dicti fructus redditus & prouentus canonicatus & præbendæ prædictorū dicto tempore longe infra dictum ualorem annuum comprehensi fuerunt & comprehenduntur de præsenti. Et q sic fuit &c.

Item q præfatus dominus. H. dudum ante tempus & tempore date literarum & mandati necnon processus & surrogationis prædictorum fuerat & erat ac de præ-

senti est clericus secularis habitum & tonsuram publice & honeste deferens clericales in de & ex legitimo matrimonio procreatus in communione fidelium existens aliasq; habilis & idoneus ad dictos canonicatum & præbēdā de quibus hic agitur regendū tenendū & gubernandū seq; pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit, fuitq; ab aliis pro tali &c.

Item q͂ omnes & singuli in productis & producendis pro parte sua nominati saltē adhuc uiuentes fuerunt & erant dictis temporibus tales quales in istis describuntur & nominantur in communione fidelium aliasq; habiles & idonei ad omnia illa, quæ in præmissis & circa ea fecisse & exercuisse dicuntur faciendum, seq; pro talibus & ut tales habuerunt tenuerunt nominarunt & reputarunt fueruntq; ab aliis pro talibus &c.

Item hic dat libellū partis suæ omniaq; alia & singula producenda pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se parteq; sua & contra partem aduersam faciāt & non alias aliter neq; alio modo &c.

Item dat hic de notariis etc.

Item q͂ præmissis omnibus & singulis necnon eo q͂ gratia apostolica siue mandatum de surrogando & conferendo ac prouidendo necnon processus surrogationis huiusmodi præfato. d. H. ut præmittitur facta & lite pendente hmōi coram uobis ꝓducta existant non obstātibus nihilominus tamen præfatus. N. aduersarius cui in & ad huiusmodi canonicatum & præbendā de quibus agitur nullum unq̄ omnino ius competiit neque competit de præsenti de dicto. d. H. ac gratiæ siue mandato de surrogando conferendo & prouidendo necnon processui surrogationis desuper decreto prædictis ac alias bono iuri eidem domino. H. in eisdem canonicatu & præbenda quomodolibet competenti temere & de facto cum de iure non potuerit neque posset opposuit & opponit ipsumq; dominū H. de & super eisdem canonicatu & præbenda indebite impediuit & multipliciter molestauit uexauit pturbauit & inquietauit prout impedit molestat uexat pturbat & inquietat de ꝑsenti, fecitq; & facit quo minus gratia siue mandatum de surrogando cōferēdo & prouidendo hmōi suum debitū sortiri poterit seu sortiatur effectum. dictusq; dominus. H. possessionē uel quasi eorundem canonicatus & præbende saltem tenere & retinere fructusq; redditus & prouentus ac emolumēta ex eisdem prouenientes seu prouenietia percipere & leuare ac in suos ipsorumq; canonicatus & præbende laudabiles usus conuertere possit & ualeat saltem pacifice & quiete ut debere t in animæ suæ graue periculum dictiq; d. H. damnum non modicum & iacturam.

Item q͂ de præmissis omnibus &c.

Petit igitur dictus procurator quo supra nomine per uos. R. p. d. auditorem præfatum uestramq; diffinitiuam sententiam ꝓnunciari decerni &c.

Præmissa omnia & singula dat facit & petit procurator sepedicto nomine &c.

Saluo iure addendi &c.

Et protestatur &c.

Articuli super gratia si nulli.

POsitiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem tam coniunctim q̄ diuisim. ac narratie & dispositiue & de quolibet dat facit &c.

In primis antedictus procurator quo supra nomine penit. Pone existentiam cathedralis.

Item q͂ a dictis temporibus & per ipsa tēpora inter cæteras collegiatas ecclesias in dicta dioce. L. existentes. Pone existentiam collegiate.

Item q͂ ab eisdem temporibus & per ipsa tempora inter cætera altaria in dicta collegiata ecclesia. N. diocesis existentia fuit esseq; cōsueuit prout de præsenti est quoddam altare dictum communiter & appellatum altare beatæ. M. q͂ quondam. N. dudum ante tempus & tempore obitus sui infradicendi tenebat & possidebat clerico seculari in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferri & assignari & per talem regi & gubernari solitū & consuetum palam & publice. Et sic fuit &c.

Item q͂ similiter a temporibus & per tēpora supradicta inter cæteras parrochiales ecclesias in dicta diocesi. N. eiusq; fines & limites existentes fuit esseq; consueuit prout de præsenti est quædam parrochialis ecclesia dicta communiter & appellata parrochialis ecclesia. N. ac inter cætera alta-

tia inhibi existentia fuit esseq; consueuit ꝑ ut de præsenti est quoddam altare dictum communiter & appellatum altare sancti Io. quod quondam Ia. N. dudum ante tẽpus & tempore obitus sui infradicendi tenebat et possidebat clerico seculari in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferri & assignari et per talem regi & gubernari solita et consueta palam &c.

Item quòd dictus quondam Io. existẽs sic ut præmittitur curialis dudum uidelicet de anno domini. M. &c. et de mẽse Augusti uel citra præfato domino nostro Sanctissimo pro tunc in dicta Mantuanensi existens in ciuitate diem uite sue clausit extremum palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ cõmuniter & leuissime sine omni fatiga infra duos dies potest equitare qs de ciuitate. C. prædicta usque ad urbem Ro. Et sic fuit &c.

Item ꝙ plures cursores siue nuncii dum modo qualitas negocii id exigebat in uno die cum dimidio dumtaxat die interdum huiusmodi iter siue uiam de ciuitate. C. ꝓdicta uersus Ro. Curiam siue urbem fecerunt. Illudq; iter tam pedester q̃ equester perambularunt palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt erant & sunt uera &c.

Præmissis igitur ueris existentibus ꝓut uerissima sunt clare constat dicta duo altaria uidelicet. N. &. N. fuisse et esse dispositioni apostolice reseruata.

Item ꝙ præmissis omnibus et singulis non obstantibus quidem Io. &. N. asserti clerici in huiusmodi causa aduersarii quibus seu eorum alteri in dictis altaribus seu ad ea respectiue nullum unq̃ ius competiit neque competit se gratiæ siue mandato de prouidendo necnon bono iuri dicto domino Io. in & ad altaria huiusmodi quomolibet competenti temere & de facto cum de iure non potuerunt neque possunt opposuerunt & opponunt. ipsumq; desuper molestarunt uexarunt perturbarunt & impediuerunt prout molestant uexant perturbant inquietant & impediunt, ac quilibet eorum molestat uexat perturbat inquietat et impedit. feceruntq; & faciunt ac quilibet eorum fecit & facit quo minus dictus d. Io. altaria. N. &. N. necnon. N. eorumq; possessionẽ hactenus assequi. illaq; necnõ altare sancti. N. prædicta pacifice tenere et possidere. fructusq; redditus et prouentus ex eisdem prouenientes percipere et leuare pacifice et quiete potuerit siue possit. quinimmo quod deterius est Io. in altari. N. necnon. P. in altari. C. eorumq; possessionibus contra reseruationẽ huiusmodi nullo desuper iure suffulti se intruserunt prout intrusi sunt de præsenti. in animarum suarum & cuiuslibet ipsorum perpetuam damnationem dictiq; d. Io. præiudicium non modicum & grauamen palam & publice. Et ꝙ sic fuit &c.

Quare petit dictus procurator &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super gratia si nulli.

PRo uerificatione gratiæ si nulli de & super hospitali siue prioratu beatæ M. de. M. B. diocesis super quo & cuius occasione ad præsens agitur per R. p. d. B. T. utriusque iuris doctorem &c. auditorem per sanctissimum in Christo patrem et dominũ nostrum dominum. N. diuina prouidentia Papam quintum gratiose facte ac aliàs ad omnes finem & effectũ meliores in quem seu quos id fieri potest ꝓcurator & eo nomine dicti. d. L. partis sue dat facit & exhibet positiones & articulos infrascriptos tã coniunctim q̃ diuisim narratiue & dispositiue quibus sic singulariter singulis per partes in huiusmodi causa aduersas mediis suis iuramentis per uerbum credit uel non credit responderi & si negati fuerint illos probare intendit seq; & partem suam prædictam ad probandum illos admitti petit ad superfluam tamen probationem se nullatenus astringens de quo protestatur expresse.

In primis enim procurator quo supra nomine repetit hic & pro repetitis haberi uult & intendit omnes & singulos positiones & articulos aliasq; materias articulatas in huiusmodi causa de iure præfati domini. L. partis sue datos cum probationibus desuper factis actaq; & actitata in causa hmõi habita hicq; dat loco positionũ et articulorum pro uerificatione gratie

si neutri supradicte quatenus tamen pro se dictaq; parte sua & contra partes sibi in huiusmodi causa aduersas faciant siue quo uismodo facere uidantur & non alias aliter neque alio modo, de quo solemniter ꝓtestatur.

Ex quibus sic repetitis clare constat ꝙ postquam felicis recordationis Eugenius Papa quartus hospitale prædictum ad instantiam religiosorum uirorum Bartholomei abbatis & conuentus monasterii sancti Petri de Muschero ordinis uallis Vmbrose Florentinensis diocesis ex certis per ipsos abbatem & conuentum ipsi Eugenio licet minus ueraciter expositis causis cum asserta suppressione nominis eiusdem hospitalis & amotionem cuiusdam Alexandri de Sambotariis qui in duodecimo uel circa sue etatis anno constitutus illud tunc de facto obtinebat a detentione huiusmodi in prioratum sine cura dicti ordinis per monachos dicti monasterii ab illo pro solo nutu abbatis pro tēpore existentis amouibiles tenendum regendum & gubernandum erigi ac cum omnibus iuribus & pertinentibus suis eidem monasterio perpetuo uniri & incorporari per quosdam primo & deinde cū idem abbas dicti hospitalis per eum possessionem apprehensa illud ex tunc per unum ex monachis dicti monasterii aliquandiu regi & gurbernari fecerat suppressionē unionem erectionem incorporationem huiusmodi omniaq; & singula in ipsis apostolicis literis contenta præter illius Alexandri ammonitione & quecunq; inde secuta ex rationabilibus tunc sibi expresis causis causas reuocari & annullari ipsasq; unionem & incorporationem dissolui. necnon hospitale prædictum ad statum pristinum restitui & illud præfato domino Lu. sub certis modo & forma per alias suas literas committi mandauerat & ꝙ tandem idem hospitale dicto Alexan. ab illius detentione amoto tunc uacans auctoritate quacūque aliarum dicti Eugenii literarum per quas illud cui prioratum cōuentualem dicti ordinis per priorē perpetuum per illius conuentum uacatione occurrente tempore eligendi regi & de illo Antonio dominici de Papia monacho monasterii uallis umbrose Fesulanensis diocesis prouideri mandabatur n huiusmodi prioratum erectiis fuerat & quod inter ipsum Antonium & quendam Ioh. de bononia dicti ordinis monachum super huiusmodi prioratu quē Io. se tunc canonice regere & gubernare & Antho. prædicti ad se de iure spectare asserebant materia questionis quodq; sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus. N. diuina prouidētia Papa quartus causam & causas huiusmodi Reuerendo in Christo patri & domino domino Ruperto Episcopo uulterano tunc in Romana curia residentia ad dicti Antonii instantiam primo & deinde eo de medio sublato ex certis causis diuersis successiue sacri palatii apodoliri causarum auditoribus & tandem uobis Reuerendo patri domino. P. de ualle palatii apostolici causarum auditori audiendas commisit & fine debito terminandas qui aliquali per eum in causa huiusmodi contracto processu præfatum dominum Ludouicum de. L. pro suo interesse apud acta repetita deductum ad causam huiusmodi iuxta desupe sibi factam & præsentatam commissionem admisit & deinde in causa & causis hmōi ad nonnullos actus citra tamen cause conclusionem processit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissis præfato sanctissimo domino nostro pro parte eiusdem. d. L. expositis subiunctoq; ꝙ a nonnullis asseritur nullum dictorum litigantium in prioratu uel si fortasse ultima de illo facta erectio canonica non fuerit & propterea hospitale cēseretur in huiusmodi hospitali uel ad illū seu illud ius habere idem sanctissimus dominus noster. N. statum cause huiusmodi pro expresso habens ac dicto. d. L. audito ri gratuitorum deuotionem obsequiorum sue sanctitati & sedi apostolice impensorū meritorumq; suorum intuitu specialem gratiam facere necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica secularia & regularia cū cura & sine cura quæ etiam ipse ex quibus uis dispensationibus apostolicis in titulū uel in commendam obtinebat & expectabat & in quibus & ad quæ ius sibi quōlibet competebat siue competere poterat quecunq; quodcunq; & qualiacunque forent eorumq; fructuum redituum & prouentuū ueros ualores annuos dispensationumq; huiusmodi tenores necnon quarumcunque sibi super quibuscunq; fructibus redditibus & prouentibus ecclesiasticis concessas pensionum quantitates pro expressis haberi

beri uolens uobis. R. P. d. per certis sui tenoris literas apostolicas dedit inter alia in mandatis quatenus si per euentum litis huiusmodi uobis constiterit nulli litigantiū prædictorum in ipso prioratu uel si ultima erectio huiusmodi non subsistat in hospitali huiusmodi ius competere eundem. L. erectionē huiusmodi subsistentem in prioratu alioquin in hospitali huiusmodi siue per Alexandri ammotionem aut eius obitum tunc ex eo q̄ dictus Anto. suis culpis & demeritis exigētibus ipso prioratu auctoritate ordinaria per diffinitiuam sententiam quæ nulla prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam priuatus & ab illo amotus fuit siue alias quouismodo aut ex alterius cuiuscunq; persona siue per liberam resignationem alicuius extra dictam curiam etiam coram notariis & testibus sponte factam siue alias quouismodo aut ex alterius cuiuscunq; persona esset si subsistentis erectione prædicta prioratus ipse conuētualis sit & tanto tempore uacauerit q̄ eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime deuolutus idē'q; prioratus specialiter & si conuentualis foret ut præfertur propterea uel alias generaliter reseruatus existat & ad illum consueuerit quis per electionem assumi aut inter aliquos alios litigiosus existeret. erectionē autem non subsistentē in ipsius hospitalis perpetuum administratorem auctoritate apostolica constituendū & deputādū illū'q; uel illud & eius perpetuam administrationem sibi eadem auctoritate committendū ipsum'q; in corporalem & actualem possessionem inducendū. ita q̄ ipse. L. de fructibus redditibus & prouentibus præfati prioratus siue hospitalis quoad uixerit disponere & ordinare libere & licite ualeret sicuti ueri & indubitati illius priores siue rectores pro tempore existentes facere & disponere de illis possent & deberēt alias'q; & alia facere prout in literis apostolicis sub data Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice &c. tertio nonas. A. pont ficatus præfati domini nostri Papæ quinti anno. N. desup confectis ad quas & in eis contēta se refert dictus ꝓcurator quo supra nomine eas'q; & in eis contēta hic dat propositionibus & articulis inquantum ꝓ se parte'q; sua & contra An. & Io. aduersarios faciant siue facere uideantur & non alias aliter neq; alio modo de quo protestatur plenius continetur & habetur.

Item q̄ præfatus dominus. L. gratiam huiusmodi sibi sic ut præmittitur gratiose factam sciuit & scit illam'q; gratam & ratam habuit prout habet & habere se dixit & dicit literas apostolicas ut præfertur desuper fieri fecit & procurauit. Et q̄ sic fuit &c.

Item q̄ a. xx. annis proxime & immediate præteritis citra & supra fructus redditus & prouentus dicti prioratus siue hospitalis super quo ad præsens agitur tempore gratie prædicto. cc. & l. flor. auri de camera se. cō. exti. ua. an. non excesserunt prout nec hodie excedunt quinimmo longe fuerunt prout sunt infra eundē ualorem. Et sic fuit & est uerum.

Item q̄ a quatuor quinque annis proxime & immediate præteritis continue citra & supra & sic dudum ante tempus & tempore gratie si nulli huiusmodi præfatus dominus. L. de. L. fuit & erat prout est doctor utriusq; iuris domini nostri Pape capellanus & ipsius sacri palatii apostolici causarum auditor in ex & de legitimo matrimonio ꝓcreatus maior. xxv. annis ac alias habilis & idoneus ad huiusmodi prioratum siue hospitale prætextu gratiæ prædictæ perpetue administrandum, seq; pro tali & ut talem habuit &c. fuit'q; ab aliis &c. prout habetur tenetur &c. palam &c. Et sic fuit &c.

Item dat producta & producenda pro parte sua pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se parte'q; sua & contra partes aduersas faciunt siue quouismodo facere uideantur & non alias aliter neq; alio modo de quo protestatur.

Item q̄ omnes & singuli superius ac in productis & producendis &c.

Item q̄ præmissis non obstantibus dicti An. & Io. quibus seu eorum alteri nullum unquam ius in prioratu siue hospitali huiusmodi competiit siue competit se gratie si nulli mandato'q; de committendo dictum prioratum siue hospitale præfato domino. L. sic ut præmittitur auctoritate apostolica gratiose concessum bono'q; iuri in seu ad illum uel illud competenti temere & de facto cum de iure non potuerint neq; possint opposuerunt ac opponunt & eorum quilibet opposuit & opponit desuper mul-

tipliciter uexarunt perturbarunt & impe-dierunt prout & hodie perturbant & impe diunt feceruntque & faciunt et eorum qui libet facit quo minus gratia siue mandatũ hmõi suum debitum sortiatur effectum. ipseq; dominus. L. illius uigore prioratum siue hospitale hmõi assequi et illius fructus redditus et prouentus percipere et in suos ac prioratus siue hospitalis usus conuertere posset et deberet et quod deterius est dictus Io. de. N. se in prioratu siue hospitali hmõi intrusit prout intrusus est de præsenti fructus redditus & prouentus ex eodem prouenientes leuando & in suos damnabiles usus conuertendo in animarum suarum graue periculum dictiq; domini. L. p̃iudiciũ non modicum damnum & grauamen.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per uos. R. p. d. P. de ualle auditorem præfatum uestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari decerni & declarari gratiam si nulli mandatumq; apostolicũ de prouidendo huiusmodi ac omnia & singula fuisse & esse canonicas & canonica suumq; debitum debuisse & debere sortiri effectum dictumq; dominum. L. in prioratus uel si foret ultima erectio hmõi non subsistat in huiusmodi iurium & pertinentium omnium eiusdem perpetuum administratorem auctoritate apostolica constituendũ & deputandum illumq; uel illud & eius perpetuam administrationem sibi eadem auctoritate committendã fore ac per uos constitui deputari & committi dictisq; An. & Io. aduersariis coniunctim q̃ diuisim in seu ad prioratum siue hospitale hmõi nullũ unquam ius competiisse neq; competere præfatum Ioh. ab occupatione & detentione prioratus siue hospitalis huiusmodi tollendum & amouendum necnon eundem dominum. L. in & ad realem corporalem & actualem possessionem prioratus uel si erectio præfata uiribus non subsistat hospitalis iuriumq; & pertinentiarũ omnium eiusdem ponendum & inducendum fore & per uos tolli amoueri poni & induci. intrusionesq; detentiones & occupationes per Io. oppositionesq; uexationes perturbationes & impedimenta per Ioh. & Anto. præfatos eidem domino. L. sic ut præmittitur factas & præstitas factaq; & p̃stita fuisse & esse temerarias illicitas iniquas indebitas & iniustas temerariasq; illicita iniqua indebita et iniusta ac de facto præsumptas & præsumpta sibiq; super ipsis ac prioratu siue hospitali prædictis perpetuum silentium imponendum necnon Io. in fructibus ex prioratu siue hospitali hmõi a tẽpore intrusionis sue citra perceptis necnon ipsum ac Ant. præfatos tam coniunctim q̃ diuisim in expensis in hmõi causa propterea legitime factis de fructibus percipiendis expensis fiendis damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condemnãdos fore & per uos condemnari ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis sibi per uos fieri breue iustitie cõplementum.

Præmissa omnia & singula tam coniunctim &c.

Saluo iure addendi &c.

Et protestatur &c.

Articuli super expectatiua ubi est canonicus creatus.

Positiones & articulos infra scriptos ac contenta & descripta in eisdem tam coniunctim quam diuisim. ac alias narratiue & dispositiue de quolibet dat facit & exhibet procurator & eo nomine honorabilis uiri domini. M. canonici ecclesie ac in utroq; iure baccalarii quibus et eorum singulariter singulis sic petit per partem in hmõi causa aduersam medio suo iuramento per uerbum credit sufficienter respondeti. seq; ad eosdem probandum si negati fuerint in Romana curia & extra admitti remissionemq; desuper si & quatenus opus fuerit decerni petit & cõcedi citra omnus tamen superflue probationis de quo protestatur expresse.

In primis enim de existentia cathedralis uel metropolitane ecclesie.

Item de existentia canonicatus & præbende quos quondam Io. de. N. &c.

Item q; sanctissimus in Christo pater & dominus noster &c. quintus uolens præfato D. H. de literarum scientia uite ac morum honestate multipliciter commendato præmissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem pridem uidelicet sub data Ro. apud sanctum Petrum &c. Pontificatus sui anno primo canonicatum ecclesie. N. cum plenitudine iuris canoni-

ei contulit & de illo etiam prouidit. præbendam uero necnon officium eiusdem ecclesie etiam si ad officium huiusmodi consueuerit quis per electionem assumi necnon beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura cuius fructus redditus & prouentus si cum cura. xxv. si uero sine cura. xviii. mar. ar. se. tax. de. ua. an. non excedunt ad collationem prouisionem præsentationem seu quamuis aliam dispositionem dilecti filii rectoris parrochialis ecclesie oppidi in A. M. diocesis pertinens si quod tunc uacabat aut cum simul uel succesiue uacarent quod dominus. H. per se uel procuratorem suum ad hoc legitime costitutum infra unius mesis spacium postquam sibi uel eidem procuratori suo uacatio illius innotescerer duxerit acceptandum conferendum sibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus & pertinentiis suis donationi apostolice reseruauit districtius inhibuit irritum decreuit ac inter cætera statutum & consuetudinem de optando quæ in dicta ecclesia uigere dicuntur & quibus caueri dicitur ꝙ in aliqua ecclesiarum huiusmodi uel locorum illorum nullus maiorē præbēdam assequi ualeret nisi ad illam de minori ad maiorem præbendam gradatim per optionem ascenderet etiam iuramento confirmatione apostolica uel quacunque firmitate alia roboratis expresse derogauit executores deputauit aliasq; & alia plura fecit & fieri uoluit prout in literis apostolicis desuper confectis ad quas & contenta in eisdem dictus procurator se refert illasque hic dat pro positionibus & articulis inquantum faciunt pro se & parte sua & contra partem aduersam & non alias aliter neque alio modo plenius continetur. Et sic fuit & est uerum

Item ꝙ præfatus dominus. H. gratiam huiusmodi sic ut præmittitur factam sciuit & scit illamq; ratam & gratam habuit & habere se dixit ac dicit ac literas apostolicas desuper expediri fecit easq;. R. patri domino. B Episcopo. N. executori cum certis suis aliis collegis cum clausula quatenus uos uel duo uestrum &c. deputato pꝛ sentari literasque & processus sententias & censuras in se continentes in forma solita decerni concedi & fulminari fecit & procurauit aliasq; & alia tam executor quā. H. antedictus fecit fierique præcepit & mandauit prout in desuper confectis documentis publicis ad quæ & in eis contenta se refert hicq; dat pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se &c.

Item ꝙ præfatus quondam Ioh. de. N. dudum ante tempus & tempore obitus sui infra dicendi fuit & erat canonicus præbēdatus dictæ ecclesiæ. N. ac in ipsorum canonicatus & præbende super quibus ad præsens agitur iuriumq; & pertinētiarū omnium eorundem possessione seu quasi pacifica & quieta. se'que pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit & reputauit. ac fuit ab aliis eius noticiam habentibus pro tali & ut talis habitus &c. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dictus quondam Io. de. N. existens sic ut præfertur canonicus præbendatus necnon in ipsorum canonicatus & præbende iuriumque et pertinētiarum omniū eorundem possesfione seu quasi pacifica & quieta dudum uidelicet post. vii. Martii & ante. viii. dies mensium Aprilis anni domini. M. cccc. lii. extra Ro. cu. & in partibus diem uite sue clausit extremum. ꝙq; per ipsius quondam Ioan. obitum dicti canonicatus & maior præbenda de quibus in præsenti causa agitur tunc de iure & de facto uere uacarunt ac uacare et ꝓ uacuis reputati fuerunt palam et publice. Et ꝙ sic fuit et est uerum.

Item ꝙ dictos canonicatum & præbendam sic ut præmittitur uacantes præfatus. H. eosdem gratie et processuum prædictorum uigore infra tempus debitum ac alias legitime in et sub protestationibus in talibus fieri solitis acceptauit sibiq; de eisdē per dominum. C. de. C. notarium publicū tanquam subexecutorem uigore clausule ceterum &c. in processibus contente requisitum prouideri obtinuit et alias in talibus necessarias et oportunas diligentias fecit ac acceptationis et prouisionis necnon literarum et processuum prædictorum uigore eorundem canonicatus et præbende super quibus agitur possessionem corporalem realem et actualem assecutus extitit eosque continue citra possedit et tenuit prout tenet et possidet de præsenti prout in documentis poblicis desuper confectis ad quæ et in eis contenta se refert procurator prædictus quo supra nomine hicque dat pro positionibus et articulis quatenus

tamen pro se & parte sua faciant siue quomodolibet facere uideantur & non alias aliter neque alio modo de quo protestatur plenius continetur & habetur. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ab uno duobus &c. & decē annis &c & sic dudum ante tempus & tempore gratiæ habuit &c.

Item de habilitate executoris.

Item ꝙ a decem annis proxime & immediate præteritis continue citra & supra & sic dudum ante tempus & tempore date gratiæ prouisionis de dictis canonicatu & præbenda ecclesiæ necnon ipsi.d. H. per præfatū. C. sic ut præmittitur facte ꝙ. R. fuit & erat prout est notarius publicus in communione fidelium ac alias subexecutor & prouisor habilis & idoneus ad prouidendū dicto domino. H. cæteraq; faciendū & exercendū ac subexequendum quæ in præmissis & circa ea fecit egit & subexecutus est seq; etiam pro tali & ut talem habuit &c. fuitq; &c. prout habetur &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Item dat libellum suū ac producta sua & producenda pro parte sua in huiusmodi causa pro positionibus & articulis quatenus tamen faciant pro se & parte sua ac cōtra partem aduersam & non alias aliter neque alio modo de quo protestatur.

Item dat de notariis notariorum signis sigillis & habilitatibus personarum prout fuit & est moris.

Itē ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ præmissis omnibus & singulis non obstantibus quidam. G. R. assertus clericus in præsenti causa aduersarius cui in seu ad dictos canonicatum & præbēdā nullum unq̄ ius competiit prout neque competit suæ gratiæ acceptationi & prouisioni assecutioni & cæteris præmissis necnon bono iuri ipsi domino. H. in dictis canonicatu & præbenda de quibus in præsenti causa agitur seu ad illos quomodolibet competenti temere & de facto cum de iure non potuit prout neq; potest opposuit & opponit ipsumq; dominum. H. de & super dictis canonicatu & præbenda & illorū occasione multipliciter molestauit uexauit pturbauit inquietauit & impediuit prout de p̄senti molestat uexat & pturbat inquieat & impedit ac fecit & facit quo minus dictus. d. H. huiōi canonicatū & præbendam pacifice possidere possit & retinere & possessionem suam continuare & fructus redditus & prouentus pacifice & quiete ut deberet percipere possit & ualeat in animæ suæ periculum & in ipsius. H. præiudiciū non modicum damnum & grauamen.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per uos. R. p. d. Auditorem supradictum uestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari decerni & declarari ac alias uestro implorato officio in de & sup præmissis omnibus & singulis sibi per uos fieri breue iustitiæ complementum prout & quemadmodum latius petetur uerbo & in scriptis suis loco & tempore oportunis; de quo protestatur.

Præmissa omnia & singula tam coniunctim q̄ diuisim petit dictus procurator nomine quo supra omnibus melioribus modo uia iure cā & forma quibus melius & efficacius potest & debet uestrum benignum officium super his omnibus implorando.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Articuli super reseruatione ad primo uacatura.

Positiones & articulos infrascriptos &c.

Item de existentia metropolitane ecclesiæ Coloniensi.

Item ꝙ a dictis temporibus & per ipsa tempora inter alias collegiatas ecclesias in dicta diocesi. C. & infra eam eiusq; fines & limites existentes fuit esseq; consueuit prout de præsenti est quædam notabilis collegiata ecclesia uocata communiter & nuncupata ecclesia collegiata sancti. N. N. diocesis habens præpositum pro tempore ut caput necnon quamplures canonicos p̄bendatos ut membra capitulum ex se facientes & quamplures canonicos præbendatos cum ferculis & inter alios canonicatū & præbendā aliaq; fercula quidam canonicatus & præbenda & quoddam ferculum quos & ꝙ quondam. L. de. A. in ipsa ecclesia sancti. N. N. diocesis dū uixit obtinebat & super quibus ac super quo ad p̄sens agitur clerico seculari in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferri & assignari ac per eum regi & gubernari soliti &

consueti aliaq; iura et insignia collegiatā ecclesiam demonstrantia et designantia palam et publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox et fama.

Item ꝙ Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus. N. diuina ꝓuidentia Papa quintus uolens præfato domino. G. Præposito ecclesiæ beatæ Mariæ. R. V. diocesis apud ipsum de Literarum scientia uite ac morū honestate aliisq; laudabilibus probitatis & uirtutum meritis multipliciter commendato meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem dudum uidelicet sub data Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice. M. &c. anno secundo motu proprio non ad ipsius. G. uel alicuius alterius sibi desuper oblate petitionis instantiā sed de sua mera liberalitate primo uacaturis siue prima uacatura uel successiue canonicatus & præbenda cum ferculo ad dignitatem ꝑsonatū administrationē perpetua uel officium dictæ ecclesiæ sancti. N. N. diocesis etiam si ad dignitatem personatū uel administrationem huiusmodi consueuisset quis per electionē assumi eiq; cura immineret animarum dummodo dignitas ipsarum principalis non existeret per cessum uel decessum uel dimissionē illos uel illa obtinentes uel obtinentia seu alias qualitercunq; præterꝗ per resignationem ex causa permutationis et aın in ipsis qui collatoribus ordinariis iuxta apostolicis desuper factas uel pro tēpore faciendas ordinationes & cōstitutiones cedunt uel pro tempore cedent uel aliis mensibus aut diebus quibuscunq; etiam si ex quauis causa dispositioni apostolice generaliter reseruati reseruate seu reseruata forent collationi & dispositioni sue ac sedis apostolice auctoritate apostolica & ex certa scientia ex tunc cum inhibitione & decreto irritanti specialiter reseruauit inhibuit irritum decreuit inter alios executores uenerabilem & circunspectum uirum dominum Ia. G. ecclesiæ beatæ Mariæ T. Decanum eius proprio nomine non expresso cum clausula quatenus uos uel duo aut unus uestrum &c. deputauit aliasq; & alia fecit fieriq; uoluit & mandauit prout & quemadmodum in literis apostolicis desuper confectis ad quas & in eis contenta se refert procurator prædictus quo supra nomine hicq; dat pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se & parte sua & contra partem aduersam faciant & non alias aliter neque alio modo de quo protestatur expresse plenius habetur & continetur. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præfatus dominus. G. N. gratiam reseruationis huiusmodi sibi sic ut ꝑmittitur factā sciuit & scit illamq; ratam & gratam habuit & habet literasq; apostolicas desuper expediri fecit & eas præfato domino Ia. G. dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ T. Decano executori una cum certis suis in hac parte collegis ut præmittitur deputato præsentauit. qui quidem dominus Ia. Decanus & executor huiusmodi literis apostolicis reuerenter ut decuit receptis seruatis seruandis processus in talibus fieri solitos & consuetos decreuit censuras fulminauit subdelegauit ac alia's & alia fecit prout & quemadmodum in desuper confectis literis processibus siue documētis publicis ad quos & quæ ac in eis contenta dictus procurator quo supra nomine se refert hicq; dat pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se &c.

Item ꝙ quondam. L. de. M. dudum ante tempus & tempore obitus sui infradicēdi fuit & erat canonicus præbendatus dictæ ecclesiæ sancti. N. & in ipsorum canonicatus & præbenda ac ferculi iuriumq; & pertinentiarū omnium eorundem possessione uel quasi pacifica & quieta seq; pro tali & ut talem habuit &c. fuitq; ab aliis ꝓ tali & ut talis habitus &c. palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ dictus quondam. L. existens sic ut præmittitur canonicus præbendatus dictæ ecclesiæ sancti. N. ac in ipsorum canonicus & præbenda ac ferculi iuriumq; & pertinentiarū omnium eorundem possessione uel quasi pacifica & quieta dudū uidelicet ante diem. N. mēsis. N. anno domini &c. extra Rom. Curiam et in partibus diem uitæ sue clausit extremum. ꝑꝙ; per ipsius quondam. L. obitum dicti canonicatus & præbenda ac ferculum super quibus ad præsens agitur tam de iure ꝗ facto uere uacarunt ac pro uacuis reputati fuerunt palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ dictis canonicatu & præbenda ac ferculo sic ut præmittitur uacantibus

præfatus dominus. G. de eisdem canonicatu et præbenda ac ferculo sic ut præmittitur uacantibus & per eum cum protestatione solita acceptatis per discretum uirum dominum. A. N. clericum. C. diocesis publicum imperiali auctoritate notarium sub executorem in uim clausæ Cæterum &c. in processibus contente in subexecutorem per eum ad hoc electum & requisitum prouideri fecit & obtinuit. ipseq; A. N. subexecutor de illis sibi prouidit illosq; & illud eidem domino. G. contulit & assignauit. aliasq; diligentias sibi necessarias fecit & fieri procurauit prout in documentis publicis confectis ad quæ & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine hicq; dat loco positionum & articulorum quatenus tamen pro se &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis &c.

Item ꝙ dudum ante tempus & tempore gratiæ reseruationis processuumq; inde secutorum necnon prouisionibus p̄dictorū̄ præfatus dominus. G. fuit & erat in decretis licentiatus præpositus R esenēsem in ipsius præposituræ iuriumq; & pertinentiarū omnium eiusdem possessione seu quasi pacifica & quieta ac clericus secularis habitum & tonsuram honeste deferens clericales maior. xxv. annis ætatis suæ de legitimo matrimonio procreatus in communione fidelium ac aliàs habilis & idoneus ad canonicatum & præbendā ac ferculum huiusmodi obtinendum tenendum regendum & gubernandum seq; pro tali & ut talem habuit tenuit nominauit &c. fuitq; ab aliis &c.

Item ꝙ similiter ante tempus & tempore fulminationis processuum de & super dicta gratia reseruatione factorum præfatus dominus Ia. Decanus uocabatur hoc nomine Ia. fuit & erat tunc dicte ecclesiæ beatæ Mariæ. T. Decanus & in ipsius Decanatus iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem possessione uel quasi pacifica & quieta in communione fidelium ac aliàs habilis & idoneus ad huiusmodi gratiam apostolicam exequendum & ea quæ in præmissis fecisse dicitur faciēdum, seq; pro tali & ut talem.

Item ꝙ similiter ante tempus & tempore dicte prouisionis dictus. A. subexecutor gratiæ huiusmodi qui dicto domino. G. N. de dictis canonicatu & præbendā ac ferculo prouidit fuit & erat clericus. T. diocesis publicus imperiali auctoritate notarius in communione fidelium ac alias habilis & idoneus ad ea quæ in præmissis fecit & egit faciendū ac ut talis & pro tali fuit & erat dictus tentus nominatus & reputatus palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula.

Item dat producta & producenda pro parte sua in causa huiusmodi &c.

Item ꝙ omnes & singulæ personæ superius necnon in productis & producendis.

Iteem dat de sigillis.

Item ꝙ præmissis non obstantibus.

Arliculi super beneficio uacante extra curiam generaliter reseruato.

POsitiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem dat facit & exhibet procurator & eo nomine honorabilis uiri. d. N. &c.

In primis enim ponit & si necesse fuerit probare intendit de existentia metropolitane ecclesiæ. X.

Item de existentia collegiate ecclesiæ.

Item ꝙ fe. re. Be. duodecimus. Mar. quintus. Eu. quartus Ro. pontifices domini nostri. S. Ni. moderni Papæ prædecessores quos etiam idem dominus noster omnium & singulorum litterarum apostolicarum scriptorum ac etiam earundem litterarum abbreuiatorum dignitates personatus & officia canonicatus & præbende cæteraq; beneficia ecclesiastica secularia & regularia cum cura uel sine cura suo tempore & extunc in antea uacaturos & uacatura ordinationi & dispositioni ac prouisioni suæ reseruauit & ipsorum summorum pontificum quilibet si secus sup præmissis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptari cōtingeret irritum & inane decreuit aliasq; fecit prout & quemadmodū in de sup factis cōstitutionibus ordinationibus siue cācellariæ regulis ad quas & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine & cōtenta in eis hic dat pro positionibus &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus &c.

Item ꝙ quondam magister. N. tempore pie. re. Io. Papæ. xxij. Martini Papæ quinti ac etiam ante & usque ad tempus obi-

tus sui infradicendi fuit & erat officialis sedis apostolicæ ac literarum apostolicarum scriptor & abbreuiator de maiori parco & in epitaphio scriptorum literarum earundem descriptus & annotatus seq; pro tali &c.

Item quod dictus quondam Io.T.tempore Martini Papæ.v.ac etiam ante & usque ad tempus & tempore obitus sui infradicendi fuit & erat canonicus & præbendatus dictæ collegiatæ ecclesiæ sancti.V.& in ipsorum canonicatus & præbende super quibus ad præsens agitur iurium & pertinentiarum omnium eorũdem pacifica possessione uel quasi pacifica & quieta. seq; pro tali &c.

Item quod idem quondam Io.T.existens ut præmittitur scriptor literarum apostolicarum & abbreuiator necnon canonicus præbẽdatus dictæ ecclesiæ sancti.V.Bremensi & in ipsorum officiorum scriptoris & abbreuiatoris ac canonicatus & præbende iuriumq; &c.uel quasi pacifica & quieta dudum uidelicet post.xx. Iulii & ante &c.extra Roma.Curiam & in partibus diem uitæ suæ clausit extremum quodq; per ipsius quondam.Ioann.T. obitum canonicatus & præbenda ac Vicaria huiusmodi uere uacarunt tam de iure q̃ de facto & pro uacantibus reputati fuerunt palam & publice &c.

Item quod de canonicatu & præbenda ac Vicaria huiusmodi sic ut præmittitur uacãtibus nullus præter Rom. pontificem & summum dominum nostrum Papam modernum disponere seu se intromittere potuit siue potest reseruatione & decreto obsistentibus supradictis. Et sic fuit &c.

Item quod de præmissis omnibus & singulis &c.

Item quod canonicatus & præbende ac uicariæ perpetue prædictorum uacatione ad notitiam Sanctissimi domini nostri Papæ N.deducta .idem dominus noster Papa nuper.x.Kalend.Octobris põtificatus sui anno.N.uolens.N.&.C.B. prædictis clericis.B.diocesis apud eundem uite ac morum honestate aliisq; probitatis & uirtutũ meritis multipliciter commendatos fauore prosequi gratioso canonicatũ & p̃bẽdã in ecclesia. S.V.B.p̃dicta.N. cõtulit seu & de illis sibi prouideri mandauit. ipsamq; Vicariam perpetuam in ecclesia sancti Io. L.N.diocesis super quibus ad præsens agitur.E.prædictis cum omnibus iuribus & pertinentiis suis apostolica auctoritate contulit ac etiam prouidit executores deputauit aliaq; fecit uoluit & fieri mandauit prout & quemadmodum in literis apostolicis desuper confectis ad quas & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine hicq; &c.

Item quod.N.&.C.antedicti gratiã apostolicam eis & eorum cuilibet ut præmittitur factam sciuit & scit illamq; ratã & gratam quilibet eorum habuit literasq; desuper fieri & expediri & tandem. R.p.d.Io. Abbati monasterii sancti Martini executori in eisdem cum certis suis collegiis cũ clausula quatenus uos uel duo aut unus uestrum&c.deputato præsentari.ipseq; dominus Io.Abbas & executor desuper pro parte.N.A.dicti requisitus litteris ipsis reuerenter receptis.R.in Capellaniæ prædicte corporalem possessionem iuriumq; & pertinentiarum omnium eorũdem induxit inducią; mandauit processus solitos sententias & censuras in se continentes fulminauit & decreuit subdelegauit aliasq; tã Io. Abbas executor q̃.N.&.C. præfati fecerunt prout in desup confectis processibus & documẽtis ad quos & quæ ac in eis cõtenta se dictus procurator quo supra nomine refert hicq; dat pro positionibus &c.

Item quod similiter.N.literas apostolicas nuper factas sibi mãdato apostolico de cõferendo dictis canonicatũ & præbendã pro parte sui expeditis uenerabili & circunspecto uiro domino Io.N.decretorum doctori & palatii causarum apostolici auditori præposito.L.executori in eisdem deputato similiter p̃sentauit.ipseq; dominus Ioa. præpositus & executor antedictus præfato N.per eum primitus diligenter examinato & ad huiusmodi canonicatum & præbendã reperto idoneo & tali pronunciato & declarato dictos canonicatum & præbendã ecclesiæ sancti.V.Bremensi super quibus agitur apostolica auctoritate contulit & assignauit & sibi procurauit de eisdem instituit inuestiuit processus fulminauit subdelegauit aliasq; & alia fecit prout & quẽadmodum in desuper confectis documentis publicis ad quæ & in eis contenta se refert hicq; dat pro positionibus & articulis &c.

Item ꝙ ab uno duobus tribus quatuor & quinque annis proxime & immediate ꝑteritis citra & supra & dudum ante tempus & tempore gratiarum huiusmodi. N. ac alias. C. supradicti tam cõiunctim quam diuisim & eorum quilibet fuit & erat prout hodie est clericus secularis habitum & tonsuram publice & honeste deferens clericales maior. xxx. annis etatis sue de legitimo thoro procreatus in communione fidelium ac alias habilis & idoneus ad huiusmodi gratiam habendam eiusq; uigore ad dictos canonicatum & præbenda ac uicariam perpetuam de quibus ad præsens agitur singula singulariter singulis conferendo assequendum regendum tenedum gubernandum. seq; pro tali & ut talem quilibet eorũ habuit & tenuit nominauit & reputauit fuitque ab aliis pro tali & ut talis habitus tentus nominatus & reputatus ac habetur &c.

Item ꝙ ab uno duobus &c. & decem annis proxime præteritis citra & supra &c. mandati de conferendo fructus redditus & prouentus dictorum canonicatus & præbende sancti. V. B. quinq; mar. se. cõ. exti. ua. an. non excesserunt nec hodie excedunt.

Item ꝙ præmissis non obstantibus quidam Ioh. assertus clericus dicte. A diocesis quibus in dictis canonicatu & præbenda seu ad eos nullum unquam ius competiit neque competit se gratie mandati de conferendo prædicte ac bono iuri dicto domino N. in seu ad eos aliás quolibet competenti temere & de facto cum de iure non possit impediuit ac fecit & facit quo minus gratia mandati de conferendo huiusmodi suũ debitum sortite fuerint & sortiantur effectum ipseq; N. eosdem canonicatũ & præbendã pacifice assequatur quinimo idem Io. R. se in eisdem intrusit prout de præsenti intrusus est illosq; prætextu intrusionis huiusmodi occupauit & detinuit prout detinet indebite occupatos fructus redditus et prouentus ex eisdem prouenientes percipiendo & leuando & in suos damnabiles usus conuertendo in anime sue periculum dictiq; domini. N. iurisq; sui lesionem atq; præiudicium non modicum damnum & grauamen. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt erant & sunt uera publica notoria & manifesta atq; de eis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Item ꝙ omnes & singuli superius in productis & producendis pro parte dicti domini. N. b. in hac causa descripti & nominati fuerunt & sunt tales quales in ipsis productis & producendis describuntur & nominãtur temporibus saltem illis quibus sic fuisse & esse dicuntur & nominantur. seq; pro talibus & ut tales habuerunt tenuerunt &c.

Item dat producta & producenda pro parte sua in hac cã pro positionibus & articulis inquantum tamen pro se &c.

Item dat de notariis notariorum signis &c.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per uos. R. patrem dominũ auditorem uestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari decerni & declarari gratiam mandati de conferendo &c.

Præmissa omnia & singula tam coniunctimq; diuisim &c.

Saluo iure addendi &c.

Et protestatur &c.

Articuli pro uerificatione dependentis commissionis summarie.

PRo uerificatione commissionis &c. & ad finem & effectum ut iuxta eandem eius tenorem ac literarum apostolicarum tenorem & formam ꝓcedere possitis & ualeatis & ad omnes alios finem & effectum &c. & deducantur sigillatim narrata.

Pro testium affuturorum pro parte uenerabilis uiri. N. in causa huiusmodi producendorum examine procurator & eo nomine eiusdem domini. N. partis sue dat facit & exhibet positiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem &c.

Articuli super unione & incorporatione.

POsitiones & articulos infrascriptos ac contenta & descripta in eisdem dat facit & exhibet procurator & eo nomine procuratorio siue sindicus uenerabilium & religiosorum uirorum &c.

Item de existentia cathedralis.

Item

Item de existentia parrochialis. N. diocesis sunt ut ponatur post existentes & sic dudum ante tempus & tempore unionis incorporationis & annexionis infradicendarum fuit esseq; consueuit prout hodie est quaedam cathedralis ecclesia incorporata & unita ut infradicetur uocata cōiter &c.

Item de existentia monasterii in. B. A. diocesis ordinis sancti. B.

Item dicit ponitq; & si necesse fuerit probare intendit ꝙ dudum ante tempus & tēpore oppositionū contradictionum molestationū & impedimentorum infra dicendorum dicta parrochialis ecclesia in. R. fuit & erat prout est hodie supradicto monasterio in. B. A. diocesis tam ordinaria quā fe. re. domini. B. pape noui auctoritatibus rite & legitime incorporata annexa & unita ꝓut in literis apostolicis desuper cōfectis ad quas & in eis contenta &c.

Item ꝙ dictum monasterium siue abbas & conuentus in. N. dictarum annexionis incorporationis & unionis per dictum fe. re. dominum. B. factarum uigore & expost de anno domini &c. uel circa & continuo per plures annos praefate parrochiali ecclesie sancti. L. corporalem realem & actualem possessionem cum omnibus iuribus & pertinentiis suis apprehenderunt tenuerunt & nacti fuerunt illamq; ecclesiam tam per monachos dicti monasterii quam etiam ꝑsbiteros seculares rexerunt gubernarunt habuerunt & tenuerunt fructus redditus & ꝓuentus ex eadem prouenientes percipiendo & leuando & in suos laudabiles usus cōuertendo. Et sic fuit &c.

Item ꝙ expost de tempore fe. re. N. Pape. N. ante tamē annum domini. M. cccc. liiii. & mense. A. dicti domini abbas & conuentus eandem parrochialem ecclesiā sic unitam per obitū quondā Io. qui eandē ecclesiam tūc occupauerat iterato eiusq; possessionem realem & actualem extiterant assecuti fructus redditus & prouentus exinde prouenientes percipiendo & leuando & in suos usus conuertendo palam publice &c.

Item ꝙ praemissis siue aliquibus ex eis per praefatum dominum. N. Papam recepti idem dominus. N. eandē incorporationē sic ut praemittitur factam & inde secuta rata & grata habentes praemissa omnia & singula auctoritate apostolica confirmauit oēs & singulos defectus suppleuit & de nouo quatenus opus fuit incorporauit aliasq; & alia fecit prout in literis apostolicis desuper confectis ad quas & in eis cōtenta &c.

Item ꝙ dicti domini abbas & conuentus &c. articulus ratificationis gratie unioni N. Pape.

Item articulū ualoris monasterii cui unitur & ecclesie quae unitur.

Item ꝙ praemissis omnibus & singulis non obstantibus quidam magister. N. assertus clericus aduersarius &c. in seu ad &c.

Articulum oppositionis & molestationis.

Item ꝙ ultra praemissa dictus. N. aduersarius nuper uidelicet de mense Augusti anno domini millesimo &c. fructus redditus & prouentus ex dicta parrochiali ecclesia iuribusq; & pertinentiis eiusdem praenominatis temere & de facto usurpauit & in suos damnabiles usus conuertit ꝑut percipit & conuertit de praesenti. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ hmōi fructus redditus & prouētus ut praemittitur ex dicta parrochiali ecclesia prouenientes ac per dictum. N. aduersarium usurpati uno anno cum alio cōpensato centum floren. auri de camera ualuerunt ac ad dictum ualorem ascendere consueuerunt palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ praemissa omnia & singula &c.

Item ꝙ dictus. N. aduersarius pro parte dictorum abbatis & conuentus monasterii huiusmōi requisitus quatenus ab oppositionibus detētionibus usurpationibus & impedimentis hmōi cessaret ac ipsos abbatem & cōuentū fructus redditus & prouentus ipsius parrochialis ecclesie pacifice & quiete percipere & ipsorum ac monasterii hmōi usus conuertere permitteret ac usurpatos & occupatos fructus redditus & prouentus a praedicto anno usq; ad praesens tempus eisdē dominis abbati & conuentus si extarent alioquin eorum uerum ualorem puta. c. floren. auri de camera quolibet anno restitueret & assignaret sepe & sepius requisitus & interpellatus fuit prout requiritur & interpellatur de praesenti. & sic fuit &c.

Item dat producta & producenda.

Item ꝙ omnes & singule persone &c.

Item dat de sigillis.

Quare petit procurator siue sindicus &c.

Articuli super consumptione gratie expectatiue.

DEclarando materias pro parte honorabilis uiri domini. T. in hmōi cā. V.b.præbēda datas illasq; magis specificando in casum & euentum in quem seu quos constaret seu constare posset de aliquo iure cuiusdam. H. N. in & ad eosdem canonicatū & præbendā prout nō creditur nisi legitime doceatur immo per expressum diffitetur extunc procutator & eo nomine &c. dat facit &c.

Vel sic.

Declarando omnes & singulas materias articulatas pro parte uenerabilis domini. N. datis ac ad ostendendum & clare demōstrandum de non iure undiq; propterea præfatum dominum. N. indebite & inique molestat uexat & perturbat ac ad omnes alios finem & effectum parti sue plus utiles & proficuos parti uero aduerse plus nociuos protestatur &c.

Repete acta &c.

Ex quibus constat de cathedralis. V. & collegiate. B. existentiis.

Item q̄ inter alios canonicatus & præbendas in dicta. b. ecclesia existentes fuerūt nōnulli canonicatus p̄bende & quos quondam Io. dudum ante &c. obtinebat clerico seculari &c.

Item de obitu dicti quondam Io.

Item q̄ dictis canonicatus & præbenda sic ut præmittitur ex obitu dicti quondam Io. uacantibus dictus. H. eosdem canonicatū & præbendā prætense sue gratie expectatiue uigore infra tempus debitum acceptauit sibiq; de eisdem prouideri obtinuit q̄q; per acceptationem & prouisionem hmōi priores sua prætensa gratia fuit & erat totaliter quo ad alios præsertim canonicatus & præbende super quibus hic agitur penitus & totaliter extincta ac consumpta. Et sic fuit &c.

Præmissis igitur ueris existentibus prout uerissima sunt in casum & euentum in quem seu quos de somniato exaduerso spolio constaret quod tamen non creditur nisi legitime doceatur immo per expressum diffitetur & negatur extunc constat clare de bono iure ipsius aduersarii & cum ipse dominus. N. recte & iuste ipsam ecclesiam possidebat licuit sibi possessionem suam cōtra quemcunque ipsum turbantem defendere.

Pluribus etiam aliis causis & rationibus suis loco & tempore opportunis dicendis p̄ponendis & allegandis de quo dictus procurator quo supra nomine protestatur solemniter & expresse ipso. B. aduersario obstantibus non uenit super dicta ecclesia eiusq; prætensa spoliatione quoquomodo.

Articuli super redemptione pensionis.

Item plura alia falsa in dicta prætensa commissione suggessit & uera tacuit. quæ

falsa si tacuisset & uera expresisset impetrans dictam prætensam commissionem nullatenus obtinuisset. Et sic fuit &c.

Item præmissa quatenus facti sunt & in facto consistunt sibiq; onus probandi illa incumbit offert se procurator prædictus quo supra nomine legitime probaturum citra tamen onus superflue probationis: de quo protestatur.

Item protestatur ꝙ in huiusmodi causa ad aliquem actum negocium principale concernentem nullatenus procedatur nisi prius & ante omnia discusssis dictis exceptionibus: ꝙ si sic factum non fuerit protestatur de grauamine & appellando ac nullitate processus.

Exceptiones contra commissionem super nullitate sequestri.

PRotestatur procurator & procuratorio nomine honorabilis uiri domini. M. partis suæ ꝙ si quæ sint aut contineantur in quadam prætensa cõmissione uobis. R. patri &c. auditori ultimo in huiusmodi causa pro se dictaq; parte sua & contra dictam partem aduersam illa in ea dumtaxat parte sua & cuiusdam Ioan. ut dicitur facta ac præsentata quæ quo quo modo faciant pro se & contra dictam partem aduersam illa in ea dumtaxat parte non impugnat neq; impugnare intendit. quinimmo ea ut & tanq̃ talia recipit & acceptat in uim saltem & per modum tacite confessionis. quatenus uero pro dicta parte aduersa & contra dictam partem suam facere censeantur extunc excipit & excipiendo dicit ꝙ huiusmodi prætensa commissio fuit erat & est nulla inefficax & inualida nulliusq; roboris uel momenti surreptitia & obreptitia surreptitiæ & obreptitie tacita ueritate & expressa falsitate per dolum & fraudem ac circũuentionẽ principis fraudulenter extorta. talibus namque ueritate tacita quæ si expressa & falsitate suggesta quæ si tacita fuissent concedens eandem prætensam commissionem minime concessisset fuitq; & est alias talis quod nulla uobis ipsius prætextu iurisdictio seu facultas procedendi extitit attributa prout ex eius prætenso tenore respectiue clare cõstare poterit cuilibet diligenter intuenti & intelligenti ac alias latius dicetur uerbo & in scriptis suis loco & tempore congruis & oportunis de quo protestatur expresse.

Item ultra præmissa & eis saluis dictus procurator quo supra nomine latius & in specie contra dictam prætensam commissionem excipiendo dicit ꝙ impetrans eandem prætensam commissionem suggessit per fraudem dolum & astutiam ꝙ quidã. G. parrochialem ecclesiam. N. cuius occasione hic agitur dudum anteq̃ aliqua sentẽtia super eadem contra eũdem. G. lata fuisset resignauerit & de eadem dicto Ioann. prouisum fuerit ipseq; Io. eandem possederit quæ omnia prout suggesta fuerunt falsa sunt & omni carent ueritate tacuit autẽ fraude dolo & astutia similibus ꝙ dictus. G. dudum ante motam sibi super dicta parrochiali ecclesia litem eandem ecclesiam ex causa permutationis cum præfato domino Io. pro parrochiali ecclesia. N. talis diocesis resignauit ipsiq; domino Io. de eadem prouisum fuit quæ si expressisset & falsa suggesta tacuisset dictam prætensam commissionem concedens minime concessisset.

Item tacuit similibus dolo fraude & astutia ꝙ prætensus resignans cui dictus Io. innititur licet talis dici non mereatur cum nihil per eum fuerit resignatum fuit & est fraudulẽta & per dictum. G. aduersarium qui sententiam contra se ferẽdam & sequestrum decernendum fore dubitare non potuit prout nec debuit ad euadẽdũ pœnas sequestri huiusmodi & litẽ ipsam immortalẽ efficiendũ fraudulẽter & dolose p̃sumpta qđ si expressisset dictã p̃tensam cõmissionem concedens minime concessisset.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter & absq; eo ꝙ dictus. G. post prætensam fraudulentam & præsumptam resignationem huiusmodi possessionem dicte parrochialis ecclesiæ. N. unq̃ prout in dicta prætensa cõmissione confingitur dimiserit quinimmo eandem parrochialem ecclesiã & eius possessionem nedum post huiusmodi præsumptam resignationem uerumetiam post & contra priorem ex causa permutationis factam ueram resignationem a mense uidelicet Februarii anno domini. M. &c. semp & continue citra occupauit & hodie occupat fructus ex eadem ecclesia. N. usurpando & in suos usus damnabiles conuertendo in magnum damnum & præiudicium

dicti domini. Io. quæ si expresisset & falsa suggesta tacuisset dictam prætensam commissionem concedens nun q̄ concessisset. Et sic fuit &c.

Item in casum & euentum quibus constaret prædictum dominum Io. de prætensa & præsumpta prouisione dicti Io. notitiam habuisse seu quod eidem quomodolibet innotuisset aut ꝙ eidem dominus Ioa. causam contra eundem. N. committi fecisset extunc dictus procurator quo supra nomine nihil de partis aduerse prætensa intentione confitendo excipit & excipiendo dicit ꝙ hoc fuit longe post latam diffinitiuam sententiam & sequestri decreto quæ si expresisset & falsa tacuisset dictam prætensam commissionem minime extorquere potuisset. Et sic fuit &c.

Itē in eosdem casum & euentum dictus procurator quo supra nomine excipit & excipiendo dicit ꝙ attento ꝙ dictus. N. nedum post dictam præsumptam & fraudulentam resignationem sed etiam post prætactam priorem ex causa permutationis factam ueram resignationem dictam ecclesiā continuo citra semper occupauit & intrusus in eadem fuit & hodie existit ꝙq; contra eum tanq̄ intrusum & occupatorem dicta diffinitiua adiudicatoria sententia lata fuit dicta prætensa & præsumpta prouisio Io. sequestrum in causa huiusmodi nec impedire neque inficere seu annullare poterit. quæ si expresisset Papa dictam prætensam commissionem minime concessisset. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ de præmisis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

Et præmissa quatenus facti sunt & in facto consistant onusq; probandi ea sibi incūbat offert se dictus procurator quo supra nomine legitime probaturum petens ea in Ro. Curia & extra ad probandum admitti. ad superfluam tamen &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Exceptiones contra commisionem in tertia instantia.

PRotestatur procurator & eo nomine ac pro parte honorabilis uiri domini. N. partis suæ ꝙ per quacunque comparitionem corā uobis &c. in uim cuiusdam prætense commissionis ad instātiam cuiusdam. N. in hac causa. N. canonicatus & præbende ecclesiæ. N uobis ut prætenditur facte & præsentate faciēdam non intendit in iurisdictionem uestram cō sentire aut illam prorogare prout non consentit neque prorogat. quinimmo illam cō tinuo declinare uult intendit & declinat nisi quatenus aliàs de iure iudex competens sitis. qua protestatione præmissa & quam pro repetita habere uult & intendit in quolibet actu coram uobis faciendo protestatur ꝙ si quæ sint aut contineantur in eadē prætensa commissione quæ quoquo modo faciāt seu facere posint pro se dictaq; parte sua & cōtra partem aduersam prædictā illa in ea dūtaxat parte nō impugnat neq; impugnare intendit. qnimmo ea ut & tanq̄ talia recipit & admittit in uim saltē & per modum tacite confessionis dicti aduersarii quatenus uero pro ipso aduersario & cōtra præfatum dominum Io. faciant seu facere uideantur extunc & in eo casu excipiendo dicit ꝙ ipsa prætensa cōmisio fuit & est nulla inefficax & inualida per dolū fraudem & principis circumuentionem extorta surreptitie & obreptitie tacita ueritate & expressa falsitate impetrata. tali namque ueritate tacita quæ si expressa & tali falsitate suggesta quæ si tacita fuisset prætensa commissio ipsa nullatenus emanasset. fuitq; aliàs & est talis ꝙ uobis illius ꝑtextu nulla iurisdictio nullaq; facultas conceditur prout ex illius prætenso tenore clare patet cuilibet intuenti & infra ac aliàs latius dicetur uerbo & in scriptis suis loco & tempore oportunis. de quo protestatur expresse.

Specialius autem contra dictam prætēsam commissionem excipiendo procurator prædictus dicit illam fuisse & esse duabus ex causis nullam surreptitiam & obreptitiam prout inferius deducitur.

In primis quidē procurator prædictus dicit prætensam commissionem huiusmodi dudum ante tempus interiectionis seu interpositionis asserte appellationis cuius causa per eam committi prætenditur fuisse & esse concessam & signatam. Et sic fuit & est uerum.

Item pro prædictorum declaratione ꝓcurator prædictus dicit ꝙ prætensa cōmissio supradicta ante diē. xxviij. mensis Mar

tii nuper elapsi anni a natiuitate domini &c.concessa fuit & signata palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ipsius prætensæ cõmissionis concessio & signatura fuit ante dictã diem. xxviij. mensis Martii uisa lecta palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter id & absque eo ꝙ asserta appellatio cuius causa per dictam prætensam commissionem cõmitti prætenditur fuerit ante . xxviij. diem præfati mẽsis Martii interposita. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dicta prætensa commissio fuit & est nulla surreptitia & obreptitia ex alia causa pro cuius declaratione procurator prædictus dicit quod lite super canonicatu & præbenda de quibus in dicta prætensa commissione fit mentio coram . R.p. &c.auditore inter præfatos Ioann. &.P. pendente idem dominus. P.A.præfato domino. N.& certo sibi per eum illato grauamine appellauit cuius appellationis causa.R.p.&c.etiam auditori commissa idẽ dominus P.terminos omnes in causa appellationis huiusmodi seruauit & per eundem Io.inhiberi obtinuit ac super prætensa ipsius inhibitionis reuocatione repositus fruit palam & publice. Et sic fuit & est uerum .

Item procurator prædictus dicit ꝙ si ꝑmissa omnia fuissent in dicta prætensa cõmissione expressa attento ꝙ causa grauaminis prius decideret ipsa prætensa commissio nullatenus nisi forsitan dependerẽt & ad eundem auditorem inter cætera propter labores euitãdos ac expensas emanasset. Et sic fuit &c.

Et præmissa excipiendo dicit procurator prædictus omnibus melioribus modo uia iure causa & forma quibus melius potest & debet & quatenus ad hoc teneatur se offert illos legitime probaturum & ad id admitti petit ac expresse protestatur ꝙ ad ulteriora in uim dictæ prætensæ commissionis nullatenus procedatur nisi exceptionibus ipsis primitus ad probandum admissis & illis legitime discussis alioquin a non admissione huiusmodi & prætenso ꝓcessu exnunc prout extunc & econtra ad dominum nostrum Papam appellat apostolosq; primo secundo & tertio petit.

Saluo iure corrigendi &c.

Exceptiones speciales contra commissionem.

PRotestatur procurator & eo nomine &c.ut supra in generalibus.

Et præmissis quibus insistit saluis latius excipiendo contra dictam prætẽsam commissionem ex aduerso ut prætenditur extortam dicit dictus procurator quo supra nomine ꝙ ipse prætensus impetrans dolose & fraudulenter expressit in secunda prætensa inserta commissione ꝙ ad instantiam non procuratoris monitoriũ fuisset decretum ꝙ falsissimũ est prout apud acta constat & ab omni ueritate alienum quæ suggesta si tacita fuissent prætensa cõmissio non fuisset extorta. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dictus prætensus impetrans ut iustitiam quassaret suggerere non erubuit cõcedenti ꝙ probationes pro parte dicti domini. Ia. factæ fuissent parte non uocata receptæ & ꝙ ipse. N. indefensus & inauditus remansisset ꝙ similiter falsum est & caret ueritate.

Item ꝙ ultra præmissa ipse impetrans suggessit ꝙ anteꝙ̃ prætensa commissio inserta fuisset præsentata . R.p.d P.de.N. secundam confirmatoriam sententiam ꝓmulgasset sed circa hoc tacuit ꝙ procuratori ipsius impetrantis data fuit dilatio & terminus ad probandum prætensum ius patronatus & possessionem præsentandi & ꝙ ipse infra dictũ terminum sibi datũ nullam probationem fecit neq; probauit quæ tacita si fuissent expressa prætensa cõmissio nullatenus extorta fuisset. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item suggessit false impetrans quod ipse. N. per illustrissimum regem Poloniæ huiusmodi præpositure patronum fuisset præsentatus ordinario loci & ꝙ ipse ordinarius recusauit ipsum instituere dans intelligere Papæ falsæ & dolose ꝙ huiusmodi præpositura fuisset & esset de iurepatronatus regis Poloniæ laici & quod ipse rex fuisset in possessione iuris præsentandi per sonam habilem & idoneam ad huiusmodi præposituram & ad illam suggestionem uidetur motus concedens hanc prætensam commissionem sed circa hoc tacuit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ dicta præ

positura super qua hic agitur fuit & erat generaliter reseruata & ꝙ tam prædecessores immediati q̃ mediati huiusmodi præpositure rectores & possessores a summis pontificibus ipsius uacatione occurrente ipso rege sciente intelligente tollerante & nõ contradicente eam ex collatione pontificis Romani auctoritate apostolica pacifice assecute fuerũt. quæ tacita si expressa fuissent nulli intelligenti dubium ꝙ princeps in eneruatione sui iuris & subtractionis potestatis nullatenus prætensam commissionem concessisset. Et sic fuit &c.

Item suggessit insuper dolose & fraudulenter ꝙ nonnullis assertis iudicibus in partibus fuisset commissum ut si ipsis constaret & de prætenso iure præsentandi & possessione domini regis ipsam præpositu ram conferrent præfato. N. aduersario. sed circa hoc tacuit iam biennio elapso nil doctum neque probatum fuit. immo impossibile fuit & hodie est talia probari posse. quia tam clara & de per se nota est ueritas ꝙ ornatu orationis fabulis mendaciis & fuco nõ indiget. quæ si expressa fuissent prætensa commissio non emanasset. Et sic fuit & est uerum.

Item prætensus impetrans falsam latinitatem orationis siue fraudulenter subiungens dolose suggessit quod a processu. R. p. &c. auditoris pro parte ipsius. N. fuisset appellatum. sed circa hoc tacuit ꝙ omnes & singuli termini in talibus seruari soliti fuissent seruati & super prætensa somniata in dicta prætensa commissione appellatione ipse dominus Ioan. auditori ipsum prætensum appellantem reposuit. & ꝙ statum causæ ipsius omisit. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Plura alia suis loco & tempore deducenda similia suggessit. quæ falsa suggesta si tacita & uera tacita si expressa fuissent dolosus impetrans prætensam commissionem huiusmodi nullatenus illis saltem modo & forma quibus concessa prætenditur obtinuisset. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Has autem exceptiones quatenus facte sint & in facto consistant offert se dictus porcurator quo supra nomine legitime probaturum petens se ad hoc admitti citra tamen onus superflue probationis ad qd se non astringit de quo protestatur expresse.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Exceptiones contra procuratorium generales.

Contra quandam prætensam scripturam ad modum procuratorii p partem aduersam ut dicitur exhibitam &c. excipiendo dicit ꝙ dictum prætensum procuratorium fuit & est uanum uarium incertum obscurum ambiguum indeterminatum defectuosum calumniosum negatiuum debitis substantialibus carens male releuatiuum malitiose & minus ueraciter confectum causa diffugii & ut ueritas non appareat productum ad causam præsentem non faciens nec fuit prout nec est manu publica scriptum nec aliqua auctoritate signo aut sigillo sigillatum siue signatum & aliàs tale ꝙ ipsum producens non est in huiusmodi causa prætacta admittendus eo ꝙ non facit ad præsentẽ causam nec impedit quo minus in præsenti causa procedatur ad ulteriora prout ex ipsius inspectione plene patet & latius dicetur uerbo & in scriptis &c.



Exceptiones generales contra instrumentum in uim compulsoriæ extractum.

Protestatur procurator & dicit ꝙ si qua sint aut contineantur in quodam instrumento prætenso in uim compulsoriæ ut prætenditur extracto.

Item dicit procurator prædictus quo supra nomine ꝙ dictum prætensum instrumentum & contenta in eo fuerunt extracta per non habentem potestatem nec. H. principali in huiusmodi causa ad hoc uocato nec eius procuratore legitime uocato prout ordo iuris expostulat. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ huiusmodi prætensa extracta in huiusmodi prætenso instrumento contenta a quodam originali ut prætenditur per partem aduersam cui originali nec in iudicio nec extra iudicium statur nec de iure est standum. quia priuata scriptura nec manu publica subscripta nec aliquo sigillo auctentico signata siue sigillata. Et sic &c.

Exceptiones contra commissionem cum protestatione de non consentiendo in iudicem.

PRocurator & eo nomine ac pro parte uenerabilis uiri domini. N. præpositi collegiate ecclesie sancti. N. oppidi. N. N. diocesis partis sue protestatur ꝙ per aliquam comparitionem coram uobis. R. p. d. N. de. N. in uim cuiusdam prætense commissionis pro parte cuiusdam N. ut prætenditur uobis facte & præsentate aut alias hactenus factã uel imposterum fiendam non intendit in iurisdictionem uestram consentire neque illam prorogare ꝑ ut non consentit neque prorogat. quinimmo illa continuo declinare uult & intendit atque declinat nisi quatenus alias de iure iudex competens sitis. qua protestatione p̄missa & quam pro repetita haberę uult. & intendit in quolibet actu facto uel imposterum fiendo termino seruato uel forsitan seruando coram uobis in uim dicte prætense commissionis aut alias protestatur ꝙ siqua sint aut contineantur in illa quæ quoquo modo faciant &c.

Exceptiones contra commissionem ubi agitur de præuentione non consentiendo in iudicio.

CItra tamen omnem indebitum consensum uestreq; prætense iurisdictionis prorogationem ac per quemcunque actum siue comparitionem quem seu quæ si ipsum in iudicio uel extra coram uobis in causa uel in causis huiusmodi quomodolibet facere contigerit non intendit uestram prætensam iurisdictionem in aliquo prorogare nec in uos tanquam in iudicē sibi partiq; sue competentē quomodolibet consentire nisi quatenus ad id de iure teneatur & hoc salua & repetita protestatione procurator & eo nomine partis sue protestatur & dicit ꝙ in casum & euentum in quem seu quos constaret aut aliquo modo constare posset de quibusdam prætensis literis executorialibus quod non creditur nisi legitime doceatur extunc prædictus procurator & eo nomine protestatur & dicit ꝙ hmōi prætense litere sunt nulle inefficaces &c.

Et præmissis quibus insistit saluis latius excipiendo dicit ꝙ prætensus impetrans nuper dolose ut concedentem circũueniret tacuit ꝙ causa & cause appellationis huiusmodi nullitatis iniquitatis & iniustitie p̄tense diffinitiue sententie dominorum. N. &. N. una cum negotio principali anteq̃ uobis fuerunt erant & sunt. R. patri. N. coauditori uestro in uim specialis commissionis per ipsum etiam antea recepte commisse quod ipse dominus. N. coauditor uester uos per rescripti & commissionis huiusmodi præsentationē & receptionē diu ante prætense commissionis huiusmodi præsentationem ut prætenditur ex aduerso factos in iurisdictionem etiam per citationem inde secutam præuenit. & per consequens cum secundum prætensum rescriptum de primo mentionem non faciens surrepticiũ sit censendum & ueluti surrepticium & exceptionis ope elisum iurisdictionem non tribuat cum princeps in dubio causam uni commissam auditori ab eo euocari non uelit neque intendit nisi de hoc mētio fiat specialis in uim prætense commissionis huiusmodi nulla est uobis iurisdictio attributa. uero itaque huiusmodi tacito expresse prætensa commissio huiusmodi modo & forma extorta non emanasset, Et sic fuit & est uerum.

Plura alia &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Exceptiones speciales de præuentione iudicis.

ITem specialius excipiendo dicit ꝙ idē impetrans tacuit fraudulenter & dolose ꝙ causa prætēse appellationis a sententia diffinitiua pro ipso lata interposite de qua in eadem comissione prætensa fit mentio necnon nullitatis & desertionis eiusdem prætense appellationis una cum toto negocio principali fuit & est. R. p. d. N. coauditori uestro sufficienter commissa & coram illo processum ad terminorum obseruationem & alias necessaria & oportuna protestatione facta prout in actis coram R. p. & c. auditore ad quæ se refert habitis plenius continetur & habetur & hoc dudū antequam dicta prætensa commissio uobis facta fuisset. Et sic &c.

Item tacuit ulterus ꝙ præfatus. L. auditor per hmõi præsentationem commissionis sibi factam uobis. R.p.d. &c. auditori in iurisdictione longe præuenit palã & publice. Et sic fuit & est uerum.

Et pro declaratione præmissorum dicit procurator quo supra nomine ꝙ prætensa commissio uobis domino &c. auditori ut ꝑtenditur facta eius nullitate & surreptione salua fuit & est unica ac unica & sola uice duntaxat & non pluries surrepticia & nulliter facta & præsentata & hoc die. xx. Februarii anni domini. M.cccc.&c.&non ante nec alias.

Item commissio supradicto domino. L. auditori in huiusmodi causa sibi facta & præsentata fuit dudum anteꝗ̃ aliqua prætensa commissio uobis domino auditori in hmõi cã facta foret.& coram eo iurisdictione fundata & hoc die. x. Februerii prædicti anni. Et sic fuit &est uerum.

Exceptiones contra commissionem executorialem.

GEneralibus exceptionibus ꝓtestationibus & admissionibus cõtra cõmissionem dari solitis &consuetis repetitis & illis quibus insistit saluis procurator prædictus quo supra nomine latius excipiẽdo contra prætensam commissionem uobis. R.p d. N. auditori præfato ultimo in hmõi causa factam & præsentatam dicit ꝙ prætensus impetrans eandem ut condecentem dictam prætensam commisionem circũueniret non sine fraude & dolo expressit prætensam sententiam per.p.v. in huiusmodi causa ultimo latam & promulgatã nulla prouocatione suspensa in rem transiuisse iudicatam & tacuit ꝙ die sabbati ultima mensis Maii præsentis non per legitimum procuratorem in ultimo momento in domo. P.v. in uestri & uestrorum notariorum absentia de qua idem procurator solẽniter protestatus fuit coram notario publico & testibus præsentibus extitit legitime a dicta prætensa sententia prouocatum & appellatum necnon diligentia debita infra terminum iuris ad insinuandum eandem appellationem factas & exhibita prout in publicis instrumentis desuper confectis plenius continetur & habetur quæ falsa expressa si tacita &uera tacita si expressa fuisse ut prætensa commissio hmõi nullatenus concessa fuisset saltem illis modo & forma quibus obtenta esse dicitur.& sic fuit &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Exceptiones generales contra positiones & articulos.

PRotestatur procurator & eo nomine &c. partis sue & dicit ꝙ si quæ sint aut contineantur in quibusdam prætensis positionibus & articulis corã uobis Reuerendo patre &c. auditore pro parte cuiusdam. B.&c. in hac causa aduersarii ut dicitur datis & exhibitis quæ quoquo modo faciant aut alias quomodolibet facere uideantur pro parte sua & contra partẽ sibi in huiusmodi cã aduersam ꝙ ea in illa duntaxat parte non impugnat neq; impugnare intendit quinimo illa ut & tanquam talia acceptat recipit & admittit per modũ & in uim saltim tacite confessionis quatenus uero contenta in eis econtra faciant aut alias quomodolibet uideantur pro parte aduersa & contra partem suam prædictam extunc excipit & dicit ꝙ dicte prætense positiones & articuli fuerunt & sunt uarii uani obscuri friuoli frustratorii inualidi nulli dolosi iniqui calũniosi captiosi criminosi defectuosi inepti false fabricati falseq; conficti & pessime specificati ac dudũ post peremptorium terminum & per non partem causa diffugii dati & producti manu aduocati non subscripti obiectiui negatiui inanes impertinentes inefficaces in admissibiles improbabiles ac in materia & forma multipliciter peccantes sibi inuicem & aliis in hac causa datis contrariis &repugnantes non concludentes nec releuantes producentem in aliquo nec nocent parti cõtra quam producti dicuntur. suntq; alias tales ꝙ inquantum positiones existant nõ est eis aliquatenus respondẽdũ inquantum uero articuli nullatenus sunt admittendi prout ex eorum inspectione cuilibet intuenti diligẽter apparet & alias dicetur latius uerbo & in scriptis suis loco & tempore oportunis. de quo solenniter protestatur procurator prædictus.

Exceptiones contra articulos.

Contra aduersus nonnullas prætēsas positiones prætēsaq; iura & munimenta &c. atque producta excipiendo protestatur procurator & eo nomine partis sue ꝙ si quæ &c. Suntq; prætensa iura &c.

Et præmissis quibus insistit saluis latius excipiendo contra dictos prætensos positiones & articulos prætensaq; iura & munimēta dictus procurator quo supra nomine negat & diffitetur expresse omnia & singula tam in dictus ꝑtensis positionibus & articulis q̄ in iuribus & munimentis prætensis deductis cum fuerint & sint falsa conficta ad partis aduerse sinistram practicam & suggestionem extorta. Et sic fuit &c.

Item dictus procurator quo supra nomine dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit ꝙ præfatus dominus. N. de anno domini. M.cccclii. & in uigilia penthecostes & per totam illam diem quæ ex aduerso confingitur licet false fuisse in opido. N. B. diocesis fuit & erat personaliler constitutus in opido. N. B. diocesis ac in dicto oppido. N. uisus præsentialiter & corporaliter palpatus auditus palam & publice. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ ueritas fuit & est præter id & absque eo ꝙ ꝑfatus dominus. N. de N. per annum domini. M.cccclii. unquam in schola oppidi. N. fuisset constitutus aut dicti. A. narrantis se rectorem dictæ scholæ discipulus aut eum unquam nouisset. quinimmo dictus dominus. N. ut præmittitur de anno. M.cccclii. fuit in oppido. N. constitutus. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula &c.

Item præmissa quatenus facta &c.

Exceptiones ubi aliquis est canonicus creatus.

Protestatur procurator & eo nomine honorabilis uiri domini. H. B. canonici ecclesie sancti. G. Coloniensis partis sue. ꝙ si quæ sint aut contineantur &c. recipit & admittit. inquantum uero econtra pro parte aduersa & contra partem suam faciant seu facere posint extunc excipit & excipiendo dicit ꝙ huiusmodi prætense positiones & articuli fuerunt & sunt uani uarii uagi dubii obscuri incerti indefiniti male & pessime specificati de mala materia & peiori forma fabricati & in materia & forma peccātes necnon falsi conficti mēdosi nugosi opprobriosi negatiui obiectiui defectuosi ac longe & post terminum peremptorium per non partem coram nō iudice causa diffugii dati atque producti sibi inuicem & aliis ex aduerso productis cōtrarii & repugnantes male narrantes & peius concludentes improbabiles inadmissibiles & probata non releuantes de pluribus etiam de quibus non constat neq; constare poterit mentionem facientes ac alias tales ꝙ inquantum articuli non sunt ad probandum admittendi neq; eisdem inquantum positiones existant siue esse censeantur respondendum suntq; ipsa prætensa iura ex aduerso ut præmittitur producta friuola nulla inualida falsa glossata uitiata frustratoria defectuosa in locis suspectis cancellata rasa abrasa interlinialiter conscripta sibi inuicem & aliis ex aduerso deductis & productis contraria & repugnantia signis sigillis & subscriptionibus auctenticis carētes ꝑ priuatas personas officiū tabellionatu minime exercentes practicata & somniata ad ꝑducentis uoluntatem & contra omnem geste rei ueritatem fabricata causa diffugii etiam & absque partis uocatione & compulsoria & iam lite pendente extracta & alias talia ꝙ ipsis nec in iudicio nec extra aliquatenus sit fides adhibenda prout ex ipsorum prætensorum articulorum & iurium huiusmodi prætensis tenoribus clare constat cuilibet intuenti & latius dicetur uero & in scriptis suis loco & tempore congruis & oportunis. de quo solemniter protestatur.

Et præmissis quibus insistit saluis latius excipiendo ac de bono iure. H. B. rei & possessoris & non iure ipsius. A. in huiusmodi canonicatu & præbenda sancti. N. super quibus agitur necnon. H. V. aduersariorū luce clarius fidem promptamq; probationem faciendo.

In primis repetit hic & pro repetitis habere uult primum secundum tertium quartum. xvii. incipientem. Item ꝙ prædictus quondam. C. R. & xviii. incipientem. Itē ꝙ idem dominus. C. R. ex aduerso posi-

tiones & articulos pro parte dicti. A primi in huiusmodi causa aduersarii de existentia sancti. N. uacatione canonicatus & p̄bende de & super quibus agitur & ipsorum qualitate & modo & tempore uacandi siue uacatione data cum desuper factis & fiendis probationibus hicq; dat loco positionum & articulorum siue exceptionum quatenus tamen pro se etc. neq; alio modo de quo protestatur expresse.

Item ad finem & effectum supradictū dicit ponit & si necesse fuerit probare intendit q̄ S. in Christo pater & dominus noster dominus Sixtus diuina prouidentia Papa modernus uolens præfato domino. H. D. canonico sancti. N. Coloniensi apud ipsum de uita ac morum honestate. aliisq; laudabilibus probitatis & uirtutum meritis multipliciter commendato meritorum'q; suorum intuitu gratiam facere specialem dudum uidelicet sub data Rome apud sanctam Petrum anno incarnationis domini. M.cccclxxii. xviii. Kalen. Iulii pontificatus sui anno primo canonicatum ecclesie collegiare sancti. N. Coloniensis in qua nonnulle sacerdotales præbende & alie præbende fuerunt esseq; consueuerunt prout sunt de præsenti cum plenitudine iuris canonici auctoritate apostolica eidem. H. contulit ac de illis etiam p̄uidit unam uero ex huiusmodi præbende sacerdotalibus necnon beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura clericis secularibus consuetum assignari etiam si canonicatus & præbenda uel officium fuerit &c. prout in bulla conferendum eidem H. post acceptationem huiusmodi cū omnibus iuribus & pertinentiis suis donationi apostolice reseruauit inhibuit irritum decreuit prout & quemadmodum in desuper cōfectis literis apostolicis ad quas & in eis contenta dictus procurator quo supra nomine hicq; dat loco positionum & articulorum atq; exceptionum. quatenus tamen p̄ se &c. alio modo. de quo protestatur exp̄sse plenius continetur & habetur. & sic fuit &c.

Item q̄ præfatus dominus. H. gratiam apostolicam hmōi sibi ut præmittitur factā sciuit &c. ut supra.

Item q̄ præfatus dominus. H. B. canonicatum & præbendā sacerdotalem ecclesie sancti. N. Coloniensis super quibus agitur ad præsens & per mortem quondam. N. extra Ro. curiam & in partibus post primam & ultimam dies mensis Septembris anno domini. M.cccclii. assecutus fuit stallo sibi in choro & loco in capitulo assignatis & a dicta die quarta mensis octobris anno domini. M.cccclii. defuncti tam de iure q̄ de facto uacantes tanq̄ in & sub dicta gratia sua comprehensos infra tempus debitum cum protestationibus in talibus fieri solitis acceptauit & sibi de eisdem per discretum uirum magistrum. P. clericum. C. diocesis subexecutorem in uim clausule Cæterum &c. in processibus contente electum & ad hoc requisitum prouideri fecit & obtinuit aliasq; diligentias sibi necessarias & oportunas fecit prout in desuper cō fectis documentis publicis ad q̄ & in eis cō tenta se refert dictus procurator quo supra nomine hicq; dat pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se &c. protestatur expresse plenius continetur & habetur. & sic fuit &c.

Item q̄ dictus dominus. H. B. gratie literarum ac processuum & collationis & prouisionis prædictarum uigore corporalem realem & actualem possessionem dictorum canonicatus & præbende sacerdotalis super quibus agitur iuriumq; & pertinentiarum omnium eorundem die quarta mensis octobris anno domini. M.cccclii. eosdem canonicatum & præbendam sacerdotalem continue citra tenuit & possedit se'q; pro eorundem possessore continue citra habuit tenuit nominauit & reputauit ac ab aliis fuit pro tali & ut talis &c. reputatus prout tenet & possidet habetur'q; &c. & reputatus palam & publice. & sic fuit &c.

Item quo'd de præmissis omnibus & singulis.

Item q̄ ab uno duobus &c. annis proxime & immediate præteritis citra & supra & sic dudum ante tempus & tempore date gratie sue & processuum inde secutorū necnon acceptationis & prouisionis præfatarū prædictus. H. B. fuit & erat prout hodie est clericus &c. pone habilitatem principalis ut supra.

Deinde in proximo articulo pone habilitatem persone subexecutoris.

Item q̄ pari formiter ab eisdem temporibus & per ipsa tempora citra & supra & sic

dudum ante tempus & tempore date gratiæ processumq; desuper fulminatorū nec non acceptationis & prouisionis huiusmodi fructus redditus & prouentus canonicatus & præbende necnon scolastrie ecclesiæ sancti. N.C. diocesis quæ inhibi simplex officium existit, esseq; consueuit & est de præsenti ad quas & quam idem. H. tēpore cōcessionis gratiæ apostolicæ obtinebat & de præsenti obtinet. viij. mar. ar. se. communem extimationem ualorem annū non excesserunt. prout hodie non excedūt. quinimmo fuerunt prout sunt longe infra eundem ualorem comprehensi palam & publice. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissis non obstantibus quidam. A. P. de. N. &. H. T. in huiusmodi causa aduersarii cuilibet seu eorum alteri in seu ad dictos canonicatum & præbendā ecclesiæ sancti. N. Coloniensi super quibus agitur nullum unq̄ ius competiit neq; competit se dictæ gratiæ expectatiue dicto domino. H. B. ut præmittitur concesse acceptationi & prouisioni prædictis ac bono iuri ipsi domino. H. in dictis canonicatu & præbenda seu ad eos competenti temere & de facto cum de iure non potuerint neque possint opposuerunt prout opponunt ac quilibet eorum opposuit & opponit de præsenti impediueruntq; & inquietarunt prout inquietant impediunt & fecerunt & faciunt quominus dictus. H. eosdem canonicatum & præbendā pacifice & quiete ꝑ ut de iure deberet tenere & possidere & suā possessionem pacifice continuare possit & ualeat in ipsorum. A. &. H. animarum periculum ipsiusq;. B. præiudicium damnū non modicum & grauamen.

Item ꝙ omnes & singuli superius ac in productis & producendis pro parte dicti. H. descripti & nominati fuerunt prout illi qui uiuunt sunt tales &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt erant & sunt uera &c.

Item dat producta & producenda &c.

Item dat de singulis prout omnia supra.

Quare petit procurator &c. declarari gratiam apostolicam necnon acceptationem & prouisionem possessionemq; prosecutionem præfato domino. H. B. & per ipsum de dictis canonicatu & præbenda sacerdotali ecclesiæ sancti. N. Coloniensi ut præmittitur factas & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas &c. adiudicari præfatisq;. A. &. H. aduersariis & eorum cuilibet in seu ad eosdem canonicatum & præbendā sacerdotalem nullum unq̄ ius competiisse neq; competere oppositionesq; molestationes uexationes &c. ut in forma.

Præmissa omnia & singula tam coniunctim &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Exceptiones specialissime contra commissionem.

Contra prætensam commissionem uobis domino auditori in hac causa. B. P. pro parte cuiusdam. A. L. factam & præsentatam procurator & eo nomine ac pro parte uenerabilium uirorum dominorum magistrorum. F. de. C. &. P. de. P. respectiue partis suæ dicit præmissa protestatione de non consentiendo in iurisdictionē. D. V. nisi quatenus alias iudex competens sitis dicit dictam prætensam commissionem surreptitiam & obreptitiam tacita ueritate & expressa falsitate per dolum & fraudem principisq; circunuentionem ac præter & contra rei geste ueritatem extorta ac alias talis ꝙ uobis domino auditori nullam tribuit iurisdictionē neque parti contra quam obtenta prætenditur quouis modo obest. prout ex illius ꝓtenso tenore clare cuilibet intuenti apparet & demonstrabitur clarius infra uerbo & in scriptis. de quo protestatur.

In primis quidem inherendo aliis exceptionibus contra prætensas uobis factas cōmissiones datas & productas dicit ꝙ fuit & est præter id & absq; eo ꝙ illarum prætextu aliqua uobis fuerit attributa iurisdictio prædictas prætensas commissiones. q nimmo ueritas fuit & est ꝙ nulla uobis cōpetiit neq; competit iurisdictio attentis commissionibus in huiusmodi causa aliis auditoribus factis.

Item pro maiori clarificatione præmissorum in casum & euentum in quem seu quos costaret dictum. A. appellasse a sententia per. R. p. d. Io. lata super præstimoniis in eosdem casum & euentum ponit &

probare intendit ꝙ dictæ prætense appellationis causa commissa fuerit. R.p.d.A. & Io.F.coauditoribus uestris Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ dictus.A.L. fraudulenter expresit ꝙ dicti domini.A.& Io.F.auditores causam eis commissam huiusmodi ad cancellariam apostolicam remiserant. qđ fuit & est penitus & omnino falsum, ꝙq; propterea causa huiusmodi adhuc coram eisdem pendet indecisa.& prætense cōmissiones facte. R.p.d. G. coauditori uestro ad instantiam dicti.A. per prætensam remissionem ad cancellariam apostolicam & successiue præfate.p.v. fuerunt & sunt ipso iure nulle.

Item ꝙ fuit & est præter id & absq; eo ꝙ dicti domini.A.& Io.F. coauditores cōtra causam huiusmodi ad cancellariam apostolicam remiserint. quinimmo ueritas fuit & est ꝙ illam remittere cessarunt. Et sic fuit &c.

Item ꝙ de remissionibus causarū quæ per dominos auditores Rotæ fieri consueuerunt solent notarii de huiusmodi remissionibus in registris causarum & eorum manualibus fidem facere.& sic fuit continuo usitatum practicatum tentum & obseruatum.Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Exceptiones cōtra bullam motu proprio.

PRotestatur procurator & eo nomine &c.dicit ꝙ huiusmodi prætensa bulla fuit erat & est nulla inutilis & inualida ac ex defectu intentionis fuit & est particularis & in fauorem respectu particularis & tertiæ personæ dumtaxat facta & concessa.& per consequens antedicta bulla declaratoria quatenus sic dici mereatur legem generalem minime facit ac facere potest.ipsaq; signanter in prætensa causa nequaquam sibi locum uendicare debet nec secundum illam in huiusmodi causa iudicandum existit. fuitq; & est sibi contraria & repugnans ac de præsentibus mentionē faciens de quibus nunq̃ apud acta causæ huiusmodi legitime constare poterit.per hæc & alia ex eius prætē so tenore clarius luce apparent & latius dicetur &c.oportunis.

Exceptiones contra processum.

PRotestatur ꝓcurator & eo nomine &c. ꝙ si qua sint &c. ꝙ dicti prætēsi processus una cū prætensis bullis in eisdē insertis fuerunt & sunt subreptitii & obreptitii ac nulli & inualidi per nō habentem potestatem ac alias inhabilem & minus idoneum decreti & fulminati signis sigillis & subscriptionibus adulterinis & peregrinis subscripti & annotati sibiipsi cōtrarii & repugnantes de pluribus & de quibus etiam non constat mentionem facientes non recogniti lite pendente parte non uocata & absq; compulsoria dudum etiā ac longe post terminum peremptorium exhibiti atque producti aliisq; multis de causis tales ꝙ eisdem nec in iudicio nec extra uelut fides adhibenda ex ipsis insertis claret euidenter.

Exceptiones contra procuratorium ad prosequendum gratiam.

EStq; etiam prætensum procuratoriū ad prosequendum prætensam gratiam apostolicam de qua in dictis prætensis processibus fit mentio inutile & inualidum necnon false confictum mendosum nugosum in data anticipatum ꝑ priuatum incognitum & minus legalem personam officiū tabellionatus minime exercentem somniatū & conflatum in locis substantialibus uidelicet anno indictione die mense pontificatu & testibus uehementissime rasum & suspectum in carta ueteri & abrasa scriptum & annotatum sibiipsi contrarium & repugnans non recognitum ac alias tale ꝙ eidem nulla extitit fides adhibenda nec ipsius uigore prætensi procuratorii in eodem descripti & nominati dictam ꝓtensam gratiā & eius processum prosequi acceptare uel facere sibi prouideri potuerunt prout ex inspectione eiusdē omnia & singula intuenti apparet latiusq; dicitur suis loco & tempore congruis & oportunis. de quo solemniter protestatur.

Exceptiones contra instrumentum.

PRotestatur procurator &c quatenus uero econtra faciant seu facere censeantur dicit dictum instrumentum fuisse & esse falsum de falsitate notorie suspectum aliter in eo scriptum q̃ factū

ad partis uoluntatem dolose practicatum contra omnem rei ueritatem p circumuētione extortū ut patet notorie ex actis nā plus hic scriptum q̄ dictum aut factum & in illa parte qua somniatur duo beneficia fuisse practicata pro. A. expresse falsum & negatur nam ut patet ex eodem ꝙ non designantur in eodem in quo loco & qua auctoritate per quem modum uacandi aut ꝙ dominus. A. illa habuisset aut possessionem nactus fuisset sed illa per dolositatem cuiusdam. H. d. illa uerba apposita creduntur cum in rerum natura nunq̄ fuit neque ualuit confessio cuiusdam. L. asserti procuratoris qui non fuit constitutus ad confitendum talia prout ex prætenso instrumento clarius luce apparet estq; alias tale ꝙ non releuat producentē nec nocet. parti contra quam &c.

Exceptiones contra declarationem.

PRocurator &c. excipiendo contra prætensas declarationes per partē aduersam ultimo in hac causa ut dicitur datas repetit hic & de nouo reproducit replicationes alias pro parte sua contra prætensos articulos de falsitate per partem aduersam exhibitos & datos cū protestatione in eadem cedula replicationis contenta quatenus faciant contra ipsas declarationes & pro parte sua. & non alias aliter neq; alio modo.

Item ad ostendendum calūniam earundem prætensarū declarationū partis aduersæ dictus procurator nomine quo supra ponit & quatenus opus fuerit & sibi incumbit probare intendit ea quæ sequuntur ac ad probandum petit se admitti & partē aduersam ad respondendum singulariter singulis medio suo iuramento compelli.

Exceptiones generales contra gratias & sumpta.

PRotestatur procurator & eo nomine &c. & dicit ꝙ si quæ sint aut estimantur. in quibusdam prætensis litteris apostolicis ac sumptis de registro litterarum apostolicarum supplicationum prætensas gratias tā expectatiuas q̄ ꝓuisiones & dispositiones q̄ & prætensum mandatū de surrogando & prouidendo in se continētibus necnon processibus dispensationis instrumentis ac iuribus & munimentis aliis pro parte. A. aduersarii in hac parte ut dicitur productis quæ quoquomodo faciant aut alias quomodolibet facere possint pro eadem parte sua &c. extunc contra illa excipit ꝙ huiusmodi prætense gratiæ tam cōiunctim q̄ diuisim fuerunt & sunt a iure exhorbitantes ac unicæ & solæ unica & sola uice ut dicitur taliter qualiter concesse de falsitate uehementer suspecte in datis anticipate in locis quampluribus etiam suspectis rase uiciate cancellate sibiipsis & aliis ex aduerso productis contrarie & repugnātes inique iniuste inefficaces false irrite nulle inualide nulliusq; roboris uel momēti & falsa & iniqua materia fabricate inhabilibus & quolibet beneficiorum incapacibus nulliter & de facto concesse necnō surreptitie & obreptitie tacita ueritate & expressa falsitate per circumuentionem principis fraudulenter impetrate & quælibet eorum fuit præter & contra tenorem seu formam prætensæ supplicationis ex qua descendere prætenditur aliasq; contra stillum cancellariæ constitutiones apostolicas possunt taliterqualiter expeditas. fuitq; & est prætensa gratia iuxta mandatum apostolicum in eo contentum cum in forma dignum arbitramur &c. expedita minime purificata producenda in nullo releuantes sed potius ipsum suspectum reddentes aut alias tales ꝙ non nocent parti cōtra quam producte sunt ut ipsas intuentes clare apparet & alias latius dicetur suis loco & tempore oportunis.

Exceptiones speciales contra gratias expectatiuas.

ITem in casum & euentum in quē seu quos de aliqua prætēsa gratia dicti aduersarii legitime constaret prout non constat illa eius nullitate salua fuit prout est unica & sola ac unica & sola uice dumtaxat concessa & non pluries &c. sub data tertio nonas Septembris &c. taliter qualiter facta & est illa quæ in actis causæ producta dicitur & non alias aliter neque alio modo.

Item suggeritur in dicta gratia dicti. S. aduersarii per impetrantem illam fraudulenter & dolose quod præfatus, S. aduersa

rius fuerit tempore date ipsius prætense gratiæ in.xvj.ætatis suæ anno constitutus uel circa quod omni caruit prout caret ueritate.nam præfatus.S.aduersarius illo tũc uix attigerat.xiii.annum suæ ætatis. & penitus cessauit fuisse & esse in prædicto.xvj. ætatis suæ anno uel circa constitutus. Et sic de aliis expositis per impetrantem.

Exceptiones generales contra processum gratiam acceptationem prouisionem.

PRotestatur procurator &c.extunc excipiendo dicit ꝙ prætensum instrumentum processus fuit & est friuolum frustratorium superfluũ ambiguũ uanum uagum uarium inefficax inualidũ defectuosum nulliusq; roboris uel momenti rasum abrasum uitiatum cãcellatum & in quampluribus locis uehementer suspectum fuitq; per prætensum executorem in ipsa prætensa gratia expectatiua deputatũ præter & contra formam mandati apostolici sibi in hac parte ut prætenditur directi taliter qualiter ac nulliter & de facto decretus & fulminatus fuitq; & est dictum instrumentum narratiuum plurium de quibus non constat neq; unq̃ constare poterit falsum confictum ad producentis uoluntatem & contra facti ueritatem omnimodam somniatum & fabricatum signo sigillo & subscriptionibus auctẽticis & indictione ac pontificatu carens ac propter priuatam & incognitam personam officium notariatus minime exercentem taliter qualiter ut dicitur conf.ctum & subscriptum & datũ post terminum peremptorium & per non partẽ productum &c.ut supra.

Prætensa uero gratia expectatiua in ipso prætenso processu inserta fuit & est similiter nulla inefficax &c.ut supra in exceptiones contra gratiam.

Item prætensum instrumetitum acceptationis & prouisionis fuit & est nullum &c.ut supra in exceptionibus contra instrumentum addita hac clausula litependente & absq; compulsoria parte non uocata & iudicis auctoritate taliter qualiter ad ꝑducentis uoluntatem contra rei geste ueritatem fabricatum.

Contra personas testium.

LOquendo excipit & excipiendo dicit ꝙ prætensi testes fuerunt & sunt aliqui eorum criminosi leues pauperes serui & auctoritatẽ standi in iudicio nõ habentes insensati furiosi & aliqui eorum fugitiui apostate excommunicati banniti subornati corrupti infames partis contra quam producti dicuntur inimici capitales & fuerunt & sunt in dictis suis singulares & contrarii ac diuersis criminibus irretiti ipsorumq; testium prætensorum depositiones siue dicta fuerunt & sunt falsa mendosa iniqua calumniosa sibi inuicem contraria impertinentia inutilia nec causam sciẽtiæ bene describentia conficta contra sciẽtiam deposita iniuriosa diffamatoria corrupta ac aliãs talia ꝙ eisdem prætensis depositionibus & dictis inquãtum contra partẽ suam faciunt nulla penitus fides adhibenda est.neq; releuant partem producentem in aliquo.nec probant ad id quod probandum dicuntur inducti uelut ex eorum inspectione cuilibet diligenter intuenti clarissime poterit liquere.prout aliãs magis specifice suis loco & tempore dicetur & partim constat ex infrascriptis.

In primis contra personam A.&c.

Exceptiones contra gratiam productam.

COntra quandam gratiam per partem aduersam in hac causa ultimo productam & ut dicitur exhibitã excipit procurator& eo nomine partis suæ & excipiendo dicit ac protestatur ꝙ si quæ sint aut contineantur in ipsa prætẽsa gratia quæ faciant uel quoquo modo facere possint pro parte sua & cõtra partem aduersam illa nõ impugnat neq; impugnare intendit quinimmo ea in uim & per modum tacite confessionis recipit & admittit quatenus uero contẽta in eadẽ faciãt siue facere uideãtur pro dicta parte aduersa & contra partẽ suã extunc excipit & excipiẽdo dicit ꝙ dicta ꝑtensa gratia fuit erat & est nulla inefficax & inualida nullus roboris uel momẽti discrepãs in substãtialibus a supplicatione ex qua dicitur extracta ac surreptitia & obreptitia surreptieq; & obreptitie tacita ueritate & expressa falsitate ꝑ dolum & fraudẽ cameraliter & absq; supplicatione desuper signata & contra mentem ac stilũ principis & cancellariæ Ro.

curie extorta & impetrata.talibus enim ueritate tacita quæ si expressa & falsitate suggesta quæ si tacita fuissent impetrans ipsam prætensam gratiam saltem illis modo & forma quibus obtenta dicitur nullatenus obtinuisset ac alias talis ꝙ pars aduersa canonicatum & præbendã de quibus hic agitur uigore supradicte gratie acceptare non potuit nec in dictam suam gratiam cecidit & litere desuper ipsa prætensa gratia confecte fuerunt & sunt uane uage uarie obscure rase glossate uitiate suspecte signis cancellarie carentes exorbitantes & in latinitate errantes.aliaq; prætensa producta fuerunt & sunt uana &c.& alias talia ꝙ non releuant producentes nec suffragantur neque nocent parti contra quam dicuntur ꝓducta prout ex ipsorum inspectione plene apparet & latius dicetur uerbo & in scriptis suis loco & tempore oportunis.

Et ad ostendendum clare de nullitate dicte prætense gratie ac alias de non iure partis aduerse & de iure domini.N.procurator &c.excipit & excipiẽdo dicit ponitq; & probare intendit infrascripta.ad quorũ probationem intentioni sue necessariam duntaxat se astringit de quo & ad quod ꝑea non intendit aliquid de intentione partis confiteri sed omnem ipsius intentionem diffiteri & negare prout expresse diffitetur & negat solemniter ac protestatur.

In primis enim excipit & excipiendo dicit ꝙ si constat aut cõstare posit de aliqua prætensa supplicatione ex qua litere prætẽtense gratie pro parte aduersa ultimo ut dicitur producte sint aut fuerint expedite quod illa supplicatio fuit & est unica & in effectu tenoris qui sequitur. Supplicat &c.

Exceptiones contra libellum.

Contra quandam prætensam scripturam ad modum libelli seu summarie petitionis coram uobis.R.p.d.N.decretorum doctore & sacri palatii apostolici causarum auditore in hac causa ut dicitur exhibitam & productam excipit magister.N.procurator & eo nomine ꝓcuratorio partis sue & excipiendo protestatur ꝙ si qua sint in dicto prætenso libello q̃ faciant uel quomodolibet facere uideãtur pro parte sua & contra partem aduersam illa non impugnat neque impugnare intendit quinimmo recipit & admittit per modum saltem tacite confessionis.quatenus uero faciant seu facere uideantur pro parte aduersa & contra partem suam dicit & excipit ꝙ ipse prætensus libellus fuit & est uanus uagus dubius & obscurus ambiguus & indeterminatus male & pessime specificatus negatiuus & obiectiuus criminosus defectiuus impertinens inadmissibilis sibi inuicem contrarius & repugnans nullam actionem comprehendens.ac a narratione & petitione ac substantialibus libelli & aliis deductis in prima instantia datis discrepans falsus mendosus iniquus calumniosus male narrans & peius concludens & ꝙ ex narratis eius conclusio non descendit de mala materia & in peiori forma conceptus per uerba iuris non compositus per partem cuius non interest post peremptorium terminum causa diffugii datus & de pluribus prætensis confictis materiis & scripturis de quibus seu quarum originalibus non constat legitime nec unq̃ constare poterit mentionem faciens ac alias est talis ꝙ non est admittendus nec ei respondendũ neq; lis super eo quomodolibet contestanda est neq; super eo de calumnia aut alias quomodolibet iurandũ prout ex ipsius inspectione apparet euidenter & alias dicetur plenius uerbo & in scriptis si & quotiẽs opus erit de quo ac ꝙ grauaminis articulus ante omnia discutiatur alioquin de grauamine & appellando & nullitate actorũ & agendorum solemniter protestatur.

Dicit etiam procurator prædictus ꝙ ante omnia libellans præfatus exhibere debet & tenetur scripturas ad quas se refert ante q̃ lis ueniat super eo contestanda & præsertim instrumentum appellationis si appellatum reperiatur quod non creditur primo dicit & excipit procurator prædictus ꝙ dicta sententia de qua in libello fit sermo in rem transiuit iudicatam nec ab eadẽ quomodolibet appellatum reperitur saltem de quo in actis constet nec reperiuntur ibidem apostoli petiti.ideo si sint petit appellationis instrumentum & alias scripturas de quibus mentionem facit exhiberi & sibi copias tradi ut est iuris atque moris alioquin de grauamine & appellando protestatur &c.

Saluo iure &c.

Et

Et protestatur &c.

Exceptiones generales contra libellum.

Contra quendam prætensum libellum in hac causa. N. ex aduerso ut prætenditur datum & productū ꝓcurator & eo nomine. N. partis suæ protestatur etc. tacite confessionis ꝓtestatur quatenus uero econtra &c. excipiendoq; dicit ꝙ prætensus libellus fuit & est nullus nulliusq; roboris uel momenti uagus uanus uarius alternatiuus obscurus ineptus impertinens male formatus peius specificatus male narrans & peius cōcludens de mala materia confectus & fabricatus sibi ipsi cōtrarius fuitq; & est talis dictus prætensus libellus ꝙ illi non est nec fuit respondendū nec super eo lis contestanda sed per uos reiiciendus & lacerandus partem producentē in nullo releuans &c.

Et ꝑmissa excipit obiicit & protestatur procurator prædictus quo supra nomine tā coniunctim q̄ diuisim ac omnibus melioribus modo uia iure &c. atq; debet.

Et quatenus facti sunt & in facto consistant &c.

Exceptiones contra personam libellantis ꝙ sit excommunicatus.

Contra quandam prætensam scripturam siue papiri cedulam coram uobis. R. P. &c. pro parte cuiusdā Io. loco libelli licet inepte & indebite concepti in hmōi causa nouiter datam & exhibitam quo ad effectum ꝙ ipse. G. nullatenus in iudicio debeat audiri nec aliquis ineptus libellus admitti quinimmo dominus Ioh. pars sua ab instantia & obseruatione terminorum sit in huiusmodi causa absoluendus procurator & eo nomine dicto domini Io. ante omnia protestatur & dicit ac excipit ꝙ dudum ante mensem Ianuarii ꝓsentis anni. N. per uenerabilem. N. de & super &c. præfatus. P. ꝙ notoria contumacia & propter contemptum mandatorum eiusdem domini &c. excommunicationis sententia in scriptis innodatus extiterit. Et sic fuit & est uerum.

Item ꝙ causa successiue uidelicet de dicto mense Ianuarii anni præsentis idem. P. præmissorum occasione in ciuitate. C. excommunicatus & ut talis publice denunciatus extiterit. Et sic fuit &c.

Item ꝙ præmissis minime attentis præfatus. P. a temporibus earundem excommunicationum & denunciationum continue citra hmōi sententiā excommunicationes innodatus insordebat prout insordescit ad gremiū sanctæ matris ecclesiæ minime redire curauit prout nec curare uidetur palam & publice.

Exceptiones contra executionem remissionis de partibus.

Protestatur procurator &c. ꝙ si qua sint aut contineantur in quadam prætensa executione remissionis de partibus ut prætenditur reportata &c. coram uobis &c. excipiendo ꝙ hmōi prætensa executio fuit & est nulla & per non habentem potestatem parte non uocata facta ad nullius instantiam in loco minus debito absq; quacunq; solemnitate iuris facta & alias talis ꝙ eidem & prætensis dictis testium in eadem ostensis nulla est fides adhibenda. & non nocet dicto domino. A. cōtra quem producitur nec prodest producenti ut ex ipsius inspectione apparet cum nō constet de aliqua citatione testium siue partis & ipsa prætensa executio alias est talis ꝙ uos. R. p. secundū canones in hmōi causa non debetis neq; potestis cognoscere seu iudicare prout ex infrascriptis causis & actis clare patet & demonstratur.

In primis procurator prædictus quo supra nomine excipiendo dicit ꝙ dicta prætensa executio dictæ prætensæ remissionis fuit & est nulla seu nulliter facta ex eo & pro eo ꝙ ipsa remissio communiter commissa fuit tribus iudicibus. uidelicet &c. & cū. P. &. F. non habitis excusationibus. B. in negocio remissionis processerunt qđ facere minime potuerunt.

Item ꝙ saluis præmissis dicta prætensa executio dictæ remissionis fuit & est nulla nulliter facta pro & ex eo ꝙ dicta prætensa executio in loco ab inimico suspecto & parte ipsius. B. non uocata ad prætensam executionem processerunt quod facere nō potuerunt. & sic fuit &c.

Exceptiones contra iura ex aduerso producta.

SAtisfaciendo termino ad dicendum contra producta in hac causa. G. cantorie inter. N. de. V. & dominum. V. præfixo procurator & procuratorio nomine ac pro parte dicti domini. V. partis sue excipiendo contra omnia & singula prætensa iura literas apostolicas instrumenta & munimenta pro parte dicti. N. alias producta & ut dicitur ultimo in termino ad ꝑducendum omnia repetita ante omnia protestatur ꝙ si qua sint aut contineantur in illis quæ quoquomodo faciant seu facere possint pro se & dicta parte sua & contra dictum. N. illa in ea parte duntaxat non impugnat nec impugnare intendit quinimmo illa tanq̃ talia repetit recipit & admitti petit in uim saltem ac per modum tacite confessionis dicti Nico. quatenus uero pro dicto. N. & contra partem suam præfatam faciant extunc & eo casu excipit opponit & dicit ꝙ dicta prætensa iura instrumenta & munimenta hmõi fuerunt & sunt nulla nullius roboris uel efficacie falsa rasa & abrasa abolita cancellata interlineata in q̃ plurimis suis partibus uicio falsitatis suspecta solemnitatibus iuris in talibus requisitis carentia & alias talia ꝙ illis in iudicio uel extra non est aliqua fides adhibenda dicteq́ꝫ prætense litere apostolice fe. re. domini Pii Pape secundi & S. d. N. Pape pro parte dicti. N. in dicta causa producte fuerunt & sunt similiter nulle rase abrase abolite cancellate interlineate ac alias uicio falsitatis suspecte præter & contra formam & tenorem prætensarum supplicationum ex quibus dicuntur emanasse & contra regulas cancellarie apostolice & formam iuris & præiudicium dicti domini. V. expedite & plura continentes q̃ prætense supplicationes contineant & alias tales ꝙ secundũ illas nullatenus iudicare debuit & propterea prætensa diffinitiua sententia in uim aliarum ex dictis prætensis literis per. R. p. dominum Fantinum coauditorem uestrũ lata penitus & omnino fuit & est reuocanda ut ex illarũ & ꝑtensa supplicatione siue illius sumpti inspectione clare intuenti apparet & demonstrabitur clarius infra uerbo & in scriptis suis loco & tẽpore oportunis. de quo expresse protestatur.

Et insuper non tamen confitendo aliquid de intentione dicti. N. neqꝫ alterius aduersarii scilicet. A. R. sed potius diffitendo & negando prout diffitetur & negat procurator prædictus nomine quo supra ẽt exceptionum loco repetit omnia & singula acta actitata iura instrumenta & munimenta in hmõi cã facta habita & producta positionesq́ꝫ & articulos aliasq́ꝫ materias ꝑ parte sua prædicta datas. ac probationes desuper factas quatenus tamen pro se & dicta parte sua & contradictos aduersarios faciãt & non alias aliter neqꝫ alio modo de quo expresse protestatur.

Specialius uero pro hmõi producta seu repetita & primo contra prætensas supplicationes ex qua & cuius prætextu dicte ꝑtense litere facte dantur. ac prætensas literas si nulli nominatas sub nomine. S. d. N. Pape moderni ac in uim prætense concessionis per ipsum dominũ Papam ipsi. N. facte in forma rationi congruit &c. expeditas excipiendo dicit ꝙ ille fuerunt & sunt nulle nullius roboris uel efficacie subrepticie & obrepticie tacita ueritate & expressa falsitate impetrata tali namqꝫ ueritate tacita quæ si expressa & tali falsitate expressa quæ si tacita fuissent nullatenus dicta prætensa supplicatio concessa fuisset.

Tacuit enim primo dictus. N. citra tamen iniuriam loquendo dolo & fraude in dicta prætensa supplicatione ex qua prætense litere uidelicet male & nulliter expedite fuerunt & sic etiam fuit tacitum in dictis prætensis literis ex cõis sententie censuris quibus ligatus erat & præsertim ꝙ ipse simoniam commiserat. Ex qua propterea omnibus cẽsuris & penis tam a iure q̃ ab homine in simoniacos promulgatis ligatus & irretitus existebat. ex quo si illa fuissent expressa nullatenus dicta prætensa cõmissio concessa fuisset.

Item simili dolo & fraude expresit dictus. N. in dicta prætensa supplicatione ꝙ fructus dicte cantorie. xl. mar. ar. se. cõ. ex. non excedebant quod fuit & est penitus & omnino falsum ac ueritate caruit & caret cum ueritas fuerit & sit ꝙ fructus dicte cãtorie ante tempus & tempore date dicte ꝑtense supplicationis multo maiorẽ summã xl. marcarũ argenti excedebant excedereqꝫ consueuerunt & hodie excedunt. & sic fuit

& est uerum.

Item contra prætensas literas in uim di ∣ cte prætense supplicationis expeditas ex ∣ cipiendo dicit ꝙ dolo & fraude ac per cir ∣ cumuentionem necnon contra rei ueritatē fuit & est expressum & scriptum in dictis prætensis literis prætense gratie si nulli ꝙ in prætensa supplicatione ex qua ille confe ∣ cte fuerunt fuit expressum ꝙ fructus dicte cantorie non excedebāt summam. xl. mar. ar. puri &c. ꝙ fuit & est penitus & omnino falsum ac caruit & caret ueritate. nam ue ∣ ritas fuit & est ꝙ in dicta prætensa suppli ∣ catione dictum uerbum puri non fuit neq; est scriptum neq; positum neq; de uerbo pu ∣ ri aliqua mentio habetur quodq; dicte præ ∣ tense litere quo ad hmōi uerbum in illis ap ∣ positum fuerunt & sunt contra rei ueritatē & contra intentionem & mentem. S. d. N. Pape expedite cum non fuerit neq; sit cre ∣ dendum ꝙ. S. d. N. uoluerit in dictis præ ∣ sentis literis apponere & annotare ac scri ∣ bi facere uel per illas concedere plusq̃ fue ∣ rit in dicta prætensa supplicatione per eius prædecessorem assignata & concessa & p̃ sertim in alterius præiudicium. quodq; po ∣ sitio dicti uerbi puri facta in hmōi præten ∣ sis literis fuit & est facta contra rei uerita ∣ tem. & per consequens contra intentionē S. d. N. Pape. & ꝙ in expeditione dictarū prætensarum literarum fuerit positū dictū uerbum puri. quod non erat in prætēsa sup ∣ plicatione non creditur fuisse de intentio ∣ ne præfati Sanctissimi domini nostri cū ex dicti prætensi uerbi appositione facta in di ∣ ctis prætensis literis tollatur ius quesitum ipsi domino. V. saltim ad dictam cantoriā quod sanctissimum dominum nostrū uo ∣ luisse & uelle facere non creditur neq; præ ∣ sumitur. quodq; prætense litere hmōi & p̃ ∣ sertim quo ad dictum prætēsum uerbū nul ∣ lius effectus existunt de iure.

Item multa alia falsa expressa & multa uera tacita fuerunt in dicta prætensa sup ∣ plicatione quæ falsa si non fuissent expres ∣ sa & uera hmōi tacita non fuissent nullate ∣ nus illa concessa fuisset &c.

Item contra prætensam sententiam per præfatum dominum. F. in fauorem dicti. N. latam excipiendo dicit ꝙ illius iniusti ∣ tia & iniquitate saluis fuit & est ipso iure nulla. ex eo præsertim quia prætensa ap ∣ pellatio pro parte dicti. N. in prætensa sen ∣ tentia per. R. p. d. B. G. in eadem causa la ∣ ta ut dicitur interposita fuit & erat per la ∣ psum secundi fatalis deserta. & sic ipse do ∣ minus. F. prætextu illius in fauorem dicti. N. huiusmodi prætensam sententiam fer ∣ re non ualuit de iure.

Item excipiendo dicit ꝙ non obstat p̃ ∣ tensa commissio quæ pro parte dicti. N. im ∣ petrata & ipsi domino. F. præsentata & cu ∣ ius prætextu forte ipse dominus. F. præten ∣ sam sententiam promulgauit cum illa fue ∣ rit & sit nulla subrepticia & obrepticia ne ∣ que fuit uerificata cum non constiterit de aliquo legitimo impedimento ipsius. N. p ut dicte prætense commissionis signatura requirebat. & sic prætensa commissio ipsi. N. nullatenus suffragabatur & propterea illius prætextu nulla ipsi domino. F. fuit at ∣ tributa uel restituta iurisdictio. ita ꝙ uolue ∣ rit in fauorem dicti. N. dictam prætensam sententiam promulgare.

Et præmissa excipit obiicit opponit di ∣ cit repetit & protestatur procurator prædi ∣ ctus quo supra nomine tam coniunctim q̃ diuim ac omnibus melioribus modo uia iure & forma quibus melius potest & de ∣ bet &c.

Saluo iure addendi &c.
Et protestatur &c.

Exceptiones generales contra iura.

Contra & aduersus nonnulla præ ∣ tensa iura & munimenta ex aduer ∣ so in huiusmodi causa ut prætem ∣ ditur producta excipiendo protestatur pro curator & eo nomine honorabilis uiri do ∣ mini. N. partis sue ꝙ si qua sint &c. con ∣ fessiones quatenus uero econtra faciant ex tunc excipiendo dicit ꝙ hmōi prætensa iu ∣ ra fuerunt erant & sunt uana uaria incer ∣ ta nulla falsa mendosa nugosa lite pendē ∣ tes parte non uocata extracta certorū p̃ten ∣ sorū testium non uocatorū non iuratorum sine partis uocatione corā non iudice nullā iurisdictionem habente ad partis nullum interesse habentis instantiam nulliter & de facto præsumpta immo lite in Rom. cu ∣ ria pendente post inhibitionem parti fa ∣ ctā similiter & officiali clam & secrete re ∣

cepta prætensis dictis & depositionibus cō tinētia rasa abrasa anno indictione die mē se & pontificatu aliisq; clausulis necessariis carentia suntq; alias talia ꝙ ipsis neq; in iudicio neq; extra uenit fides adhibenda prout ex ipsorum inspectione clare constat intuenti diceturq; latius uerbo & in scriptis suis loco & tempore oportunis. de quo protestatur solemniter & expresse.

Exceptiones contra appellationem.

PRotestatur procurator &c. ꝙ si qua sint aut contineantur in quadam p̄tensa appellatione &c. quatenus uero faciant seu facere possint extunc excipit & excipiendo dicit ꝙ dicta prætensa appellatio fuit & est nulla friuola frustratoria ex inanibus & confictis causis & non grauamine per nō partem nec habentem facultatē seu potestatem appellandi per lapsum termini iuris ad appellandum statuti in absentia iudicis & alias nulliter ut prætenditur interposita. Estq; ipsa prætensa appellatio per lapsum termini ad illā prosequendum & finiendum deserta & illi renunciatum ac alias talis &c.

Vel sic.

Fuit erat & est friuola nulla inualida frustratoria ex friuolis nullis inualidis ac ac frustratoriis causis & confictis grauaminibus per nullum interesse uel mandatum habentem dudum post terminum a iure p̄fixum nullis unq̄ apostolis petitis malitiose interposita.

Exceptiones contra regulam cancellariæ.

PRotestatur procurator &c. in quadā prætensa cancellarie regula seu eius prætenso sumpto in huiusmodi causa ex aduerso producto quæ quoquo modo faciant &c. extunc excipiendo dicit ꝙ dictum prætensum sumptum fuit & est false fabricatum confictum lite pendente ad instantiam aliorum quorum non interest etiam parte non uocata extractum præter scitum & uoluntatem illius pro quo impetratum dicitur extortum signo & subscriptione ac aliis debitis substantialibus requisitis carens cameraliter & ad partem extractum & non per cancellariam ac uerum nullum expeditum ipsaq; prætensa regula quæ in ipso prætenso sumpto contineri p̄tenditur fuit erat & est uana uaga dubia obscura incerta & indeterminata exorbitās a iure absq; scitu & uoluntate principis edita non lecta in audientia publica literarum contradictarum nec publicata neque in libris seu quinternis cancellariæ apostolicæ inter cæteras constitutiones scripta in Curia Rom. uel extra eam pro lege nō habita neque secundum eam in iudicio contradictarū est iudicatum ac alias talis ꝙ ei nulla est fides adhibenda ac partem producentem ad illum saltem effectū ad quē produxit in nullo releuare potest prout ex ipsius prætenso tenore clare patet intuenti ac latius dicetur suis loco & tempore oportunis.

Exceptiones generales contra testes & eorum dicta.

PRocurator & eo nomine procuratorio honorabilis uiri. H. talis diocesis protestatur & dicit ꝙ si quæ sint aut contineantur in quibusdam prætēsis attestationibus siue depositiōibus testiū pro parte sibi aduersa examinatorum quæ facerent seu quoquo modo facere possent pro parte sua & contra partem aduersam illa in ea dumtaxat parte non impugnat neq; in dicta uel personas obiicere intendit quinimmo approbat & ratificat ac in uim & per modum tacite confessionis admittit quatenus uero pro dicta parte aduersa eosdem testes producentē ipsi testes & eorum dicta seu depositiones & contra partē suā facere uideantur extunc contra testes & eorum depositiones seu dicta citra iniuriam cuiusq; loquendo excipit & excipiendo dicit ꝙ prætensi testes fuerunt & sunt aliqui eorum criminosi leues pauperes serui & auctoritatem standi in iudicio non habentes insensati furiosi & aliqui eorū fugitiui apostate excommunicati banniti subornati corrupti infames partis contra quam producti dicuntur inimici capitales & fuerunt & sunt in dictis suis singulares & contrarii ac diuersis criminibus irretiti. Ipsorumq; testium prætensorum depositiones siue dicta fuerunt & sunt falsa mendosa iniqua calūniosa sibi inuicem contraria impertinentia mutua nec causam scientiæ bene describētia conficta contra conscientiam deposita

iniuriosa diffamatoria corrupta ac alias talia quod eisdem prætensis depositionibus & dictis inquantum contra partem suam faciunt nulla penitus fides adhibenda est neque releuat partem producentẽ in aliquo nec probant id ad quod probandum dicũtur inducti uelut ex eorum inspectione cuilibet diligenter intuenti clarissime poterit liquere prout alias magis specifice suis loco & tempore dicetur & partim constat ex infrascriptis.

In primis contra personam. A.&c.

Replicationes contra exceptiones ex aduerso datas.

PRotestatur procurator & eo nomine partis suæ quod si qua sint aut contineantur in quibusdam prætensis exceptionibus &c.ut supra in generalibus.

Et præmisis quibus insistit saluis latius replicando dictus procurator quo supra nomine negat expresse quod præpositura. N. fuerit & sit de iure patronatus illustrissimi regis Poloniæ ac ipsum.d.regem fuisse & esse in possessione præsentandi prout false & dolose ex aduerso suggeritur quinimmo dicta præpositura per regulas & constitutiones cancellariæ dispositioni. S.d.N. Papæ fuit erat & est cum decreto irritante reseruata. Et quod sic fuit &c.

Item quod in casum & euentum in quẽ seu in quos de prætenso iurepatronatu cõstetisset seu constare posset prout nunquã constabit saltem legitime extunc nil de intentione partis aduersæ confitendo sed negando prout diffitetur & negat dicit quod contra iuris formam & contra constitutiones cancellariæ dominus Archiepiscopus de iure instituere præsentatum nisi præfixo termino suo suffraganeo recusante ad instituendũ dictum. N.aduersarium instituere præsumpsit.quæ tacita si expressa & econuerso prætensa commissio nullatenus emanasset.

Item contra quartam prætensam commissionem in qua magnum festum uidetur de somniata nullitate monitorii tum ex eo quod per non procuratorem tum quod in feriis &c.procurator & eo nomine dicit quod licet in iure forsan dubium dici poterit an procurator recipit suam potestatẽ & executionem sui officii a tempore acceptationis tamen de stillo obseruantia & consuetudine sacri palatii apostolici causarum & Rotæ a tempore & per tantum tempus de cuius initio siue contrario hominum memoria non existit continue tentum praticatum & obseruatum fuit quod acta facta gesta & acta tata anteq̃ recipiatur procuratorium ualuerunt semper & ualere consueuerunt suffecit sufficereq́ue consueuit & sufficit quod procuratorium & mandatum ante sententiam producatur in quo ante acta & gesta fuit procurator.sicq́ue ut prædicitur semper fuit tentum dictum praticatum & obseruatũ. diciturq́ue tenetur praticatur & obseruatur. Et sic fuit & est uerum.

Item contra secundam partem adductam dictus procurator dicit quod de stillo palatii & obseruantia prædictis tempore feriarum huiusmodi monitoria decerni & dari consueuerunt potuerunt & possunt ualide & efficaciter etiam de iure. quia uerificatio narratorum in rescriptis fieri de iure non potest nisi causa cognita.causa autem cognita tunc dubium quid si dicatur cum parte aduersa præsente uel uocata & absente per contumaciam.ergo prius uocari partem & decerni monitorium oportet & postea parte uocata uerificari rescriptum nec ad decernendum monitorium uel citationem requiritur partis uocatio nullaq́ue discussio iudicialis sed extraiudicialiter etiã ex officio iudicis fieri potest cum nulla lex nullaq́ue decretalis statuit quod ubi conceditur processus monitorialis ante monitionem & citationem non debeat descripta narratorum ueritate iudicialiter procedi. Regula iuris est quod prius pars citetur & moneatur & deinde uerificetur rescriptum & narrata. maxime cum monitio in uim citationis resolui potuit parte comparente & rationabilem causam allegante. merito ergo frustratoria est talis prætensa exceptio & partem in nullo releuat neque cedula indictionis uacationum prohibet actus extraiudiciales sed solum iudiciales & ex hoc etiam cessat & tollitur sequens prætensa exceptio cum p.v.nil iudicialiter sed extraiudicialiter egit.& propterea si nulla sententia hodierna esset lata & hodie posset eadem.p.v.huiusmodi causæ esse iudex. Et sic fuit & est uerum.

Item contra septimam octauam decimam & duodecimam prætensas exce-

ptiones dictus procurator quo supra nomine dicit ꝙ sint falsae conficte impertinenter calumniose de pluribus mentionem facientes de quibus non constat neque constare poterit sibi ipsis & aliis de quibus in actis constat contrariae in materia & forma peccantes nil concludentes inadmissibiles & improbabiles. Et ꝙ sic fuit & est uerum.

Item contra decimamtertiam & decimamquartam praetensas exceptiones dicit quòd multa falsa in eisdem somniantur cō tra rei ueritatem & inter alios false mentionatur ꝙ.p.v.iurisdictio non esset prorogata cum coram.p.v.omnes & singuli termini in talibus seruari soliti dicto magistro. A. ex aduerso ꝑcuratore uocato & citato fuerūt seruati.cum ergo nec expresse excipiat p.v.iurisdictionem in articulo declarationis prorogauit cum tacite non excipiendo uidetur de iure in.p.v.& iurisdictionem cō sensisse cū articulos declarationis alius sit & diuersus a negocio principali quae diuidi potuit.Et sic fuit & est uerum.

Replicationes generales.

PRotestatur procurator &c.& contra partem suam face e uideantur extunc contra praedictam praetensam commisionem excipit & opponit omnes & singulas exceptiones generales contra nullam inualidam & surreptitiam ac obreptitiam commisionem excipi solitas & consuetas.
Et praemisis quibus insistit saluis &c.

Replicationes generales aliae.

ET praemisis quibus insistit saluis latius replicando dictus procurator dicit si quid rerum a ratione & ueritate fore colligendū. non enim intendit resistere rationi & ueritati replicans nescit cur ex aduerso inuehitur de commestione & potatione cum nunquam replicantem neque taberne neque potatione neque commestioni se immiscere probauit cur iudiciū equitatis spernit det certe iudicium solidū auferat infecta tradat liberam rem iudicii placeat sibi per tramitem equitatis incedere non calumniandi assumat zelum. maiori quippe compendio causa uincitur & partibus parcitur quàm immoderata calumniandi & periurandi superstitione triplicans se somnia egit.illa fecit in primis somnis & primis horis diei iuxta cōsilium.l.ii. de.uer.sig.

Alia ex aduerso deducta fuerunt & sunt falsa contra ueritatem fabricata iniuriosa & calumniosa rebus naturalibus non consona quibus nullis extitit fides adhibenda.

Duplicationes.

ET licet contra quasdam praetensas replicationes quae dicuntur producte in hac causa. P. & in quarum prohemio ille pro quo neque ille cōtra quē neque causa in qua producte sunt non fit mentio & sic nedum somniare prout istas dās uidetur dicere ꝙ omnia q̄ cōtra partē suā dantur sunt somnia seu somniata. sed diuinare oportet non esset necessarium aliquod dicere cum ille essent penitus reiiciē de cum necessariis & substantialibus careant.attamē quia notarius dictae causae dicit ꝙ in ea causa & per procuratorem aduersarii producte fuerunt ideo procurator & procuratorio nomine ac pro parte uenerabilis uiri.N. partis suae duplicando contra dictas praetēsas replicationes primo dat hic duplicationes receptiones admisiones & protestationes generales cōsuetas ac dari & produci solitas.& dicit ꝙ an exceptiones & materia pro parte dicti.N.date fuerunt & sunt ualide pertinentes & efficaces aut inualide & alias ut ex aduerso deducitur litis huiusmodi indicauit euentus.

Aliae duplicationes.

SPetialius uero contra primam praetensam replicationem incipientem.
Item contra replicationes &c.in qua dicitur ꝙ contenta in exceptione sexta huiusmodi sunt somniata &c. duplicando dicit quòd an deducta in illa fuerunt & sunt somnia quae bene & optime bibentibus in sero quasi continue euenerunt & tales ut plurimum somniant dormiēdo &c. aut fuerint & sint uera & ueritate subsistant ex probationibus desuper habendis apparebit & uidetur quis in somniis locutus fuit.

Item contra eandem duplicando dicit quòd. M. ex aduerso deductus fuit & est uilis pauper & abiecta persona & qui in tabernis conuersatur & uino inebriatur corruptibilis & alias talis quòd eius dictis nullatenus est credendum ac quòd non fuit neque est uerum ꝙ fuerit & sit rector ecclesie de qua in dicta prætensa replicatione dicitur neque etiam notarius publicus ac ꝙ in quantum probaretur ꝙ ipse esset notarius ab aliquo creatus & factus prout non creditur ꝙ illis prætensis instrumentis nõ fuit neque est aliqua fides adhibenda. ut supra & alias dictum est.

Item contra secundam &c.

Interrogatoria.

INterrogatoria infrascripta ac contenta & descripta in eisdem tam coniunctim q̃ diuisim dat facit & exhibet procurator & eo nomine domini Io. principalis partis suæ secundum quæ petit prætensos testes ex aduerso productos & producendos diligenter examinari alioquin protestatur de nullitate depositionum eorundem.

In primis auisentur de pœna periurii & testis falsidicis & qualiter falsidicus testis tribus est obnoxius.

Item interrogẽtur de eorum nominibus & cognominibus ætate gente & de qua patria sint oriundi & an sint clerici uel laici & an uxorati uel soluti.

Item interrogentur si cognoscunt partes in huiusmodi causa litigantes & a quo tempore citra & quam partem uellẽt in huiusmodi causa obtinere.

Item interrogẽtur an in huiusmodi causa dederint consilium uel fauorem alicui ex aduersariis contra dominum Io. prioris. uel si solicitauerint in huiusmodi causa cõtra ipsum dominum Io.

Item interrogentur quis eos inducit uel solicitauit ut in huiusmodi causa deponerent & essent testes.

Item interrogentur an sint diuites uel pauperes & quãtum habeant in bonis suis mobilibus & immobilibus & cuius artis & an compatres uel commatres. aut aliqua alia consanguinitate uel affinitate coniuncti existant.

Item interrogentur an eis aliquid sit datum uel promissum ut deponere debeant in causa.

Item interrogentur si sciunt quibus anno die uel mense uacarunt canonicatus & præbenda de quibus agitur & per obitum cuius & quis fuit primus possessor cum uacarunt & quis hodie possidet.

Item interrogentur si sciunt quantum ualent fructus annuatim canonicatus & præbende de quibus agitur.

Item interrogentur an unquam cognouerunt parentes hoc est patrem & matrem Ste. Simonis & quibus nominibus & cognominibus uocabantur & unde erant oriundi. & an uiuunt hodie uel sint mortui.

Item interrogentur cuius conditione erant & an pater erat clericus uel laicus & an mater erant coniugata uel non coniugata uel monialis uel parrochiana uel alia filia spiritualis patris Simonis.

Item interrogentur nonne sciant uel dici audierunt ꝙ Ste. aduersarius fecit diligentias suas super quadam perpetua cappellania sancti. H. in ecclesia. N. quam de præsenti tenet Petrus P.

Item interrogentur nunquid sciant ꝙ dicta capellania uacauit ante præbendam de qua agitur.

Item interrogentur si sciunt uel dici audierunt quis fuit rogatus de diligentiis dicti Ste. super dicta capellania.

Iter interrogentur nonne sciãt ꝙ dictus Ste. non est honestus nec idoneus ut intersit aliquo capitulo.

Item interrogentur nonne cum esset in domo Papæ uitabatur tanq̃ leprosus & ꝓpterea positus fuit extra domum Papæ & iuit ad partes.

Item interrogentur nonne ipse Stephanus est penitus ignarus homo & litterarum inscius.

Item nonne sciuit ꝙ est simplex homo qui nescit loqui gramaticam nec gallicũ nec britonicum.

Item interrogentur an unq̃ aliquas dispensationes dicti Ste. super defectu natalium uiderint & quis illas fecit & de quibus anno & mense erant.

Cætera suppleat discretio examinantis.

Interrogatoria additionalia.

ADdendo aliis interrogatoriis alias in hac causa. N. pro parte honorabilis uiri domini. N. principalis datis & exhibitis procurator & eo nomine ac pro parte ipsius domini. N. partis sue ultra interrogatoria alias data super quibus & infrascriptis petit testes ex aduerso productos & producendos interrogari alias pre statur de nullitate examinis dat & exhibet interrogatoria infrascripta.

Et primo dicitur &c.

Interrogatoria infrascripta ac contenta & descripta in eis dat facit & exhibet procurator & eo nomine uenerabilis uiri domini. L. de castro iuxta & secundum quæ petit testes ex aduerso productos & producendos diligenter examinari & sigillatim interrogari protestãs ꝙ nisi secundum ipsa diligenter examinati & sigillatim interrogati fuerint quod eorum dictis siue attestationibus in aliquo non stetur neq; eis fides adhibeatur. de quo expresse potestatur.

Et primo reducatur ad memoriam cuilibet testi pena falsi testis & qualiter falsus testis tribus ꝑsonis est obnoxius. primo deo quem contemnit. secundo iudici quē decipit. & tertio anime sue proprie quam eternaliter damnat.

Item petatur a quolibet teste cuius etatis status gradus ordinis uel conditionis fuerit & an sit præsbiter uel clericus & an sit beneficiatus & quantum habeat in beneficiis & cuius expensis stat in cu. Ro. & cum quo & quanto tempore in ea stetit & quam artem exercet in eadem & ad quid uenit ad Ro. curiam.

Item petatur a quolibet teste an sit amicus socius consanguineus aut affinis aduersarii & an habeat eundem. L. & alios litis consortes odio uel rancore & an fuerit sibi aliquid datum promissum oblatum uel remissum ut deponat in hmōi cā pro eodē aduersario & quis sibi promisit obtulit aut remisit aut quid & quantum.

Item petatur a quolibet teste an uiderit articulos siue materias super quibus examinari debet & quis ipsos sibi ostendit & an sit auisatus doctus aut instructus ad deponendum in hmōi causa. & quam partē mallet in hmōi causa uictoriam obtinere. & si dixerit ius habentem petatur ab eo quā partem mallet melius ius habere.

De præmissis generalibus interrogatoriis ad specialia descendendo & antequam aliquis ex articulis partis aduerse alicui testi ostendatur siue perlegatur petatur a quolibet teste an ipse sciat ubi sit monasterium sanctæ. M. de. P. & si dixerit ꝙ sic. petatur ab eo an aliquo unquam tempore fuerit in dicto monasterio & de quo tēpore quibus die mense & anno & quid ibi faciebat & in quo loco est signatum & an sciat quot canonicos habeat & quomodo uocãtur & cuius ordinis sint professi.

Item petatur a quolibet teste ubi fuerit aut steterit de mense. A. anni domini. N. et per totum illum mensem. & si designauerit locum ubi fuerit petatur ab eo ꝗd ibi faciebat & qui cum eo ibi erant.

Item petatur a quolibet teste an ipse cognoscat. L. de. C. R. de. R. P. R. T. P. de D. & Io. de. V. R. & Io. de. C. necnon dominum Ia. C. dominum Iu. C. dominum S. & dominum. A. seniores. & si dixerit ꝙ sic petatur ab eo a quo tempore citra ipsorum noticias habuerit. & quæ fuerit cã noticie inter eos & unde sunt oriundi & cuius conditionis fuerint.

Item petatur a quolibet teste an de dicto mense. A. eiusdem anni domini. N. & per totum illum mensem fuerit aut steterit in dicto monasterio beate. M. de. P. & si dixerit ꝙ sic. petatur ab eo qua die iuit ad dictum monasterium & quot diebus ibi fuit & quid ibi faciebat & qui cum eo ibi erant & reddat cãm scientie in omnibus.

Item petatur a quolibet teste an de dictis mense & anno ipse uiderit in dicto monasterio aut infra ipsius limites prænominatos. L. de. C. R. de. R. P. S. P. & Io. D. Io. de. C. I. Iu. S. & A. prædictis & si dixerit ꝙ sic petatur ab eo an erant eques uel pedes & an erant soli uel cum comitiua et qui cum eis erant & an erant armati uel sine armis & quot erant & nominet illos qui cum ipsis erant & ad omnia particulariter respondeat & de omnibus causam scientie reddat.

Item petatur a quolibet teste an ipse uiderit prædictos in præcedenti interrogatorio nominatos intrare dictum monasterium aut occupare ipsum monasterium siue capere aliques fructus siue aliqua uictualia et bona ipsius monasterii si uero dixerit ꝙ nō

non interrogetur ab eo siue non petetur ab eo ulterius. si uero dixerit ꝙ sic petatur ab eo quot quæ & quanta bona ex huiusmodi monasterio acceperint & ꝙ exprimat res & bona prædicta & quibus die mense & anno huiusmodi res & bona receperunt aut abstulerunt & quibus præsentibus de quo mandato aut qua auctoritate & quantum ualebant aut ualere poterant huiusmõi res & bona & quomodo scit & ꝙ designet res & bona ablata & ipsorum extimationẽ & dicat causam scientie in omnibus.

Item petatur a quolibet teste an ipse de dictis mense & anno uiderit eosdem supra nominatos capere aut recipere aliquas mulas seu aliquos mulos cum suis curribus & si dixerit non non interrogetur ulterius si uero dixerit ꝙ sic petatur ab eo quot mulas aut mulos receperunt aut abstulerunt & quantum quælibet mula siue quilibet mulus poterat ualere aut ualebat & quomodo scit.

Item petatur a quolibet teste an ipse uiderit eosdem superius nominatos capere aliquos castrones ad dictum. P. F. spectantes & si dixerit ꝙ sic petatur ab eo ex quo loco hmõi castrones receperunt aut abstulerunt & quot erant numero & quantum ualebant & quomodo scit.

Item petatur a quolibet teste an ipse uiderit eosdem supranominatos capere aut auferre aliquas oues seu aliquos agnelos aut matalitia lintheamina & paramenta coopertura lectos bancalia aut alia maceritia domus porcos gallinas columbos pichones aut aliquam summam pecuniarum ad ipsum. p. aduersarium spectantes & pertinentes & si dixerit ꝙ sic petatur ab eo quot oues agnellos porcos gallinas pichones matalitia lectos bancalia & alia maceritia domus ac quantam summam pecuniarum receperunt & abstulerunt & de quibus locis quibus die mense & anno & quibus præsentibus & ꝙ designet res & bona quæ præfati superius nominati ac ipsorum quantitates ualores & summas & ad omnia particulariter respondeat & dicat cãm sciẽtie in omnibus.

Item petatur a quolibet teste an ipse uiderit eosdẽ. L. de. C. R. p. & alios supranominatos capere aut afferre ab eosdem monasterio aut eius districtu aliquas faucecas grani ordei sigalli aut anforas uini seu uellera lane aut aliquos caseos aut porcellos siue aliquas oblationes & si dixerit ꝙ sic petatur ab eo quot & quantas faucecas grani ac similiter uini ordei sigalli seu uellera lane caseos aut porcellos receperunt aut abstulerunt de quibus locis aut quibus præsentibus quibus die mense & anno ac q̃tũ poterat ualere totum id quod ceperunt & quõ sciat & dicat causam scientie.

Itẽ petatur a quolibet teste an ipse sciat pro certo & indubitato in quo consistunt fructus redditus & prouẽtus abbatie monasterii de. P. & si dixerit ꝙ sic. petatur ab eo ꝙ hoc exprimat & cãm scientie.

Itẽ petatur a quolibet teste an ipse sciat pro certo quantum ualuerunt aut ualere potuerunt fructus redditus abbatie prædictæ de anno domini &c. & si dixerit ꝙ sic petatur ab eo de causa scientie.

Itẽ petatur a quolibet teste an ipse sciat utrum fructus redditus & prouentus abbatis & conuentus monasterii de. P. sint communes ipsis abbati & conuentui aut diuisi & separati. & si dixerit ꝙ sic. interrogetur de causa scientie & quis habet maiorẽ partem an abbas uel conuentus. & si dixerit se nescire petatur ab eo quomodo ergo deponere poterit quantum ualent fructus redditus & prouentus spectantes ad abbatem dicti monasterii de. P.

Itẽ petatur a quolibet teste an ipse sciat pro uero qui sint illi qui receperunt fructus redditus & prouentus dicti monasterii spectantibus ad abbatem dicti monasterii de annis domini. N. &. N. & qua auctoritate. & si dixerit ꝙ sic. petatur ab eo de cã scientie & an de annis prædictis & p eosdem annos fuit & stetit in dicto monasterio uel ibi & qui & quot fuerunt ill qui receperunt dictos fructus redditus & prouẽtus. & ꝙ illorum nomina & cognomina exprimat & declaret.

Item petatur a quolibet teste affirmante se scire qui sunt qui receperunt dictos fructus &c. an unusquisq; recepit pro se particulariter uel omnes insimul pro omnibus ipsis & an ipsi pro equalibus uel disparibus portionibus inter se diuiserunt dictos fructus redditus & prouentus. & si dixerit ꝙ sic. petatur ab eo de causa scientie & ꝙ ad prædicta omnia particulariter respondeat Cetera suppleat fidelis examinator.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

SEQVVNTVR VARIE petitiones.

Petitio in prima instantia.



Etit procurator & eo nomine egregii uiri decretorum docto ris domini Io. prioris principa lis partis sue p uos. R. p. & do minũ dominũ Io. in hmõi cã auditorẽ specialiter deputatũ uestrãq; diffinitiuam sententiã pnunciari decerni & de clarari in cã & causis corã uobis in prima instantia uertentibus inter præfatũ dominum Io. ex una & quosdã Ia. & S. assertos clericos de & super certis canonicatu & pbẽda ecclesie. N. alias uacantibus p obitũ quondã. P. & eorum occasione partibus ex altera gratiam expectatiuam per Sanctissimũ in Christo patrem & dominũ nostrum dominũ. P. diuina prouidentia Papã. N. eisdẽ domino Io. factã & concessam necnon acceptationem & prouisionẽ de dictis canonicatu & præbenda præfato domino Io. & sibi factas cum omnibus inde secutis fuisse & ẽe cãonicas & canonicas tuosq; debuisse & debere sortiri effectus necnon dictos canonicatum & præbendam ad præfatũ dominũ Io. spectasse & pertinuisse ac spectare & ptinere de iure illosq; sibi cũ omnibus iuribus & pertinentiis suis adiudicandos fore & p uos adiudicari debere necnon dictis Ia. & S. in seu ad dictos canonicatum & præbendam nullum unquam ius spectasse uel pertinuisse siue spectare uel ptinere dictũq; Ia. ab intrusione occupationes & detentiones dictorũ canonicatus & pbende iuriumq; & ptinentiarũ eorundem tollendum eiiciendũ & amouendũ & p uos tolli eiici & amoueri debere necnon dictũ dominũ Io. in corporalẽ realẽ et actualẽ possessionẽ dictorũ canonicatus & præbende iuriũq; & ptinentiarũ eorundem ponendũ & inducendũ ac p uos poni & induci debere uexationes molestationes perturbationes inquietationes & impedimenta p præfatos Ia. & S. & eorũ quẽlibet de & sup dictis canonicatu & præbenda & eorũ occasione præfato domino Io. prioris factas & pstitas ac facta & pstita fuisse & esse temerarias illicitas iniquas indebitas & iniustas ac illicita iniqua indebita & iniusta ac de facto præsumptas & præsumpta necnon de & super illis dictisq; canonicatu & præbenda præfatis Ia. & S. & eorũ cuilibet silentium perpetuum imponendum fore & per uos imponi debere necnõ dictum Ia. in fructibus ex dictis canonicatu & præbenda a tempore sue intrusionis citra præceptis ac dictum Ia. & S. in expensis propterea corã uobis legitime factis condemnandos fore & condemnari & alias in de & sup præmissis & tota causa hmõi sibi partiq; sue iustitie ministrari complementum officium uestrum quatenus opus sit benigne implorando.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio in secunda instantia.

PEtit procurator & eo nomine uenerabilis uiri domini Io. principalis p tis sue per uos. R. p. d. auditorẽ uestramq; diffinitiuam sententiampronunciari decerni & declarari in cã & causis quæ alias in prima coram. R. p. d. Io. & nũc coram uobis in secunda uerse sunt & uertuntur instantie inter præfatum. d. Io. actorem ex una & quosdam Ia. & Ste. assertos clericos de & super certis canonicatu & præbenda ecclesie. N. & eius occasione partibus ex altera per præfatum. R. p. d. Io. bene fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum necnon pro parte dictorũ Ia. & Ste. male fuisse & esse prouocatum & appellatum ipsiusq;. R. p. d. E. sententiam & processum confirmandos fore & confirmari debere. necnõ dictum Ia. in fructibus ex dictis canonicatu & præbenda a tempore late dicte sententie citra perceptis ac prædictos Ia. & Ste. in expensis propterea coram uobis legitime factis condemnandos fore & condemnari debere & alias in de & super præmissis & tota causa hmõi sibi partiq; sue iustitie ministrari complementum officium uestrũ quatenus opus sit benigne implorando.

Saluo iure &c.

Et protestatur.

Petitio super nullitate appellationis interiecta ab admissione ad reiterandum terminos.

PEtit procurator & eo nomine.d.Io. principalis partis sue per uos. R. p.d.E.auditorem uestramq; senten tiam siue ordinationem pronunciari decer ni & declarari in causa alias uertente co- ram. R.p.d.Io.in prima instantiainter præ fatum.d.Io. priorē ex una & quendā Ia. de.N.assertum clericum de & super certis canonicatu & præbenda ecclesie.N.& eo rum occasione pro parte dicti Ia. a reitera- tione terminorum male fuisse & esse prouo catum & appellatum necnon per eundem R.p.d.Io.bene fuisse & esse processum.ip siusq;.R.p.&.d.C.processum confirman dum fore & confirmari inhibitionem quā cunque a uobis propterea forsan emanatā reuocandam fore & per uos reuocari debe re necnon dictum Ia.in expensis propterea coram uobis legitime factis condemnan- dum fore & condemnari debere & alias in de & super præmissis sibi iustitie ministra- ri complementum officium uestrum qua- tenus opus sit benigne implorando.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio in tertia instantia super principali.

PEtit procurator & eo nomine hono rabilis uiri.d.Io. princ palis partis sue per uos. R.p.d. N. auditorem uestramq; diffinitiuam sententiam pronun ciari decerni & declarari in causa & cau sis quæ nuper coram. R.p.d.Io.coa udito re uestro in secunda & nunc coram uobis inter præfatum dominū.Io.ex una &quos dam Ia.& Ste.assertos clericos aduersarios de & super certis canonicatu & præbenda ecclesie.N.& eorū occasione in tertia uer tuntur instantia partibus ex altera per præ fatum. R.p.d.Io.coauditorem uestrū be- ne fuisse & esse processum sententiatum et diffinitum.necnon pro parte prædictorum Ia.& Ste.aduersariorum ab ipso.d.Io.co- auditori uestro eiusq; diffinitiua sententia huiusmodi male fuisse & esse prouocatum & appellatum ipsiusq;.R.p.Io. coaudito- ris uestri processum & sententiam confir- mandos fore et per uos confirmari necnon dictum Ia.aduersarium.in fructibus ex di ctis canonicatu et præbenda a tempore di- cte late sententie per eum citra perceptis ac prædictos Ia.Et Ste.in expensis propterea coram uobis legitime factis respectiue con- demnandos fore et condemnari debere et alias in de et super præmissis ac tota causa huiusmodi sibi partiq; sue iustitie ministra ri complementum uestrū benignum officiū quatenus opus sit humiliter implorando.

Saluo iure etc.

Et protestatur etc.

Petitio ab impetitione.

PEtit procurator et eo nomine hono rabilis uiri domini.N.partis sue per uos.R.p.d.A sacri palatii causarū apostolici causeq; et partibus infrascriptis auditorē specialiter deputatū uestramq; dif finitiuam sententiam pronunciari decerni et declarari.molestationes uexationes per- turbationes inquietationes et impedimen- ta præfato domino.H.per quendam.V.as sertum clericum in huiusmodi causa ad- uersarium de et super prætenso spolio di- ctorum canonicatu et præbende sancte cru cis.H.et illorū occasione ut præmittitur fa ctas et præstitas factaq; et præstita fuisse et esse temerarias illicitas iniquas indebitas et iniustas temerariaq; illicita indebita iniqua et iniusta ac de facto præsumptas et præ- sumpta dictoq;.V.aduersario præmissa fe cisse minime licuisse neq; licere. ipsiq;. V. super ipsis ac spolio prædicto perpetuum si lentium imponendum.necnon eundem do minum.N.ab impetitione dicti. V.absol- uendum.ipsumq;.V.in expensis in huius modi causa coram uobis legitime factis de expensis fiendis damnis et interesse sustinē dis protestando condemnandum fore ac per uos imponi absolui et condemnari ac alias in de et super præmissis omnibus et singulis sibi per uos fieri breue iustitie com- plementum.

Præmissa omnia &c.

Saluo iure etc.

Et protestatur etc.

Petitio super ulteriori processu et aggraua tione obtinenda.

PEtit pcurator et eo nomine per uos. R.p.d.L.de.L.etc.auditorem ue- strāq; sententiam pronunctari decer ni et declarari processus corā. R.p.d. N. sacri palatii causarū apostolici auditore in

causa quæ coram eo inter discretum uirum. C. ex una & quosdam. S. T. Ioan. de N. &c. assertos armigeros & quosdam dictos de. S. ac. S. totam'q; cõmunitatem uille. S. ipsorum & cuiuslibet ipsorum cõplices. H. diocesis de & super inuasione detentione rerum & bonorũ spoliationes aliisq; mandatis & notoriis uiolentiis damnis expensis & interesse & eorum occasione partibus ex altera in prima instantia habitis ac factis aggrauandos reaggrauandos interdictum ponendũ & brachium seculare inuocandũ fore ac per uos aggrauari reaggrauari interdictũ poni & brachium seculare inuocari. necnon eosdem. S. T. de. N. &c. tã coniunctim q̃ diuisim in expensis in huiusmodi causa propterea legitime factis. de expensis fiendis damnis & interesse sustinendis protestando tam coniunctim q̃ diuisim condemnandũ fore ac per uos confirmari aggrauari poni inuocari & condemnari ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis sibi in præmissis & circa ea p uos breue fieri iustitiæ complementum.

Præmissa omnia &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio super aggrauatione processus.

Petit procurator & eo nomine honorabilis uiri. N. partis suæ p uos. R. p. d. L. de. L. &c. auditorem specialiter deputatum uestram'q; sententiã siue ordinationem pronunciari decerni & declarari processus executorialiũ coram uenerabili uiro domino. N. in partibus in causa huiusmodi quæ tunc corã eo ueluti conseruatore priuilegiorum alme uniuersitati studii. E. M. diocesis suppositisq; eiusdem concessis in prima uertebatur & nunc corã uobis in secunda uertitur instantia inter dictum. N. ex una & quosdam. A. & T. &c. totam'q; communitatem uille. N. H. diocesis de & super inuasione & detentione rerum & bonorum suorum spoliatione aliisq; manifestis & notoriis uiolentiis damnis expensis & interesse & eorum occasione partibus ex altera ad dicti. N. instantiã contra illos tam coniunctim q̃ diuisim decreto & concesso aggrauandos reaggrauãdos interdictũ ecclesiasticum in eorum terras & loca ad quas & quæ eos declinare contigerit ponendũm & brachium seculare inuocandum ipsos'q; tam coniunctim q̃ diuisim ut & tãq̃ aggrauatos & reaggrauatos denunciandos & publicandos fore ac p uos aggrauari reaggrauari interdictum poni & brachium seculare inuocari & denunciari mandari necnõ eosdem. S. de. N. &c. in expensis in causa huiusmodi coram uobis legitime factis de expensis fiendis dãnis & interesse sustinendis protestando cõdemnandos fore ac per uos condemnari ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis sibi in præmissis & circa ea per uos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio super nullitate sententiæ late & reuocatione eiusdem & litterarum executorialium decretarum.

Petit procurator & eo nomine honorabilis uiri domini. G. rectoris parrochialis ecclesiæ in. N. T. diocesis partis suæ per uos. R. p. d. A. sacri &c. auditorẽ specialiter deputatũ uestrã'q; diffinitiuam sententiam pronunciari decerni & declarari prætensam sentẽtiam per. R. p. d. Io. Episcopum. N. assertum iudicem in causa quæ tunc coram eo in prima uerti prætendebatur instantia inter dictum. G. ex una & quendam. N. assertum præsbiterum de & super prætensis priuatione destitutione & amotione a dicta parrochiali ecclesia eiusque collatione prouisione & assignatione dictis. N. rebusq; aliis in actis latius designatis & illarum occasione pro dicto. N. & contra præfatum. G. ut prætenditur latã fuisse & esse nullam nullitatisq; uicio subiacuisse & subiacere eamq; quatenus de facto processit cũ prætensarum litterarum executorialium decreto & omnibus inde secutis reuocandã cassandam irritandam & annullandam fore ac per uos reuocari cassari irritari & annullari eundem. N. in expensis in cã hmõdi propterea pro parte dicti. G. legitime factis de expensis fiendis damnis & interesse sentiendis solemniter protestando condemnãdum fore ac per uos condemnari ac alias in de & sup p̃missis omnibus & singulis sibi p uos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio declarationis contra intrusum qui non paruit monitorio.

PEtit procurator & eo nomine honorabilis uiri.d. B. canonici ecclesiæ beatæ Mariæ ad gradus. M.partis suæ per uos. R.p d. N.sacri palatii causarum apostolici causæq; ac partibus infrascriptis auditorē specialiter deputatū uestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari decerni & declarari quendā. V. de. D. in dictis canonicatu & præbenda intrusum & illorum occupatione pro & ex eo quia monitorio per uos ad dicti. B. instātiā contra & aduersus Decanum & capitulum singulosq; canonicos dictis. V. de. N.super dimittende ipsi. B.dictorum canonicatus & præbende possessione uacua libera & expedita decreto & in ipsius personam ac contra eosdem Decanum & capitulū singulosq; canonicos debite executo ac iudicialiter reproducto parere contumaciter distulit & neglexit maioris excōmunicationis aliasq; in eodem monitorio contentas pœnas sententias & cēsuras dānabiliter incidisse & incurrisse declarandū ipsumq; tanq̄ publice excommunicatum denunciandum publicandum & ut talem ab omnibus Christi fidelibus artius euitari mandandum ac in expensis in causa huiusmodi propterea legitime factis de expensis fiendis damnis & interesse sustinendis protestando condemnandum fore ac p uos declarari denunciari publicari & euitari mandari & condemnari ac alias in de & super præmisis omnibus & singulis&c.
Præmissa omnia & singula &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio super nullitate processus post iuramenti delationem habiti.

PEtit procurator & eo nomine uenerabilis uiri domini. T.de. N. perpetui Vicarii in ecclesia sancti. N. H.P.diocesis partis suæ per uos. R.p.d. A.&c.causarum auditorem uestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari decerni & declarari per. R.p. dominum Io. didaci de.C.coauditorem uestrum in causa quæ coram eo inter præfatum . d.T.ex una & quēdam.H.N.assertum clericum de & super dicta perpetua Vicaria ad altare sancti. A.sitas in seculari ecclesia sancti.N.H.dictæ.P.diocesis in prima uerti prætendebatur instantia ex & pro eo q̄ nō nullas prætensas positiones siue articulos aut materias articulatas post iuramenti delationem per eundem dominum Io.auditorem eidem.T.in supplementum probationis factas pro parte eiusdē Io.aduersarii datas recipit & ad probandum admisit testesq; desuper recepit & examinari fecit & mandauit male fuisse & esse processum ordinatum receptum admissum & mandatū ipsiusq; domini Io.d. coauditoris uestri p̄tensas ordinationem admissionem & mandatum huiusmodi cum inde secutis quatenus de facto processerunt reuocandas cassandas irritandas & annullandas fore & per uos reuocari cassari irritari & annullari necnon pro parte dicti. T.de. N.ab ipso auditore eiusq; prætensis ordinatione admissione & mandatis huiusmodi bene fuisse & esse prouocatum & appellatum. ipsumq; H.aduersarium in expensis in causa huiusmodi propterea tam coram præfato domino. N.q̄ coram uobis legitime factis de expensis fiendis damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condēnandū fore & per uos condemnari ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis sibi per uos fieri breue iustitiæ complementum.
Præmissa omnia &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio super canonizatione prouisione factæ super canonicatu.

PEtit procurator & eo nomine honorabilis uiri domini. B.de.N.partis suæ per uos. R.p.de Anto de.N. &c.causarum causæq; ac partibus infrascriptis auditorem specialiter deputatū uestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari decerni & declarari gratiam apostolicam ac collationē & prouisionē ipsi. B. p S.d.N.d.N.Papam quintum de canonicatu & præbenda beatæ Mariæ ad gra-

dus. M. sic ut præmittitur facta & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica, suumq; debitum debuisse & debere sortiri effectum, dictosq; canonicatū & præbendā super quibus ad præsens agitur ad ipsum. B. spectasse & pertinuisse. spectareq; & pertinere de iure. ipsosq; eidē B. cum omnibus & singulis iuribus & pertinentiis suis adiudicandum fore & per uos adiudicari. præfatoq; domino. V. de D. in seu ad huiusmodi canonicatum & præbendā nullum unq̄ ius competiisse neque competere ipsumq;. V. ab occupatione detentione canonicatus & præbende iuriumq; & pertinentiarum tollendum & amouendum præfatumq;. B. de. H. in & ad corporalem realem & actualem possessionem ipsorum canonicatus & præbende iuriumq; & pertinentiarum omnium eorundem ponendum & inducendum fore. & per uos tolli amoueri poni & induci intrusionemq; occupationē detentionem & fructuum usurpationem necnon oppositionē molestationē uexationē perturbationē inquietationē & impedimenta per eundem V. de. D. ipsi. B. ut præmittitur desuper factas & præstitas factaq; & præstita fuisse & esse temerarias illicitas iniquas indebitas & iniustas temerariaq; illicita iniqua indebita & iniusta ac de facto præsumptas & præsumpta sibiq; super ipsis ac canonicatu & præbenda prædictis perpetuum silentium imponendum præfatumq;. V. de. D. in fructibus ex canonicatu & præbenda huiusmodi a tempore mote litis citra perceptis. necnon in expensis in causa huiusmodi propterea legitime factis de fructibus percipiendis expensis fiendis damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condemnendum fore ac per uos imponi & condemnari. ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis &c.

Præmissa &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio super extinctione litis & silentio imponendo.

Petit procurator et eo nomine honorabilis uiri. d. P. rectoris parrochialis ecclesiæ capellæ sancti. P. site in curia ducali oppidi Vienensis. Pa, diocesis partis suæ per uos. R. p. d. B. Episcopum. O. & unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locumtenentē uestrāq; sententiam siue ordinationē pronūciari decerni & declarari omnes & singulas lites tam coram uobis q̄ domino. A. C. utriusq; iuris doctore & palatii apostolici causarū auditore tam inter. F. q̄. H. B. ac præfatum P. molitoris occasione & prætextu dicte capellæ sancti. P. quomodolibet pendente prorsus extinguendas & tam. F. q̄. H. p̄dictis super eadem capella perpetuum silentium imponendum. ipsisq;. F. &. H. tā coniūctim q̄ diuisim ne per se uel per alios quoscunq; dictum. P. super capella prædicta amplius molestent iuxta uim formam & tenorem literarum apostolicarum uobis desuper præsentatarum interdicendum & inhibendum ac eosdem. F. &. H. tam coniunctim q̄ diuisim in expensis tam coram uobis q̄ coram. R. p. d. Malatesta Episcopo. C. ac domino. A. prædictis propterea in huiusmodi causa legitime factis. de expensis fiendis damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condemnandū fore & per uos extingui imponi interdici inhiberi ac condemnari ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis & circa ea sibi fieri breue iustitiæ complementum uestrum nihilominus benignum officium humiliter implorando.

Præmissa omnia &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio super primæ interlocutoriæ sententiæ confirmatione.

Petit procurator &c. pronunciari decerni & declarari per. R. p. d. N. de N. tunc palatii &c. auditorem nūc uero Episcopum. O. & locū unius ex eiusdem palatii auditoribus tenentem in causa & causis hmōi quæ tunc coram eo in prima uertebatur & nunc coram uobis in secunda uertitur instantia inter præfatū dominum. N. Decanum ex una & quendā P. N. assertos clericos de & super prætense declaratoriæ sententiæ prætensi incursus prætensarum excommunicationis & aliarum prætensarum pœnarum sententiarum & censurarum in quibusdam prætensis litteris siue processibus executorialibus

pro quodã. R. & contra. A. occasione certæ capellaniæ in dicta ecclesia. H. per dominum. A. C. coauditorem uestrũ ut prætenditur decretis cõtentis nullitate rebusq; aliis in actis latius expressis & earum occasiones partibus ex altera bene fuisse & esse processum sententiatum & ordinatum. ipsiusq; domini. G. sententiam siue ordinationem huiusmodi cum omnibus & singulis inde secutis confirmandã fore & p uos confirmari. necnõ pro parte præfati. P. N. a dicto domino. G. eiusq; sententia siue ordinatione huiusmodi male fuisse & esse appellatum & prouocatum. ipsumq;. P. N. in expensis in causa huiusmodi legitime factis. de expensis fiendis damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condẽnandum fore ac per uos condemnari ac alias in de & super. præmisis omnibus & singulis sibi per uos &c.

Præmissa &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio ubi Papa aduocauit causam & litẽ extruxit & declarauit beneficium N. de iure pertinere.

Petit procurator &c. pronunciari decerni & declarari lites coram uobis inter honorabiles uiros dominum. H. de. N. reum ex una & quosdam Ioan. de. N. &. B. de. N. assertos clericos de & super certis canonicatu & præbenda ecclesiæ sancti. L. d. T. diocesis per obitum quondã. A. cõmuniter inibi uacantibus rebusq; aliis in actis latius designatis & illorum occasione partibus ex altera & alios litis consortes quomodolibet in prima instantia mota & pendente per. S. in Christo Patrẽ &. d. N. dominum Nico. diuina prouidentia Papam. N. motu proprio fuisse & esse a uobis aduocatas & extinctas dictisq; canonicatum & præbendã ad dictũ. H. dumtaxat de iure spectare per eundem dominum nostrum fuisse & esse declaratum molestationesq; uexationes pturbatione inquietationes impetitiones & impedimẽta ipsi domino. H. per eundem. P. super dictis canonicatu & præbenda & eorum occasione quomodolibet factas & præstitas fuisse & esse temerarias iniustas illicitas iniquas indebitas temerariaq; illicita iniusta ac de facto præsumptas & præsumpta sibiq; super illis ac canonicatu & ꝑbenda ꝑdictis perpetuum silentiũ imponendũ. ipsumq;. H. ab ipsius. P. impetitione absoluendũ ac ꝑfatum. B. aduersariũ in expẽsis in cã hmõi corã uobis legitime factis de expẽsis fiẽdis dãnis & interesse sustinendis solẽniter protestando condẽnandum fore ac p uos imponi & condemnari ac alias in de & super præmissis omnibus & singulis sibi per uos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio ut reiiciatur libellus tanq̃ confusus & generalis.

Petit procurator &c. p uos uenerabilẽ uirũ. d. A. C. iuris utriusq; doctorẽ ac palatii apostolici cãrum causæq; ac partibus infrascriptis auditorẽ specialiter deputatũ uestramq; sentẽtiã siue ordinationẽ pronunciari decerni & declarari ꝑtensum libellum pro parte cuiusdã Vlrici de. N. contra magistros & supposita ac collegiũ facultatis artium dicte uniuersitatis Vienensi oblatũ fuisse & esse incertum confusum & nimis generalem ipsiq; non fore nec esse respondendum nec lis desup contestandũ sed reiiciendũ & repellendũ & lacerari mandandũ fore ac per uos reiici repelli & lacerari mandari eundemq;. V. in expensis in causa huiusmodi pro parte Decani magistrorũ suppositorũ & collegii prædictorum propterea factas condemnãdũ fore & per uos condemnari ac alias in de & super præmisis omnibus &c.

Præmissa omnia &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio super reuocatione sententiæ per uiam nullitatis.

Petit procurator &c. decerni & declarari prætensam excõis sententiã p uenerabilem uirum dominũ. A. coauditorem uestrum in & contra præfatum. N. ob ꝑtensorũ iurium siue munimentorum ꝑtensorum non productione taliter qualiter ad cuiusdã. O. asserti præpositi instantiã latã cum inde secutus fuisse & esse

nullam nulliusq; roboris uel momenti nullitatisq; uicio subiacuisse & subiacere ac p illam seu eius prætextu dictum priorem minime fuisse & esse ligatum eumq; & omnia inde secuta quatenus de facto processerũt reuocandũ cassandũ irritandũ & annullãdum reuocandaq; cassanda irritanda & annullanda fore ac per uos reuocari cassari irritari & annullari eundemq; aduersarium in expensis tam coram uobis q̃ dicto domino. A. legitime factis de expensis fiendis &c.

Præmissa etc.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio super diuortio.

PEtit procurator &c. honestę mulieris. G. filię. Petri de. N. incolę ciuitatis Coloniensis partis suę: p uos. R. p. d. B. de. R. decretorum doctorem & sacri palatii apostolici causarum auditorẽ præfatum uestramq; sententiam pronunciari decerni & declarari per uenerabiles uiros dominos officiales Coloniẽses. &. V. de. N. assertum decanum. T. in huiusmõi causa quæ coram eis successiue uerti prætendebatur inter dictam. G. ex una & quẽdam. H. de. N. assertum laicum de & super prætensa mutua cohabitatione & asserti iuris coniugalis prætenso spolio. necnon eiusdem. G. quo ad thorum mutuáq; cohabitationem separationem siue diuortio rebusq; aliis in actis causę huiusmodi latius expressis & eorum occasione partibus ex altera male fuisse & esse excommunicatum mandatum processum sententiatũ & ordinatum prætensas monitiones compulsiones excommunicationes & aliarum censurarum sententias per dictum officialem ac decanum in dictam. G. & contra ipsam præmissorum occasione quomodolibet latas ac eorum & cuiuslibet ipsorum prætensam sententiam siue ordinationem cũ omnibus inde secutis quatenus de facto processerunt reuocandũ cassandum irritandũ & annullandum fore & per uos reuocari cassari irritari & anullari pariq; uestra sententia siue ordinatione pnunciari decerni et declarari dictã. G. pfato. H. quo ad thorũ habitationemq; & mutuam seruitutem qua et quomodolibet tenetur separandum & diuortiandum. ipsamq; in aliquo loco tuto et honesto ubi nec. H. uel parentes eius eidem G. nocere possint ponendam & locandam poniq; & locari mandandum fore ac per uos separari diuortiari poniq; locari mandari molestationesq; uexationes perturbationes inquietationes & impedimenta dictę G. per præfatum. H. aduersarium occasione qualibet factas & præstitas factaq; & p̃stita fuisse & ẽe temerarias illicitas iniquas indebitas & iniustas temerariasq; illicita iniqua indebita iniusta ac defacto præsumptas & præsumpta sibiq; super illis ac cohabitatione & mutua seruitute prædictis perpetuum silentium imponendum fore ac ipsum. H. in expensis in hmõi causa propterea legitime factis de expensis fiendis damnis & interesse &c.

Præmissa omnia &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio mandati super canonizatione de prouidendo & reuocatione primę sententię cum adiudicatione rei super qua agitur.

PEtit procurator &c. pronunciari decerni & declarari per. R. p. d. G. de. N. tunc coauditorem uestrum nunc uero Episcopum. N. & locum unius ex sacri palatii causarum apostolici locum tenentem in causa quæ coram eo in prima uerti prætendebatur & nunc coram uobis in secunda uertitur instantiis inter dictum Io. ex una & quendam Io. H. assertum clericum de & super. C. ecclesię sancti. V. B. rebusq; aliis in actis latius expressis & eius occasione partibus ex altera male fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum. ipsiusq; domini. G. prætensam sententiam cum omnibus inde secutis quatenus de facto processerunt saltem ex nouiter corã uobis productis reuocandam cassandam irritandam & annullandam fore & per uos reuocari cassari irritari & annullari necnon pro parte dicti Io. N. a dicto domino. B. auditore eiusq; prætensa sententia hmõi bene fuisse & esse prouocatum & appellatum pariq; uestra diffinitiua sententia pronunciari decerni & declarari gratiam apostolicam & mandatum de prouidendo ipsi domino Io. de. O. de officio. C. prædicto & de con-

conferendo & assignando sibi eandem cellariam siue officium. C. sic ut præmittitur auctoritate apostolica gratiose concessam & concessum & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica suumq́ꝫ debitum debuisse & sortiri debere effectum p̄fatamq́ꝫ cellariam siue. C. officium eidem Io. O. fuisse & esse debitam seu debitum siue illud & de illo siue illa sibi prouidendū dictosq́ꝫ canonicatum & præbendā ad præfatum dominum. N. spectasse & pertinuisse spectareq́ꝫ & pertinere de iure eamq́ꝫ siue ipsum sibi in uim mandati de prouidendo huiusmodi cum omnibus & singulis suis iuribus & pertinentiis conferendum & assignandum fore & per uos de eisdem prouideri conferri & assignari præfatoq́ꝫ Ioh. H. aduersario in seu ad illam cellariam siue illud nullum unquam ius competiisse neque competere eundemq́ꝫ Io. H. aduersarium ab occupatione & detentione dicte ecclesie iuriumq́ꝫ & pertinentiarum omnium eiusdem tollendum & amouendum & dictum dominum. N. in & ad corporalem realem & actualem possessionem ponendum & inducendum fore & per uos tolli amoueri poni & induci oppositionesq́ꝫ molestationes uexationes perturbationes intrusiones occupationes detentiones & impedimenta per dictum Io. H. aduersarium ipsi domino. Io. O. sic ut præmittitur factas & præstitas facta & præstita fuisse & esse temerarias illicitas iniquas iniustas temerariaq́ꝫ illicita indebita iniqua et iniusta ac de facto præsumptas & præsumpta præfatoq́ꝫ Io. H. præmissa fecisse minime licuisse neqꝫ licere de iure sibiq́ꝫ super ipsis necnon canonicatu & præbenda prædictis ac cellaria huiusmodi perpetuū silentium imponendum fore. necnon dictum Io. H. in fructibus ex dicta cellaria a tempore mote litis huiusmodi citra perceptis & in expensis huiusmodi cā tam coram domino. B. prædicto q̄ uobis propterea legitime factis de expensis &c. sustinendis & fructibus percipiendis solemniter protestando condemnandum fore ac per uos imponi & condemnari ac alias in de & super &c.

Præmissa omnia &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio nullitatis processus prime instantie & reuocatione sententie cum condemnatione expensarum.

PEtit procurator &c. pronunciari decerni quandam prætensam sententiam siue ordinationem per honorabilem uirum dominum. R. talem assertum iudicem in partibus ut prætenditur deputatū in causa & causis huiusmodi quæ tunc coram eo in prima uerti prætendebatur & nunc coram uobis in secunda uertitur instantia inter dictum. R. ex una & quosdā. G. de. N. assertum priorem prioratus de. N. ordinis sancti Benedicti & Io. de. N. prætensum uicarium parrochialis ecclesie dicti loci de. N. prætensam unionem annexionē siue incorporationem & illarum approbationē per ipsum. R. . prætextu bone memorie Amedei Episcopi. S. Sacrosancte Ro. ecclesie cardinalis antea. F. quinti in sua obedientia nuncupati ut prætenditur factā rebusq́ꝫ aliis in actis latius expressis & eorum occasione partibus ex altera fuisse & esse nullā nullitatisq́ꝫ uicio subiacuisse & subiacere eamqꝫ quatenus de facto p̄cessit cum omnibus inde secutis ac processum coram eo præmissorū occasione quomodolibet habitum reuocandum cassandum irritandum & annullandum fore & per uos reuocari cassari irritari & annullari. necnō præfatum. G. de. N. & Io. de. N. tam coniunctim q̄ diuisim in expensis mcā hmōi tam coram dicto. R. q̄ uobis propterea legitime factis de expensis fiendis &c. ac alias &c.

Præmissa etc.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio super restitutione pignorum.

PEtit procurator &c. pronunciari decerni & declarari præfatū. N. aduersarium ad tradendum deliberādum & restituendum dicto domino. G. supradicto tres tasseas argenteas necnon crusibulum argenteum ipsi. N. loco pignorū ut præmittitur datas ac datum siue traditū si extant alioquin eorum uerum ualorem uidelicet. xxx. florenorum R enensiū extimat. cogendum & compellendum recu-

fationesq; & denegationes per dictum. N. ipsi. G. in præmissis & circa ea factas & prestitas fuisse & esse temerarias illicitas & iniquas indeb.tas ac iniustas ac de facto præsumptas ac eundem. N. in expēsis tam coram uenerabili ac circunspecto uiro domino. Ia. S. de. B. officiali Coloniensi q̄ uobis propterea legitime factis &c. sustinendis solemniter protestando condemnandum fore condemnatumq; ad hoc modo uia & iure per uos compelli & condemnari ac alias in de & super &c.

Præmissa &c.

Saluo iure etc.

Et protestatur etc.

Petitio super petitorio ubi legatus contulit beneficium per resignationem.

PEtit procurator &c. declarari resignationem parrochialis ecclesie. A. per. B. in manibus Reuerendissimi in Christo patris & domini domini. B. sacrosan. Ro. ecclesie tituli &c. præsbiteri cardinalis & de latere legati specialiter deputati sic ut præmittitur factam & per ipsum receptam & admissam collationesq; & prouisiones ipsi domino. R. per eundem cardinalem gratiose factas & concessas ac omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica suumq; debitum debuisse & debere sortiri effectum præfatamq; ecclesiā ad ipsum. R. spectasse & pertinuisse &c. illāq; sibi adiudicandam fore &c. aduersario nullum ius competiisse eundemq; aduersariū ab occupatione &c. ad dictum. R. in corporalem &c. inducendum fore oppositionesq; molestationes &c. ac eundem aduersarium in expensis in causa hmōi propterea legitime factis condemnandum &c.

Præmissa &c.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Petitio canonizationis cessionis beneficii p procuratorem in manibus Pape & collationis per Papam ad eadem factis.

PEtit procurator &c. declarari cessionem de dictis canonicatu & præbēda ecclesie sancti. C. quorum occasione ad præsens agitur per. H. B. canonicum ecclesie. H. procuratorio nomine honorabilis uiri domini. H. R. & ab eodem. H. R. ad hoc specialiter constitutū in manibus fe. re. Eugenii Pape quarti factam & per ipsum receptam & admissam collationesq; & prouisiones de eisdem canonicatu & præbenda præfato domino. H. petenti per eundem dominum Eugeniū sic ut præmittitur factas & omnia inde secuta &c.

Petitio bipartita super admissione articulorum a qua appellatum fuit & eos non debere admitti.

PEtit sindicus &c. declarari per uenerabilem uirum dominum. N. officialem curie. H. in & ex eo q̄ in causa huiusmodi quæ tunc coram eo in prima uerti prætendebatur & nunc coram uobis in secunda uertitur instātiis inter dictos magistros ciuium &c. ex una &. R. p. d. Io. asfertum abbatem monasterii sancti. N. &c. & eius conuentum de & super iure siue p̄tensa leg.tima fructus agrorum & uinearū colligendi & ex ipsis decimas soluendi rebusq; aliis in actis latius expressis & illorū occasione partibus ex altera prætensos positiones & articulos desuper pro parte abbatis & conuentus antedictorum ut prætenditur datos ad probandum admisit testesq; et alia probationū genera desuper recipi mādauit male fuisse & esse processum ordinatum admissum & mandatum. ipsiusq; domini officialis processum sententiam ordinationem & admissionem huiusmodi cum inde secutis quatenus de facto processerūt reuocandum cassandum &c. & annullari necnon pro parte prædictorum magistrorum ciuium &c. a præfato domino officiali eiusq; prætensa sententia ordinatione & admissione huiusmodi bene fuisse & esse prouocatum & appellatum pariq; uestra sententia siue ordinatione pronunciari decerni & declarari eosdem prætensos positiones & articulos siue materias articulatas sic ut præmittitur pro parte dictorum abbatis & conuentus datas siue datos ut & tanquā impertinentes in admissibiles reiiciendos et repellendos ac per uos nullatenus ad probandum admittendos fore. ipsosq; per uos reiici & repelli & ad probandum non admitti necnon abbatem & conuentum prædictos in expensis tam coram dicto domino officiali quam coram uobis legitime factis. de expensis fiendis &c.

Præmissa omnia &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio absolutionis ad cautelam.

PEtit procurator & eo nomine honorabilis uiri domini &c. uestrãq; sententiam siue ordinationem &c. declarari præfatos dominos. N. &. N. a quibuscunq; prætensis excommunicatiõis sententiis & censuris ecclesiasticis per assertũ officialem. G. in eosdem de & super iure patronatus ecclesie de. N. seu non paritione assertorum mandatorum dicti officialis rebusq; aliis in actis latius expressis & eorũ occasione in fauorem cuiusdam. N. aduersarii ut prætenditur latis & promulgatis ad cautelam & quatenus indigeant absoluendum. ipsosq; & eorum quemlibet cõmunioni fidelium participationis sacramẽtorum ecclesiasticorum ac sancte matris ecclesie unitati similiter ad cautelam & quatenus indigeant restituendos fore ac per uos absolui & restitui. ipsosq; & eorum quẽlibet sic ut præmittitur ad cautelam absolutos & restitutos publice denunciandos fore & per uos denũciari mandari. dictumq;. N. in expensis.

Petitio declarationis incursus penarum cõtentis in literis ob non solutionem pensionis.

PEtit procurator &c. declarari quendam. G. de. R. præpositum. O. ex et pro eo quia præfato domino Io. R. pensionem cc. florenorum auri Renensiũ sibi in & super dicta præpositura. O. apostolica auctoritate reseruatis soluere contumaciter recusauit & neglexit maioris excommunicationis aliasq; penas in literis apostolicis desuper confectis contentas censuras ecclesiasticas & penas damnabiliter incidisse & incurrisse declarandũ fore & ꝑ uos declarari ipsumq; tanq̃ publicum excommunicatum denunciandũ & publicãdũ ac ut talem ab omnibus Christi fidelibus artius euitari mandandum fore & ꝑ uos denunciari publicari & euitari mandari. ac in expensis in causa huiusmodi propterea legitime factis de expensis fiẽdis etc.

Petitio restitutionis ad appellandum a diffinitiua sententia.

PEtit procurator &c. declarari præfatum dominum. H. R. seu præfatũ suum procuratorem pro eo ad appellandum a quadam prætensa diffinitiua sententia per uenerabilem uirum dominũ. L. de. N. decanum. in. N. iudicem & commissarium de consensu partium deputatũ in causa huiusmodi quæ tunc coram eo in prima & nunc coram uobis in secunda uertitur instantia inter dictum dominum. H. R. & quendam. A. assertum clericum aduersarium de & super certis canonicatu & præbenda ecclesie. C. & illorum occasione pro dicto. A. & contra præfatum. H. R. ut prætenditur lata siue promulgata & appellationem huiusmodi prosequendum iuxta de super. R. p. d. A. de. G. coauditore uestro in cuius locum paternitas uestra surrogata est facti & præsentatã cõmissionem restituendũ fore & per uos restitui. dictumq;. A. in expensis &c.

Petitio ab instantia iudicii & est interlocutoria.

PEtit procurator &c. & declarari prefatum dominum. N. ab instantia iudicii per quendam. P. & ad eius instantiã contra eundem dominum. N. & eorum occasione instituti terminorumq; obseruationem absoluendum fore & ꝑ uos absolui dictumq;. P. in expensis.

Petitio canonizatoria collationis ordinarie pro possessore.

PEtit procurator &c. declarari collationes & prouisiões ipsi domino. N. per. R. p. d. N. Episcopum &c. seu eius in spiritualibus uicarium de canonicatu & præbẽda super quibus hic agitur nec non possessionis assecutionẽ sic ut præmittitur factas & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica &c dictosq; canonicatũ & ꝑbendã ad ꝑfatũ dominũ. N. spectasse &c. de iure illosq; sibi cũ omnibus iuribus &c. & per uos adiudicari ꝑfatosq;. A &. B. aduersarios in seu ad dictos canonicatum & præbendã nullum unq̃ ius cõpe

tiisse neque competere molestationes &c. ac de facto præsumptas & præsumpta ipsisq; N.&.N.aduersariis super ipsis ac canonicatu & præbenda prædictis perpetuũ silentium imponendum fore & per uos imponi necnon eundem dominum.N.ab impetitione dictorum.N.&.N, &c. absolui. ipsosq;.N.&. N, aduersarios in expensis &c,

Petitio nullitatis litterarum apostolicarum contra rem iudicatam concessarum & processus earundem prætextu habiti.

PEtit procurator &c.domini.P.&c. partis suæ p uos, R.p.&c.uestrãq; sententiam siue ordinationem pronunciari decerni & declarari prætensas literas apostolicas a fe.re.domino.N. Papa N.in fauorem cuiusdam.N.de.C. de & super reuocatione & cassatione trium sententiarum diffinitiuarum pro parte dicti.d. P.de & super ecclesia prædicta contra dictum.N.obtentarum extortas ex defectu intentionis ipsius cõcedentis prætensumq; processum ipsarum prætensarum litterarũ cõmissione pro dicto. N, aduersario extortarum prætextu habitum atq; factum fuisse & esse nullas & inualidas nullius roboris uel momẽti ac nullitatis uitio subiacuisse & subiacere, ipsosq; prætensos processum & literas quatenus de facto processerunt cum omnibus & singulis inde secutis reuocandũ cassandũ irritandũ &annullandũ fore & p uos reuocari cassari irritari & annullari,earundẽq; prætensarũ literarum prætextu tres diffinitiuas sententias p parte præfati domini.P.ut præmittitur obtentas minime reuocandas nec eorũ executione impediendam fore nec reuocari & impediri debuisse uel debere, necnon præfatum.N.aduersarium in expensis &c.

Petitio super surreptione commisfionis.

PEtit procurator &c.declarari quandam prætensam commisfionẽ cuiusdam prætensæ appellationis pro parte cuiusdam.N.a quadam diffinitiua sententia per uenerabiles uiros dominos iudices sedis.M.in quadam causa quæ corã eisdem inter honorabilem uirum dominũ. P.F.actorem ex una & dictum.N.assertum clericum aduersariũ de & super quadam perpetua &c.N.diocesis rebusq; aliis &c.in fauorem dicti domini.P.& contra dictum.N.illatis ut prætenditur interpositis ad ipsius Io.aduersarii instantiam uobis factam & præsentatam fuisse & esse surreptitiam nullamq; uobis illius prætextu fuisse & esse tributam iurisdictionem inhibitionẽq; uigore dictæ prætensæ commissionis p uos decretam & quæcunque inde secuta reuocanda cassanda & annullanda fore ac per uos cassari &c.immo uerius cassa nulla & irrita fuisse & esse &c, dictũq;.N, in expensis &c.

Petitio super nullitate sententiæ.

PEtit &c.declarari per, R.p.&c.in quadam causa quæ coram eo inter quendam. N, ex una & uenerabilem uirum dominum.A.de & super.N. & illi annexis canonicatu & præbenda rebusq; &c.partibus ex altera in prima uerti prætendebatur instantia male & nulliter fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum ipsiusq; domini.N. coauditoris uestri prætensos processus ac prætensam sententiam in fauorem dicti. N.aduersarii & contra præfatum dominum.A.ut prætenditur latam cum omnibus inde secutis fuisse & esse nullos nulliusq; roboris uel momenti nullitatisq; uitio subiacuisse & subiacere eamq; & eum ac omnia inde secuta quatenus de facto processerunt reuocandũ cassandũ &c.reuocandaq; &c. fore & per uos reuocari &c.dictũq;.N.in expẽsis &c.

Petitio super desertione.

PEtit procurator &c. declarari appellationem pro parte cuiusdã.N. in huiusmodi cã aduersarii a diffinitiua sententia per.R.p.d.Io.de.N. Episcopum.V.R.p.d.Archiepiscopi Coloniensi suffraganeum siue Vicarium in põtificabilibus generalẽ in cã &cãsis quæ corã eo uertebantur inter præfatum Ioa.ex una & dictam. G.de & super prætenso federe matrimoniali rebusq; &c.ex altera pro dicto Io.& contra dictam. G.lata ut prætenditur interpositam fuisse & esse desertam ac desertionis uitio subiacuisse & subiacere

dictamq; diffinitiuam sententiam in rem transiuisse iudicatam eamq; iuxta desuper uobis præsentatæ commissionis uim formã & tenorem exequendam & executionẽ demandandã literasq; executoriales & pcessus in forma solita desuper decernendas & concedendas præfatam.G.aduersariam in expensis in huiusmodi causa legitime factis de expensis fiendis damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condẽnandam fore & per uos exequi executione debite demandari decerni concedi & condemnari ac alias in de & super præmissis &c.

Præmissa &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio quod si qua reperiatur sententia lata pro parte aduersa nullas uires habeat ex eo quia pars eam edere uoluit neq; fateri eam pro se esse latam.

PEtit procurator &c.partis suæ uestro implorato benigno officio per uos.R.p.&c.uestramq; sententiam siue ordinationem &c. declarari q si qua prætensa sententia declaratoria prætensi incursus prætensæ excommunicationis sententiæ per.R.p.&c.occasione certarum hostiarum transformatarum contra ipsum dominum.N.&c.prædictum lata quomodo libet apparuerit nullas uires habeat nec aliquod ipsi.N.afferat nocumentum.

Præmissa omnia &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio super attemptatis.

PEtit procurator &c. declarari per quendam.T. aduersarium prætextu cuiusdam prætẽse institutionis per Reuerendissimum in Christo patrem & dominum dominum Io. Archiepiscopum.G.ut prætenditur sibi factæ ecclesiã parrochialem de.N.eiusq; possesionem apprehendendo intrando & decernendo ac fructus usurpando temere & de facto attemptasse & innouasse dictamq; possesionis apprehensionem & fructuum usurpationem sic ut præmittitur per dictum.T.psumptas quatenus de facto processerũt cassandas irritandas & annullandas fore & p uos cassari irritari & annullari.ipsumq;.T. ab ipsa ecclesia eiusq; detentione & occupatione tollendum & amouendum fore & per uos tolli & amoueri dictamq; ecclesiã & eius possesionem in & ad pristinum statum in quo ante huiumodi attentata & innouata fuerat restituendum & reducendũ fore ac per uos restitui & reduci eundemq; T.in fructibus ex dicta parrochiali ecclesia a tempore occupationis per eum attemptate necnon in expensis propterea coram uobis pro parte dicti domini. S. legitime factis de fructibus percipiendis & expensis faciendis damnis & interesse passis & sustinendis solemniter protestando condemnãdum fore & per uos condemnari. aliasq; in de & super omnibus & singulis &c.

Præmissa omnia & singula &c.
Saluo iure &c.
Et protestatur &c.

Petitio surreptionis & obreptionis commissionis ac nullitatis processuum desuper habitorum tam per primum auditorem quam per secundum.

PEtit procurator &c.declarari prætensam commisionẽ bo.me.domino.S.de.R.tunc auditori in cuius locum.p.v.surrogata existit pro parte cuiusdam Io.H.in quadam causa quæ tunc eidem quondam domino. S. auditori inter præfatum dominum Io. R.ex una & dictum Io.H.de & super perpetua capellania ad altare sanctæ trininitatis &c.N.diocesis committi prætenditur partibus ex altera præsentatam fuisse & esse nullam surreptitiam & obreptitiam eiusq; prætẽse cõmissionis prætextu nullam dicto quondã domino.S.de & super dicta capellania iurisdictionem unq̃ fuisse & esse attributam dictamq; prætensam commisionẽ & eius prætensum processum coram dicto quondam.d.S.& coram.P.V.ad instantiã dicti Ioan.H.ut prætenditur factũ fuisse & esse nullum nulliusq; roborisuel momenti. ipsumq; prætẽsum processum per uos quatenus de facto processit cassandum irritandum & annullandum fore ac per uos cassari irritari & annullari.dictumq; Io.H.in expensis propterea &c.

Petitio super attemptatis post appellationem interpositam.

PEtit procurator etc. declarari. R. P. coauditorem uestrum ad dicti. M. N. importunam instantiã decernẽdo prætensas literas executoriales expẽsas taxando, dictumq; do. S. prætensas penas & sententias maioris excommunicationis incidisse & incurisse declarando post appellationem ab eodem. d. A. coauditore uestro eiusq; prætensa sententia in quadam cã quæ coram eo inter dictum. d. S. ex una & dictũ dominum. M. N. assertũ clericũ de & super capella in. V. rebusq; alijs &c. & eorum occasione in prima uerti prætendebatur & nunc coram uobis in secunda uertitur instantiis in fauorem dicti. M. ut prætenditur lata ricte & legitime interpositã temere & de facto attemptasse dictãq; prætensarũ expẽsarũ taxationem literarum executorialium decretum & declaratoriam sententiam sic ut præmittitur per dictum. d. A. attemptatũ quatenus de facto processerunt cassandum &c. & annullari dictumq; d. S. prætensis sententiis & censuris in quas ꝑtenditur incidisse & incurrisse declaratũ minime fuisse & esse ligatũ & irretitum. ipsasq; prætensas sententias censuras & penas huiusmodi ac prætensam declaratoriã sententiam & inde secuta fuisse & esse nullas & irritas nulliusq; roboris uel momenti uicioq; nullitatis subiacuisse & subiacere dictumq; M. N. in expensis a tempore attemptatorum huiusmodi &c.

Saluo iure &c.

Petitio in possessorio cum petitione secundi fatalis ac canonizatoria gratie.

PEtit procurator &c. declarari gratiã expectatiuam apostolicam acceptationis & prouisionis necnon possessionis assecutionem peripsum dominũ. N. sic ut præmittitur factas fuisse & esse canonicas & canonica suumq; debitum debuisse & sortiri debere effectũ spoliationesq; eiectiones occupationes intrusiones & impedimenta ꝑ quendã. N. aduersariũ ut ꝑmittitur factas fuisse & esse temerarias illicitas indebitas iniquas & iniustas temerariaq; &c. ac de facto ꝑsumptas & præsumpta sibiq; R. aduersario illas & illa fecisse & facere minime licuisse. ꝑfatũq; R. aduersariũ ab occupatione & detentione dicte ecclesie tollendũ & amouendũ fore ac ꝑ uos restitui reintegrari & reponi necnon dictũ. R. in fructibus ex dicta ecclesia a tpe spoliatiõis hmõi citra ꝑceptis & q ꝑcipi potuerunt in expensis in hmõi cã tã corã dictis iudicibus & cõmissariis q̃ corã uobis ꝑ parte dicti. d. N. legitime factis de expensis fiẽdis dãnis & interesse sustinendis solẽniter ꝑstãdo condemnandũ fore & per uos condemnari ac alias in de & super præmissis &c.

Et qa. R. p. iuris statuit sanctio nemini in negligentiã esse imputãdũ cũ ꝑ eũ non stat quominus id q̃ expediri debeat expediatur reqrit igitur dictus ꝑcurator quo supra nomine omnibus melioribus mõ &c. & debet primo secũdo tertio ac instãter instãtius & instãtissime hmõi cãm in iustitia expedire ne sibi fatalia decurrant cũ ꝑ eũ nõ steterit neque stet quominus ipsa expediatur nec impedimentũ dedit neq; dat de qbus ꝑstatur expresse & in euentũ non expeditionis eiusdem petit sibi partiq; sue prædicte per. v. p. dari & concedi secundum fatale & desuper fieri publica instrumenta.

Saluo iure &c.

Petitur prima sententia reuocari ac præsentatio & institutio cum adiudicatione ecclesie canonizari pro possessore.

PEtit ꝑcurator &c. ut supra in reuocatoria sentẽtie &c. pariq; uestra diffinitiua sententia &c. declarari ꝑsentationẽ de ꝑsona dicti domini. M. ad dictã ecclesiã p. N. Reuerendũ in Xp̃o patrẽ & dominũ dominũ Ep̃m. C. seu eius uicariũ institutionẽq; p ip̃m dominũ Ep̃m seu eius uicariũ ut ꝑmittitur de ꝑsona ipsius domini. M. factas necnon possessionis assecutionem & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica suũq; debitũ &c. dictãq; ecclesiã ad præfatũ dominũ. M. spectasse &c. de iure illãq; sibi cũ omnibus & singulis iuribus & pertinentiis suis adiudicandum fore &c. adiudicari ꝑfatoq; N. in seu ad dictã parrochialẽ ecclesiã nullũ ius q̃ ius competiisse neq; competere. molestationesq; uexationes &c. impedimenta præfato domino. M. ꝑ dictũ. N. aduersarium de & sup dicta eccle sia & illius occasione ut

præmittitur factas & præstitas factaq; & p̄stita fuisse & esse temerarias illicitas &c. ac de facto præsumptas & præsumpta ipsiq; N. aduersario sup ipsis ac ecclesia parrochiali prædicta perpetuum silentium imponendum fore & per uos imponi. necnon eundem dominum. M. ab impetitione dicti. N. aduersarii absoluendum fore & absolui. ipsumq;. N. aduersarium in expensis in huiusmodi causa tam corā dicto domino. B. auditore q̄ uobis legitime factis de expensis fiendis &c.

Petitur canonizari gratia & alter possessor a detentione amoueri.

PEtit procurator &c. declarari gratiā &c. factā ac omnia inde secuta &c. canonica suūq; debitum &c. effectū dictamq; uicariam ad eundem dominum N. spectasse &c. de iure. eamq; sibi &c. adiudicandam fore & per uos adiudicari præfatis. A. &. B. aduersariis & eorum cuilibet in seu ad dictam &c. neque competere. dictumq;. A. alterum aduersariorum intrusum ab occupatione & detentione dicte uicarie iuriumq; &c. eiusdem tollendum & amouendum fore ac per uos tolli & amoueri præfatumq; dominum. N. in & ad corporalem realem & actualem possessionem dicte uicarie iuriumq; &c. eiusdem ponendum & inducendum fore & per uos poni & induci. molestationesq; &c. & singula impedimenta præfato domino. N. per dictos A. &. B. de & super dicta uicaria & ipsius occasione sic ut præmittitur coniunctim et diuisim factas & præstitas &c. præstita fuisse & esse temerarias &c. præsumpta. sibiq; super ipsis ac uicaria huiusmodi perpetuū silentium imponendum fore &c. imponi. necnon dictum. A. intrusum in fructibus ex dicta uicaria a tempore mote litis huiusmodi citra perceptis ac eundem. A. & supradictum. B. & eorum quemlibet in expensis in huiusmodi causa coram uobis legitime propterea factis de fiendis &c.

Præmissa &c.

Saluo iure &c.

SEQVVNTVR SENTENTIE.

Sententia diffinitiua in prima instantia.



CHristi nomine inuocato pro tribunali sedētes & solum deū præoculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis pronunciamus decernimus & declaramus mandatum apostolicum per Sanctissimum in Christo patrē & dominum nostrum dominum Sixtum diuina prouidentia Papam quartum honorabili uiro domino. B. clerico. N. diocesis de conferendo dicto. B. parrochialem ecclesiam. A. N. diocesis gratiose factum & collationem inde secutam fuisse & esse canonicum & canonicam suumq; debitum debuisse & debere sortiri effectum ac dictam parrochialem ecclesiam. A. præfato domiuo. B. fuisse & esse debitam illamq; sibi cum omnibus iuribus & pertinentiis suis uigore dicti mandati apostolici de conferendo eidem domino. B. adiudicandam fore & adiudicamus. necnon eidem. N. in hac causa aduersario in & ad eandem ecclesiam nullum unquam ius competiisse neq; competere ac eundem. N. ab huiusmodi parrochiali ecclesia iuriumq; pertinentiarum eiusdem occupatione & detentione tollendum & amouendum fore ac tolimus & amouemus. ipsumq; dominum. B. in & ad corporalem realem & actualem possessionem dicte parrochialis ecclesie iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem ponendum & inducendum fore ac ponimus & inducimus occupationesq; detentiones molestationes contradictiones intrusiones & impedimenta ipsi domino. B. per præfatum. N. de & super dicta parrochiali ecclesia & illius occasione quomodolibet factas & præstitas factaq; & præstita fuisse & esse temerarias illicitas indebitas iniquas & iniustas temeraria'que illicita indebita & iniusta ac de facto præsumptas & præsumpta illas'que & illa dicto domino minime licuisse neque licere ac propterea ipsi. N. in de & super illis

ac parrochiali ecclesia huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore & impo nimus necnon eundem. N. in fructibus ex dicta parrochiali ecclesia a tempore mote litis huiusmodi citra perceptis ac in expensis in huiusmodi causa pro parte dicti domini. B. coram nobis legitime factis condemnandum fore & condemnamus quarum taxationem uobis in posterum reserua mus.

Sententia diffinitiua in prima instantia super spolio lata.

CHristi nomine inuocato pro tribunali sedentes & solum deum præ oculis habētes per hanc nostrā diffinitiuam sententiam quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis pronuntiamus decernimus & declaramus in causa & causis corā nobis in prima instantia uertentibus inter præfatum dominum. H. actorem ex una & quendam. P. de &c. assertum clericū de & super certis canonicatu & præbenda ac spolio eorundem partibus ex altera spoliationes occupationes intrusiōes fructuūq; usurpationes per præfatum. P. factas fuisse & esse temerarias & indebitas necnon dictum. P. ab intrusione & occupatione dictorum canonicatus & præbende iuriumq; & pertinentiarum omnium eorundem tollendum & amouendum fore & tollimus & amouemus necnon præfatum dominū. H. in & ad corporalem realem & actualē possessionem dictorū canonicatus & præbēde iuriumq; &c. reponendum reintegrandum & restituendum fore ac reponimus reintegramus & restituimus oppositiones perturbationes molestationes uexationes inquietationes & impedimenta per p̄fatū. P. de & super dicto spolio & eius occasione præfatis. d. h. factas & illatas ac facta & illata fuisse & esse temerarias illicitas & iniquas indebitas & iniustas temerariaq; illicita iniqua indebita & iniusta necnon de et super illis ac spolio prædictis præfatis. p. perpetuum silentium imponendum fore & imponimus necnon dictum. P. in fructibus ex dictis canonicatu & præbenda a tempore intrusionis & spolii prædictorum perceptis ac in expensis propterea legitime factis cōdemnandum fore & condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterū reseruamus.

Sententia secunda confirmatoria prime.

CHristi nomine inuocato pro tribunali sedentes & solum deum præ oculis habentes de dominorum co auditorum nostrorum consilio pariter & assensu per hanc nostram diffinitiuam sentētiam quam in his scriptis ferimus pronunciamus decernimus & declaramus in causa & causis quæ alias coram. R. p. d. Io. de C. coauditore nostro in prima & nunc coram nobis in secunda uertuntur instantia inter præfatum. H. actorem ex una & quendam. P. de & super canonicatu & præbenda &c. rebusq; aliis in actis cause deductis & eorum occasione partibus ex altera per præfatum. R. P. coauditorem nostrum bene fuisse & esse processum sententiatum & diffinitum necnon pro parte dicti. P. ab eius ordinatione sententia & processu male fuisse & esse prouocatum & appellatum dictiq;. R. P. coauditoris nostri ordinationem sententiam ac processum confirmandum fore & confirmari debere prout & cōfirmamus necnon dictum. P. in fructibus ex dictis canonicatu & præbenda a tempore dicte late sententie citra perceptis ac in expensis propterea coram nobis legitime factis condemnandum fore & condemnamus, quarum quidem expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Sententia arbitralis siue laudum.

CHristi nomine inuocato. nos. N. & N. arbitri arbitratores siue amicabiles compositores per honorabiles dominos. A. &. B. in causa & causis quā ipse partes in sacro palacio causarum apostolico coram certo illius auditore occasione parrochialis ecclesie de. N. talis diocesis hinc inde mouent & intentant ac mouere intentare & prosequi uolunt et intendūt per dictas partes de communi consensu assumpti uolentes litem & controuersiam huiusmodi inter eosdem. A. dicte ecclesie possessorem & reum ac. B. actorem ad parcendum sumptibus & expensis partium pacificare concordare & modo amicabili componere apostolica benignitate auctoritate

& con-

& consensu in punctis & articulis infrascriptis semper saluis & quatenus. S. in Christo patri & domino domino Paulo diuina prouidentia Pape secundo placuerit & nõ alias in hanc qui sequitur modum siue amicabilem compositionem dicimus decernimus & amicabiliter arbitramur prædictũ dominum. A. possessorẽ in ipsa ecclesia de. N. remanere illamq; quoad uixerit uel q̃diu eidẽ placuerit retinere retinebit & manebit in eadẽ & ut dicto. B. qui pauper est de aliquo subuentionis auxilio prouideretur et si aliquod ius forsan in dicta ecclesia habuerit quod ut infra dicetur resignare tenetur eidem. B. super fructibus & prouẽtibus dicte ecclesie ducat. auri &c. x. boni auri & iusti ponderis singulis annis soluendos pro festo sancti. N. auctoritate apostolica pensionem annuam iuxta stilum cancellarie reseruari & constitui consentiat necnon gratiam expectatiuam in bona forma ad duas collationes & totidem beneficia similiter expensis dicti domini. A. possessoris expedire teneatur. quodq; ipse. B. propterea ius suũ si quod sibi in dicta ecclesia competiit aut competere poterit in fauorem dicti domini. A. in cancellaria apostolica cedere & resignare teneatur & postquam dicta gratia expectatiua per dictũ dominum. A. expedita fuerit quamprimum ipse. B. uigore gratie expectatiue huiusmodi aliquod beneficium pacifice assecutus fuerit ipsaq; gratia suũ sortiatur effectum per assecutionem beneficii huiusmodi aut aliunde dictus dominus. A. sibi tanti ualoris beneficium ordinauerit ex tunc prefatus. d. A ad pensionis ꝑfate solutionem minime teneatur nec aliquo modo sit astrictus Quæ omnia & singula uolumus arbitramur & amicabiliter laudamus & pronunciamus per dictas partes firmiter teneri & obseruari sub pena. ccc. ducat. camere apostolice pro medietate & pro altera medietate patri arbitramentum nostrum huiusmodi tenenti per patrem cõtrauenientem soluendorum. Cuius sententie nobis immo uerius sedi apostolice interpretationem ad unius anni spacium reseruamus.

Sententia declaratoria.

DE dominorũ coauditorum nostrorum consilio & assensu per hanc nostram sententiam siue ordinationem quam pro tribunali sedentes & solum deũ pre oculis habẽtes ferimus in his scriptis pronunciamus decernimus & declaramus quendam. N. assertum clericum aduersarium ob non paritionem literarum executorialium contra eum ad instantiã uenerabilis uiri domini. Io. de & super certis canonicatu & præbenda ecclesie. N. & illorũ occasione decretarum excõmunicationis ac alias sententias censuras & penas in ipsis literis executorialibus contentas incurisse illumq; excommunicatum publice denunciandum & ab omnibus Christi fidelibus euitandum fore ac denunciamus & euitare ac denunciamus & euitari mandamus literasq; declaratorias desuper oportunas decernendas fore & decernimus dictũ. N. in expensis in huiusmodi causa pro parte dicti domini Io. propterea legitime factis condemnandũ fore & cõdemnamus. Quarum expensarum taxationem nobis imposterum reseruamus.

Simili modo formantur omnes sententie secundum tenores earum petitionum.

SEQVVNTVR CEDVLE designationis expensarum.

Cedula taxationis expensarum.


EXpensis tam coram uobis. R. p. d. N. &c. sacri palatii apostolici causarum auditore in causa quæ coram uenerabilibus & circunspectis uiris dominis. A. in prima &. B. dicti palatii causarum auditoribus in secunda & nunc coram uobis inter honorabilem uirum dominum. H. canonicum &c. ex una & quendam. R. assertum clericum aduersarium de & super canonicatu & prebenda dicte ecclesie sancti. N. rebusq; aliis in actis latius designatis & illorum occasione partibus ex altera in tertia uertebatur instantia quam etiam. A. & B. auditoribus predictis respectiue facte ꝑ uos taxande sunt he infrascripte.

In prima instantia.
In secunda instantia.
In tertia instantia.

Pro processu.	x.	viii.	vi.
Pro aduocato.	xx.	xv.	x.

Pro pcuratore xv. xii.viii. du.dc cam.
Pro nota.& instrumento sententie.
viii. viii. viii.
Pro cursoribus & commissionibus.
iii. iii. ii.
Pro executoribus. iiii.


Alia cedula expensarum.

EXpense in huiusmodi causa.H.parrochialis ecclesie in.N. tam in partibus coram commissario.&officiali H.q̃.R.p.d.N.pro parte honorabilis uiri Io.&c.respectiue facte & per uos taxande sunt he.

In prima instantia in partibus coram cōmissario.
In secunda instantia coram officiali.
In terti a instantia coram.p.y.
Pro processu viii.
Pro processu vii.
Pro registro vii.
Pro aduocato viii.
Pro aduocato vi.
Pro copiis ii.
Pro procuratore xii.
Pro procuratore viii.
Pro procuratore viii.
Pro nota.& instrumento sententie. vi.
Pro nota. sententie ii.

SEQVVNTVR APPELlationes uarie.

Appellatio a non admissione in possessionem.



CVm appellationis remedium in subsidium oppressorum a canonum conditoribus sit adinuentum & non solum ab illatis uerum etiam inferēdis et inferri comminatis grauaminibus & iniuriis iura appellare permittant.hinc est ꝙ ego N.principalis principaliter &c.Coram uobis notario publico tanq̃ publica & autentica persona ac testibus hic præsentibus animo & intentione prouocandi & appellandi apostolosq; petendi & recipiendi dico et propono ꝙ licet alias Sanctissimus in Christo pater & dominus noster &c. mihi gratiam apostolicam ad collationem prouisionem &c.gratiose concesserit & gratiam fecerit special em uolens in eadem ꝙ omnibus ad dictam collationē expectantibus in assecutione canonicatus & præbende dicte ecclesie.N.per mortem deberem anteferri.Et quāq̃ nuper canonicatum & præbendam ecclesie.N. per mortem quondā B.eiusdem ecclesie dum uiueret canonici præbendati extra Romanam curiam &in partibus defuncti uacantem uigore dictæ gratie apostolice expectatiue cum protestatione solita acceptauerim necnon uenerabiles &circūspectos uiros. N.&N.debita cū instantia requisierim quatenus me ad possessionem dictorum canonicatus & præbēda sicut præmittitur uacantē auctoritate apostolica reciperent & admitterent.ipsi tamen domini.N.&. N.tanq̃ inobedientes filii me ad possessionem dictorum canonicatus & præbendē recipere & admittere recusarunt & denegarunt in animarum suarum periculum sedisq; apostolice contemptum ac meum ac iuris mei præiudicium & grauamen.immo quod deterius est grauamen grauamini adiicientes quēdam. C: cui in dictis canonicatu & præbenda penitus nullum competiit neq; competit ius in dictis canonicatu &præbenda intruserunt fructus redditus & prouentus sibi ministrari mandando ipseq;.N.intrusionem huiusmodi sic ut præmittitur sibi factam ratam & gratam habuit prout habet de præsenti præfatiq; domini.N.&.N.ac.N.intrusus se gratie acceptationi & prouisioni apostolicis indebite opposuerunt & opponunt feceruntq; & faciunt quominus gratia acceptatio & prouisio huiusmodi ac inde secuta debitum consequantur effectum neque ego possessionem pacificam dictorum canonicatus & præbende apprehendere possum neq; ualeo.Sentiens igitur me ex præmissis omnibus & singulis in iure meo multipliciter lesum &grauatum timensq; imposterum occasione premissorum fortius ledi & grauari posse a non admissione necnon intrusione & oppositione omnibus aliis & singulis &c.

Appellatio amonitione de dimittendo possessionem.

CVm appellatiōis remedium &c.dico & propono ꝙ licet uirtute gratie expectatiue mihi per Sanctissi-

mum &c. facte & processuum inde secutorum parrochialem ecclesiam. N. per obitum quondam. B. ultimi ipsius ecclesie. N. dum uixit rectoris & possessoris extra Roma. cur. & in partibus defuncti uacantem infra tempus debitum acceptauerim & mihi de eadem prouideri obtinuerim ac corporalem realem & actualē possessionem eiusdem canonice adeptus fuerim palam ac publice ac ad me & nullum alium huiusmodi parrochialis ecclesia pertinuerit atq; pertinet quidam tamen. S. assertus clericus uigore quorundam prætensorum processuum per. R. P. &c. ut dicitur decretorum & emanatorum quatenus infra sex dierum spatium possessionem dicte parrochialis ecclesie uacuam liberā & expeditam dimitterem & euacuarem sub penis & censuris ac sententiis in dictis prætensis processibus contentis moneri & requiri me fecit, licet nec dictus. R. P. nec ad eius instant ꝗ hoc fecit aliquam ualidam & efficacem habuerint facultatem & potestatem præmissa faciendi in graue præiudicium & damnum iniuriam atq; obrobriū necnon sentiens igitur &c.

Appellatio a spoliatione beneficii.

CVm appellationis remedium &c. animo & intentione prouocandi et appellandi &c. dico ꝙ quāq̄ ego q̄dam meam uicariam ad altare. N. sitam in ecclesia. N. realem & corporalem eiusdem uicarie iuriumq; & pertinentiarum ipsius possessionem uel quasi ex causa permutationis & per actualem honorabiliū dominorum decani & capituli ecclesie prædicte admissionem & iustificationem præmissas p plures dies & menses pacifice præter id & absq; eo ꝙ unq̄ a quoq̄ sup eadē uicaria in iudicio tractus seu desuper impetitus aut conuictus fuerim possederim & possideam de præsenti infradicendis semper saluis. nihilominus tamē quidam domini. N. & N. &c. eiusdem ecclesie canonici capitulares decem diebus prout ad meam deuenit notitiam nondum elapsis quendam. N. clericum ex eorum talibus qualibus affectioni s & practica sinistra mihi in mea uicaria prædicta nulliter & de facto ac quātum in ipsis erat intrusum dederunt ipsum certo modo & forma atque de facto admittendo non attendentes uel forsitan se ignorare simulantes pro eo ꝙ duo eandem rem eodem modo insolidum possidere non possunt &c. me. N. uicarium prænominatum per præmissa contra deum & omnem iustitiam de facto grauando iniuriasq; non modicas mihi atrogādo. a quibusquidem grauaminibus & iniuriis mihi sic ut præmittitur illatis & quolibet eorundem necnon a quolibet futuro grauamine quod mihi inde euenerit aut euenire poterit ad Sanctissimum &c.

Appellatio a repositione.

LIcet. R. p. friuolis appellationibus non sit deferendum prout nec etiam iura deferunt, nihilominus ad importunā instantiā partis aduerse prout a tribus diebus citra ad meam peruenit notitiā Ia. aduersarium siue eius prætensum procuratorem de & super quadam prætensa appellatione friuola pro eius parte ut prætendebatur interposita ut dicitur reposuistis siue detulistis licet indebite & iniuste & alias nulliter, sentiens igitur me per dictam prætensam repositionem grauatum timensq; in futurum plus grauari posse ab eadē parte sua a repositione & toto uestro prætenso processu ad Sanctissimum dominum nostrum dominum. P. diuina prouidentia papam. N. eiusq; sedem apostolicam in his scriptis prouoco & appello & apostolos primo secundo & tertio ac instanter instantius & instantissime mihi dari peto.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Appellatio a diffinitiua reuocata dilatione.

LIcet. R. p. in hac causa. N. præbenda date & ad probandum admisse fuissent nonnulle materie articulate & testes desuper producti recepti & iurati pro parte uenerabilis uiri domini. A. canonici ecclesie. N. dilatioq; ad ꝓbādū hmōi materias data adhuc pendet & terminus ad examinandum ipsos testes duraret

& propterea dilatione huiusmodi pendente nihil debuisset neqȝ potuisset de iure ꝑ paternitatem uestram reuerendam innouari. & præsertim in præiudicium ipsius dilationis pendentis & partis cui ipsa dilatio assignata erat nihilominus asseritur ꝙ ipsa dilatione pendente termino prædicto durante præfata reuerenda paternitas uestra potius de facto quàm de iure procedens ad instantiam prouidi uiri magistri Io. ex aduerso principalis dictam dilationem reuocauit & testes saltem tacite examinari ꝓhibuit ac in causa huiusmodi in fauorem ipsius Io. & contra præfatum dominum. A. & Ia. respectiue diffinitiuam sententiam promulgauit licet nulliter uel saltem indebite et iniuste. quapropter procurator & eo nomine pro parte præfati domini. A. prædicti partis sue sentientēs se & partem suam præfatam ex reuocatione & repulsione examinationis testium prætensaqȝ sententia prædicta enormiter grauatos & lesos time atqȝ in futurum posse enormius grauari & ledi ideo uestra reuerentia iureqȝ dicēdi de nullitate tam dicte prætense sententie quàm reuocationis & repulsionis prætensi processus prædictorum semper saluis a uobis totiusqȝ dicte prætense reuocationis non admissione & sentētia diffinitiua aliisqȝ grauaminibus ex actis cause huiusmodi colligibilibus tanquam indebita & iniusta indebiteqȝ & iniuste lata & facta ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum dominum. P. diuina prouidentia Papam. N. eiusqȝ sanctam sedem apostolicā in his scriptis prouocat & appellat apostolos primo secundo tertio sepe sepius sepissime ac instanter instantius & instantissime sibi nomine quo supra dari & concedi petit.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Appellatio ab ulteriori processu.

Licet. R. p. quædam prætensa cōmissio uobis super certis canonicatu & ꝑbenda ecclesie beate Marie. N. & eorum in ea si one ad instantiam cuiusdā Ioh. & contra honorabilem uirum dominum Io. ut dicitur facta & præsentata fuerit sit nulla surrepticia & obrepticia ac contra eā pro huiusmodi nullitatis surreptionis & obreptionis declaratione nonnulle pertinentes releuantes & admissibiles exceptiones fuerint oblate. quibus non admisis aut etiā non discussis in causa ipsa uigore prætense commissionis minime procedi potuerit seu debuerit prout nec potest seu debet. nihilominus paternitas uestra premissis minime consideratis d ctisqȝ exceptionibus minime admissis sed penitus spretis ad ulteriores actus dicte pretense commission s prætextu processisse & procedi mandasse & decreuisse inuenitur se iudicem competentem tacite pronunciando & ad ulteriora procedēdo licet nulliter & de facto ac in dicti Ioh. fauorē inordinatum præfatiqȝ domini Ia. grauamen non modicum & iacturam. idcirco procurator præfati domini Ia. & eo nomine sentiens eundem dominum Ia. ex præmisis & propterea multipliciter fore grauatum & lesum timeatqȝ in futurū fortius ledi posse. ideo uestra reuerentia iureqȝ dicendi de nullitate omnium & singulorū per uos in huiusmodi causa post dictarum exceptionum oblationem factorum & habitorum semper saluis a uobis domino. B. R. palatii apostolici causarum auditore dictisqȝ non admisione exceptionum & earū repulsione competentisqȝ iudicis tacita pronunciatione ac a toto uestro prætenso processu tanquam iniquis & iniustis inique & iniuste factis ad Sanctissimum dominum nostrum domiuum. P. Papam secundum sanctamqȝ sedem apostolicam in his scriptis prouocat & appellat appellationi nuper interposite non rennnciando sed eidem potius adherendo apostolos primo secundo tert o sepe sepius instanter instantius instantissime tam super presenti quam nuper interposita prædicta appellatione sibi nomine quo supra dari & concedi petit.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Appellatio a repositione.

Licet. R. p. friuolis appellationibus non sit deferēdum prout nec iura deferunt. nihilominus uos. R. p. ad importunam instantiam partis aduerse partē ipsam friuole appellantem ut asseritur reposuistis licet nulliter & de facto ac indebite & iniuste. sentiens igitur procurator & eo nomine præfati domini Io. partis sue pro

pterea se grauatum timensq; in futurum plus grauari posse a dicta prætensa reposi/tione & toto uestro prætenso processu ad Sanctissimum dominum nostrum dominũ P. diuina prouidentia Papam secundum eiusq; sedem apostolicam in his scriptis p uocat & appellat & apostolos primo secun do tertio & instanter instantius & instantis sime sibi dari petit.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Appellatio ad diffinitiua lata in prima instantia.

A Quadam diffinitiua sententia p uos. R. p. & dominum. N. audito rem in causa ut prætendebatur co ram uobis in prima instantia uertente in/ter uenerabilem uirum dominum. P. defen sorem ex una & quendam. B. assertum cle r cum actorem de & super parrochiali prio ratus uulgariter nuncupata sancti Iu. N. diocesis & eius occasione partibus ex alte ra in fauorem dicti. B. & contra dictum. d. P. ut prætenditur lata tanquam iniquã & iniusta uestri honore & reuerentia saluis ac a toto uestro pretenso processu eius nullita/te salua. procurator & eo nomine præfati domini. P. sentiens se & partem suam pro/pterea grauatũ timensq; plus in futurum grauari posse ad sanctissimum dominum nostrum dominum. P. diuina prouidentia Papam. N. eiusq; sedem apostolicam in his scriptis prouocat & appellat ac aposto/los primo secundo tertio ac instanter instã/tius & instantissime sibi dari petit.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Appellatio ab obseruatione terminorum facta appellatione pendente.

REuerende pater licet pendente ap pellatione officium iudicis conqe scat fueritq; alias pro parte. N. a uestro prætenso processu in hac causa ha/b to aliisq; grauaminibus tunc expresis ri/te & legitime prouocatum & appellatum uosq; parti appellanti terminum iuris ad recipiendũ apostolos super huiusmodi sua appellatione assignaueritis quo termino p uos statuto & de apostolis non responso pẽ dente partem in hac causa aduersam ad terminum ad libellandum obseruationem minime admisisse neq; ad eius importunã instantiam procuratorem siue sindicum eo rundem dominorum ad respondendum ei dem prætenso libello litemq; desuper con/testandum nullatenus citari mandasse nec ad aliquos actus iudiciales processisse sed ab omni ulteriori processu merito abstinuis se debuissetis prout id de iure fuisset & es/set faciendũ nihilominus uos. R. P. appel latione prædicta pendente ac grauamini/bus in eadem expresis minime discussis ne que apostolis desuper datis adulteriora pro cessisse procuratoremq; siue sindicum di/ctorum dominorum. N. ad libellandum & prætenso libello respondendum citari mã/dasse & partem aduersam ad terminorum huiusmodi obseruationem admisisse ac a/lias ipsos dominos. N. multipliciter lesisse & grauasse dicemini licet nulliter ut spera tur & de facto, uestris honore & reuerentia ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens procurator siue sindicus di ctorum dominorum. N. & eo nomine se & partes suas propter prædicta graua/tos timensque in posterum plus graua/ri posse idcirco non recedendo ab appella tione interposita sed illi inherendo istamq; per illam & illam per istam fortificando a uobis uestroq; auditorio dictisq; prætensis citatione & admissione terminorumq; ob seruationes ad seruandum admissionem to toq; uestro prætenso processu desuper per uos quomodolibet habito atq; facto aliisq; grauaminibus ex actis quomodolibet colli gibilibus coniunctum & diuisim ad sanctis simum in Christo patrem &c. in his scri/ptis prouocat & appellat apostolos &c. da ri petit nec tamen a priori appellatione per hoc recedendo sed ei firmiter inherẽdo de quo protestatur & desuper fieri petit instru menta &c.

Appellatio a denegatione dictorum testiũ publicatione cõclusione et sententia.

LIcet. R. P. petitum in causa huius/modi postulatis pro parte domini. M. prætensarum ex aduerso ut præ/tenditur factarum attestationum prætenso rumq; testium publicatione prout iuris or/do stiliq; equitas persuadet & dicta fecisse

términumq; ad dicendum contra prætensam attemptationem testes'q; prætensos & eorum prætensa dicta procuratoris eiusdē domini. M. prout instanter petiit ei statuisse debuissetis & ipsum in suis iuribus rationibus & defensionibus audiuisse & ipsum ad defendendum partem suam admisisse & a prætensa commissione & in prætenso principali negocio pronunciationis merito abstinuisse & supersedisse uos nihilominus secus agendo petitam prætensarum attestationum publicationem denegasse terminūq; ad dicendum contra prout petitum extitit & postulatum statuere præfigere & assignare etiam denegasse & quod est amplius præmissis non obstantibus in causa conclusisse ac prætensam diffinitiuam sententiam super canonicatu & præbenda. N. ecclesie ꝑ quodam. N. & contra ipsum. M. adiudicatoriam cum fructuum & expensarū condēnatione promulgasse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore & reuerentia & præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator & eo nomine præfati domini. M. partis sue se dictamq; partē suam per præmissa multipliciter lesos & grauatos timensq; plus ledi posse & grauari idcirco a uobis dictisq; prætensis publicatione terminiq; ad dicendum contra præfixione denegatione prætensaq; commissione & diffinitiua sententia huiusmodi cum inde secutis totoq; uestro prætenso processu de super quomodolibet habito atq; facto omnibus aliis & singulis grauaminibus ex præmissis & actis causa quomodolibet colligibilibus tam cō iunctim q̄ diuisim ad Sanctissimū in Christo patrem &c. apostolos tales quales &c.

Appellatio a denegatione resolutionis monitorii & non admissione materiarum pertinentiarum datarum.

LIcet. R. p. pro parte honorabilis uiri domini. A. date sint cause & rationes quare prætensum monitoriū in causa huiusmodi per. p. v. ad importunam partis aduerse instantiam ut dicitur decretum in uim simplicis ueniat citationis resoluendum & uia regia procedendum & prætenso huiusmodi monitorio per. A. non parendum debuissetisq; propterea ipsum ꝑ tensum monitorium prout id petitum extitit in uim citationis resoluisse & ipsum dominum. A. seu eius legitimum procuratorem in suis iuribus rationibus exceptione & defensione audiuisse uiaq'; regia procedi mādasse prout id de iure faciendum fuisset. uos nihilominus causis & rationibus & aliis de iure attendendis minime pensatis resolutionem huiusmodi facere designasse saltem tacite & recusasse & causas & rationes similiter tacite reiecisse & repulisse & ꝙ est amplius grauamen addendo grauamini eundem. A. causis & rationibus prædictis indiscussis ad docendum se paruisse ꝑ tenso huiusmodi monitorio primo & pro prima dilatione dicendum'q; contra prætēsos articulos ex aduerso ut prætenditur datos huiusmodi non resoluto monitorio & ipsi. A. contra stimulum prætense excommunicationis in prætenso monitorio ut dicitur contente non prouiso citasse seu citari mandasse ei'q; defensionem quæ est iuris naturalis per indirectū denegasse aliasq; ipsum multipliciter lesisse & grauasse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore & reuerentia ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator & eo nomine dicti domini. A. se partem'q; suam prædictam per præmissa multipliciter lesos & grauatos timēs'q; in posterum plus ledi posse & grauari. idcirco a uobis dictarumq; causarum ratione reiectione resolutionis prætensi monitorii denegatione citationis & mandati defensiōis denegatione totoq; prætenso uestro processu eius nullitate salua desuper quomodolibet habito & facto omnibusq; aliis & singulis grauaminibus ex præmissis & actis cause quomodolibet colligibilibus tam coniunctim q̄ diuisim ad sanctissimū in Christo &c. apostolosq; &c.

Appellatio ab admissione materiarum obiectiuarum & receptione testium.

LIcet Reuerende pater prætense & ex aduerso somniate materie articulate ultimo in hac causa ut prætenditur date & producte sint inadmissibiles improbabiles & ad probandum minime admittende ex & pro eo quia cum ipsa mate

ria sit mere obiectiua post terminum ad articulandum & extra terminum peremptorium data nequaq̄ uenit admittenda nec prætensi testes desuper recipiendi & potissime super materia consuetudinis dispensandi cum illegitimis in quo. T. principali in supplementum probationis iuramentum per uos iudicialiter delatum est parte non reclamante sed consentiente & ideo super materia cōtraria ne ipse. T. redarguatur de periurio nullatenus uenit pars aduersa audienda debuissetisq; propterea tempus ad probandum minime admisisse nec prætensos testes desuper recepisse & examinari mādasse uos nihilominus secus agendo dictas prætensas materias obiectiuas & positiones contrarias ad probandum admisisse prætēsosq; testes desuper recepisse & examinari mandasse aliasq; ipsum. T. principalē multipliciter lesisse & grauasse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore & reuerentia ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator & eo nomine dicti domini. T. partis sue se dictamq; partem suam per præmissa multipliciter lesum & grauatum timensq; plus ledi posse & grauari idcirco a uobis dictarumq; prætensarum materiarū prætensa admissione ac prætensorum testium receptione citatione & mandato totoq; uestro prætenso processu desuper quomodolibet habito atq; facto omnibusq; aliis & singulis grauaminibus ex actis cause huiusmodi quomodolibet colligibilibus tā coniunctim q̄ diuisim ad sanctissimum &c.

Appellatio & reiectione exceptionis & processu iudicis super prætensa iurisdictione eiusdem.

LIcet. R. p. pro parte honeste mulieris. B. nonnulle exceptionis & ptinentes admissibiles & probate releuates & per quas clare ostenditur nullam uobis in causa huiusmodi iurisdictionem competere debuissetisq; propterea easdem exceptione ueluti releuantes prout petitum extitit ad probandum admisisse & eis obstantibus in cā huiusmodi nullatenus processisse sed ab omni ulteriori processu penitus abstinuisse prout id de iure fuisset faciendum uos nihilominus exceptione ista saltem tacite repulisse uosq; iudicem competentem par. formiter pronunciasse & quod est amplius. B. aut eius procuratorem in q̄ seu quem nullam penitus iurisdictionem ordinariam uel delegatā habuistis aut habetis ad docendum se paruisse quibusdam prætensis literis executorialibus primo secundo tertio ut prætenditur per dictum Io. de coca taliter qualiter decretis & concessis & partem aduersam ad illorum terminorum obseruationem admisisse aliasq; ipsam dominam. B. multipliciter grauasse & lesisse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore & reuerentia semper saluis. Sentiens igitur procurator & eo nomine dicte domine. B. &c. idcirco a dictis prætensis repulsione pronunciatione citatione terminorum obseruatione & ad obseruandum admissione totoq; uestro prætenso processu desuper quomodolibet ad partis aduerse instantiā habito atq; facto omnibusq; aliis & singulis grauaminibus ex præmissis & actis cause quomodolbiet colligibilibus tam coniunctim &c.

Appellatio a decreto remissionis.

LIcet. R. P. remissio nequaq̄ sit danda pro articulis nisi pertinentes fuerint & probati releuantes nec etiam articulis iam datis per iuramentum contrarii recipiendi sint & ad probandum admittendi sed potius repellendi debuissetisq; ꝓpterea prætensos positiones & articulos in causa huiusmodi nouissime datos tanq̄ in prima instātia datis positiōibus & articulis per iuramentum contrarios & repugnantes & super quibus prætensi testes exaduerso sunt examinati & quibus iuris communis resistit dispositio nequaq̄ extra curiam ad probandum admisisse nec remissionem desuper decreuisse prout nec de iure fuerat faciendū uos nihilominus secus agēdo eosdem prætenses positiones & articulos pertinentes & releuantes saltē tacite ꝓnunciando eosdē extra R o. cu. ad probandum admisisse prætensamq; remissionem desuper ad partis aduerse importunam instantiam decreuisse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore & reuerentia

ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator &c. ledi & grauari idcirco a uobis dictisq́ʒ prætensis admissione pronunciatione & decreto totoq́ʒ prætenso uestro processu desup &c.

Appellatio a reiectione exceptionum contra libellum datarum & compulsione ad respondendum eidem & contestatione litis ac præfixione termini ad articulandum ad.xv.

Licet. R. P. sine actione experiri uolens & nullam penitus actionem seu ius agendi habens nequaquam ueniat in iudicio audiendus licet etiam iuris sit explorati ꝙ iniuriarū actio in tribus casibus ex.l.cor. descendentibus & alia q̄libet iniuriarum actio siue petitoria sit siue ciuilis si actor per annum continuum tacuerit nec iniuriarum egerit prætensam iniuriam & ius suum indulsisse & remisisse censeatur atque contumeliam & per consequens anno continuo elapso omnis actio huiusmodi & ius exinde agendi omnisq́ʒ ciuilis obligatio perimatur & ipso iure tollatur & aboleatur & infra annum non agens neque petens pactum de non petendo uel non agendo censeatur fecisse nec possit in uim pacti extincta iniuriarum actio & perempta anno continuo resuscitari nec renasci neqʒ super sic extincta iniuriarum actione agens etiam in uim pacti expressi etiam de uoluntate & consensu aduersarii aliquis posset seu deberet audiri cum non ex pacto sed ex contumelia iniuriarum actio nascatur & capiat exordium & idcirco quendam. G. de. R. in causa huiusmodi aduersariū super ꝑtensis iniuriis super quibus infra annum cōtinuum a tempore quo sibi easdem illatas & irrogatas prætendit non egit &c. expertus est neque desuper lis est contestata infra annum nunc post annum continuum lapsum agere & ex unc tam ipsoq́ʒ iure peremptam resuscitare contra iuris & communem doctorum sententiam conantem non debuissetis de iure super eisdem prætensis iniuriis cum his quæ inde secuta prætēdit aduersarius prætensi damnis aliquatenus audiuisse neque exceptiones reorum super hoc uerbo & in scriptis propositas repulisse nec procuratorem siue sindicum reorum ad contestandum litem super prætenso libello prætensarum iniuriarum siue cōfictorum damnorum metu excommunicationis compulisse nec aliquam excommunicationis penam comminatus fuisse sed ipsi aduersario super prætensis iniuriis & dānis huiusmodi nullam penitus audientiam habuisse. sed ab agendo repulisse actionēq́ʒ extinctam abolitam & peremptā pronunciasse & desuper in principali ad ulteriora nullatenus processisse seu procedi mandasse & pro parte reorum datas except ōes uerbo & in scriptis ueluti legitimas & in iure fundatas pertinentesq́ʒ & releuantes saltē tacite repulisse & ad importunam ipsius. G. instantiā procuratorem siue sindicū dominorum decani & capituli. T. reorum ad respondendum prætenso libello super prætensis iniuriis & damnis contra ipsos & ꝑ parte. G. oblato litemq́ʒ desuper contestandum metu excommunicationis compulisse exceptiones tam uerbo quam in scriptis propositas datas & oblatas repulisse & partem aduersam ad litis contestationem ad misisse & ad eius importunam instantiam eidem sindico siue procuratori terminū ad articulandum ad.xv.diē statuisse & præfixisse & ipsi. G. super prætensa actione mortua abolita extincta & perempta & penitus de medio sublata actionem siue ius agendi competere saltem tacite pronunciasse & in causa ad ulteriora procedēdum fore decreuisse & mandasse aliasue ipsum sindicum siue procuratorem reorū & ipsos reos multipliciter in præmissis & circa ea grauasse dicemini licet nulliter &c. saluis. sentiens igitur procurator siue sindicus dictorū. N. &c. ledi posse & grauari idcirco a uobis dictisq́ʒ prætensis comminatione compulsione responsione ad agendum admissione audientia concessione litis contestatione exceptionum repulsione præfixione resuscitatione pronunciatione & mandatis totoq́ʒ uestro prætenso processu desuper &c.

Appellatio ab obseruatione terminorum dilatione pendente.

Licet. R. p. appellatione & dilatione ad dandum & recipiendum apostolos pendente officium iudicis conquiescat & appellationibus friuolis nec

ius

ius deferat nec sit a iudice deferendum. & propterea cum interiecta pro parte dominorum decani & capituli ecclesie. T. ultimo appellatio terminiq; ad recipiendum apostolos adhuc pendeat nõ debuisset. R. p.d. A. in locum uestrum tempore absentie uestre auditor surrogatus ad ulteriora in causa huiusmodi ad partis aduerse importunam instantiam processisse nec procedi mandasse cum sua dormitaret iurisdictio & conquiesceret officium. ipse nihilominus præmissis & aliis de iure attendendis minime consideratis huiusmodi pendente dilatione & termino ad dandum & recipiendum apostolos procurator siue sindicus dictorum dominorum decani & capituli ad declarandum in causa huiusmodi ad partis aduerse importunam instantiam citari mandasse dicitur & fecisse licet nulliter ut speratur & de facto ipsius ac uestris honore & reuerentia semper saluis. sentiens igitur procurator &c. posse ledi & grauari. idcirco non recedendo ab appellationibus alias pro parte sua interiectis sed eas quatenus pro parte sua & contra partem aduersam faciant siue facere uideantur & non alias aliter neq; alio modo repetendo & eis inherendo ac illam per istas & istas per illam fortificando a uobis dictaq; prætensa citatione ac mandato ac toto uestro prætẽso processu &c.

Appellatio ab admissione illius de cuius mandato seu interesse non constitit.

LIcet. R. p. iure sit exploratum ꝙ nemo in iudicio procuratorio & alieno nomine ad agẽdũ & defendendũ & ad terminorum obseruationem aut alias agendum & defendendum nisi prius & ante omnia de sui principalis mandato legitimo & sufficienti aut eius interesse constiterit aliquo modo ueniat admittendus. & ꝓpterea cum de interesse aut sindicatu seu sufficienti mãdato cuiusdam domini. A. in causa huiusmodi nullatenus constet ipsum non debuissetis aliquo nomine interueniẽte ad agendum uel deferendum in eadem admisisse ad eius instantiam dominum Ia. decanum &c. in causa huiusmodi principalem seu eius legitimum procuratorem ad procedendum in causa & causis huiusmodi primo secundo tertio citari mãdasse nec aliquatenus contumacem reputasse prout nec de iure id fuisset faciendum. uos nihilominus secus agendo eundem dominum Ia. seu eius legitimum procuratorem ad ꝓcedendum procediq; uidendum in causa & causis huiusmodi prout de iure primo & secundo ad cuiusdam. A. importunam instantiam citari mandasse & fecisse & ipsum dominum Ia. in primo ac etiam secũdo ut dicitur prætensis terminis huiusmodi contumacem reputasse & ad idem tertio citari mandasse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris &c. sentiens &c. ledi posse & grauari. idcirco a dicta prætensa citatione & mandato admissione & reputatione totoq; uestro prætenso processu desuper quomodolibet habitis &c.

Appellatio a reiectione articulorum pertinentium & denegatione apostolorũ & diffinitiua sententia.

LIcet. R. p. pro parte Reuerendi patris &c. necnon ecclesie & capituli. N. tam coniunctim ꝙ diuisim dati sint & fuerint coram uobis nonnulli positiones & articuli alieq; materie articulare pertinentes ac probati seu probate releuantes & super eorum earumq; admissione debita coram uobis facta instantia & diligentia debuissetis propterea eosdem easdemq; prout id petitum extitit & postulatum ad probandum admisisse & seu saltem eorum procuratorem siue sindicum a denegatione admissione in scriptis appellanti super appellatione sua huiusmodi respondisse & apostolos de iure debitos tradidisse & assignasse uos nihilominus secus agendo articulos & materias articulatas huiusmodi saltem tacite repulisse & super appellatione huiusmodi respondere & apostolos tradere denegasse & recusasse & quod est grauius in causa huiusmodi conclusisse & in ea post appellationem huiusmodi ulterius processisse uestramq; prætensam diffinitiuam sententiam in eadem pro ipso domino. G. asserto præsbitero & in eius seu asserte sue præpositure fauorem & contra dictum dominum Episcopum decanum &c. coniunctim seu diuisim protulisse & promulgasse in causa huiusmodi dicemini licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore & reuerentia & præmissorum omnium nullitate semper

saluis Sentiēs igitur procurator siue sindicus & eorum nomine dictorum &c. partes suas super præmisis multipliciter lesos & grauatos timensq; plus ledi posse & grauari idcirco dicte prætense sententie quam ex causis prædictis nullam dicit nullitate salua & si sit aliqua iniustam & iniquam a uobis dictisq; articulorum & materiarum articulatarum non admissione denegatione tacitaq; repulsione prætensa conclusione a dicta uestra prætensa sententia hmōi aliisq; omnibus & singulis grauaminibus ex præmisis & actis cause quomodolibet colligibilibus tam coniunctim q̄ diuisim totoq; uestro prætenso processu desuper per uos aut alium quempiam quomodolibet habito atq; facto ad sanctissimum etc.

Appellatio quando auditor camere nititur procedere in actione reali extimata ultra ualorem. xv. florenorum summarie sine terminorum substantialium obseruatione ac strepitu & figura iudicii.

Licet. R. p. tam de iure q̄ de usu more & obseruantia & consuetudine legitime præscriptis ac a tanto tempore & per tantum tempus cuius inicii siue contrarii hominum memoria non existit inuolabiliter & inconcusse obseruatum usitatū tentum & practicatum in causis prophanis siue actionibus realibus uel personalibus ultra ualorem. xv. florenorum auri de camera extimatis & illum ualorē excedentibus processum fuerit ac solitū erat & sit cum ipsarum causarum ad longum cognitione ac cum strepitu & figura iudicii ac terminorū substantialium in talibus seruari solitorum obseruatione procedi & propterea cum equus cuius occasione siue super quo in p̄senti causa contenditur fuerit & sit longe p partem aduersam ultra ualorē. xv. florenorum prædictorū immo ad centū florenorū auri de camera extimatus & ipse equū ad eius extimationē uidelicet centū ducatorū boni auri & iusti ponderis petere & desup experiri uideatur & propterea in causa huiusmodi licet in forma & figura iudicii procedi libellusq; prout id petitum extitit offerri in causa ipsa debuisset nec aliquis desuper summarius processus seruari neque testes lite non contestata recipi fuisse & examinari mandasse hoc tamen non obstāte uos. R. pater domine auditor nonnullas positiones & articulos ad partis aduerse importunam instantiam recepisse & ad probādum admisisse testesq; desuper recepisse & examinari mandasse necnon iuri communi stilo & curie uestre obseruantie consonā domini. V. de. V. petitionem & requisitionem reiecisse & repulisse & in causa huiusmodi summarie ac sine libelli oblatione litisq; contestatione & aliis iuris substantialibus procedi saltem tacite pronunciasse & mandasse & ipsum reum multipliciter lesisse & grauasse dicemini licet nulliter ut speratur & de facto. uestris honore & reuerentia & præmissorum omnium nullitate semper saluis unde procurator & eo nomine præfati domini. V. partis sue sentiens se partemq; suam prædictā in præmisis multipliciter lesum & grauatum timensq; in futurum per uos plus ledi posse & grauari a uobis domino auditore dictorūq; prætensorum articulorum receptione citatione testiumq; admissione terminorum substantialium & litis contestatione ac alias de modo stilo & consuetudine seruari solitis omissione petitioneq; & protestatione reiectione p nunciatione totoq; uestro prætenso processu. coram uobis quomodolibet præmissorū occasione habito atq; facto aliisq; grauaminibus ex præmisis & actis cause huiusmodi quomodolibet colligibilibus tam coniūctim q̄ diuisim partiq; sue illatis seu inferri comminatis ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum dominū. N. diuina prouidentia Papam. N. eiusq; sanctam sedem apostolicam in his scriptis prouocat & appellat apostolosq; primo secundo tertio ac instanter instantius & instantissime sibi dari petit atq; concedi & desuper fieri publica instrumenta.

Saluo iure &c.

Appellatio ab excommunicatione ubi auditor excommunicauit procuratorem & monitus non potuit docere de mandato.

Licet. R. p. honorabilis uir dominus N. de. H. cuiusdam domini. N. in prætensa causa seu adipsam quæ coram uobis inter dictum. N. ex una & quendam. B. de. N. assertū clericum de & super certo canonicatu & præbenda ecclesie. N.

rebusq; aliis in actis causæ latius deductis & expresſis eorūq; occaſione in prima ueri prætenditur inſtantia nullum unq̄ mandatum prucurationis habuerit receperit ſeu uiderit prout per ipſum. N. coram uobis legitime dictum & allegatum fuerit. q̄q; propterea idem. N. ad huiuſmodi prætenſum mandatum exhibendum & producendum minime per uos fuerit aſtringendus aut cō pellendus. & ſi ipſum comparuiſſe conſtiterit hoc factum eſt more aliorum ſubſtitutorum procuratorum in curia. uel quia ad inſtantiam aduerſarii ad id eſt requiſitus dare etiam ipſe ſicut nec alius quiſpiam non poteſt quod non habet in cuius poteſtate ē non eſt magiſtrum ſuum ut per eum facta ratificet compellere cum id ſit uoluntatis et ad id compelli non poſſit nec etiam ipſe poteſt factum tacite promittere ad obligationem etiam facti ſuccedit intereſſe nec ipſe hoc malicioſe fecit neq; facit. quæ omnia iurare eſt paratus ſitq; etiam pena illius qui falſus procurator prætēditur in iure expreſſa ut præter illam iudex uel alius non poteſt infligere nec ad illum ſit actum per partem nec tali per ius excommunicationis pena infligitur. uos tamen. R. p. auditor præfatus præmiſſis & aliis de iure attendendis minime attentis ſecus agendo quoddam p̄tenſum monitorium penale ſub certis prætenſis ſententiis & cenſuris contra dictū. N. ad huiuſmodi prætenſum mandatum exhibendum & producēdum ad dicti. G. ſeu ipſius uerius aſſerti procuratoris inſtantiam decreuiſſe ipſumq;. N. moneri feciſſe ac p̄miſſorum occaſione in ſcriptis excommunicaſſe prætenſaſq; literas excommunicatorias contra eundem etiam decreuiſſe ac ipſum publicaſſe ſeu publicari mādaſſe dicemini licet nulliter ut ſperatur & de facto unde procurator & eo nomine dicti domini N. ſentiens ſe partemq; ſuam prædictam per prædicta multipliciter leſum & grauatum timenſq; plus ledi poſſe & grauari a uobis domino auditore dictiſq; prætenſis monitione requiſitione excommunicatione literarumq; decreto & eorundem publicatione omnibuſq; aliis & ſingulis grauaminibus ex præmiſſis colligi poſſibilibus &c.

Appellatio ab omiſſione condemnationis expenſarum & fructuum perceptorum.

LIcet. R. p. regulariter uictus uictori ſit in expenſis condemnandus & p̄pterea in cauſa huiuſmodi. N. A. uictum & cui in huiuſmodi cauſa. N. ut ex titulo ordinario domini. H. de. N. iam per uos ſententialiter canonizato liquide appa ret in eadem cauſa uictum ipſi. H. uictori debuiſſetis cauſam probabilem litigādi nō habentem in expenſis tam coram dominis Io. D. P. M. quām uobis pro parte ipſius H. factis ac etiam fructibus ex ipſo beneficio perceptis cum ad beneficium ſint acceſſorii cōdemnaſſe. uos nihilominus præmiſſis & aliis de iure attendendis minime attētis condemnationē expenſarū huiuſmodi tam coram præfato Io. P. & uobis pro parte ipſius. H. factarum q̄ etiam fructuum ex dicto prioratu perceptorum condemnationem omiſiſſe dicemini licet nulliter & de facto. unde procurator & eo nomine dicti domini. H. ſentiens ſe partemq; ſuam prædictam per præmiſſa multipliciter &c.

Appellatio a non admiſſione articulorum & concluſione.

LIcet. R. p. in huiuſmodi cauſa pro parte honorabilis uiri. N. dati ſint nonnulli poſitiones & articuli ex nōnullis iuribus & munimentis in huiuſmodi cauſa productis deſcendentes boni pertinentes & admiſſibiles ac ueri in facto exiſtentes quibus probatis plene conſtaret conſtareq; poſſet de iure dicti domini. N. & nō iure partis aduerſe in parrochiali. H. ſeu ē ad eam de qua hic agitur propterea uidelicet q̄ pluralitas ſuccollectorum in ciuitate & dioceſi. B. tempore illo prout pars aduerſa prætenditur fuit propter quod neutri ipſorum beneficia poterunt fore reſeruata prout in ipſis articulis plenius eſt deductum. debuiſſetiſq; propterea uos. p. R. ipſos poſitiones & articulos ſufficientes releuantes ad probandum admiſiſſe prout hoc ſepe & ſepius petitum fuit. uos tamen. p. R. cum omni ſemper debita reuerentia loquendo præmiſſis non attentis neque cōſideratis ad importunā partis aduer

se instantiam concludendo & secũ conclu di petendo ut dicitur conclusistis & pro cõ cluso habere uoluistis dictos positiones & articulos saltem tacite repellendo licet de facto. Sentiens igitur procurator & eo nomine &c.

Appellatio a non admissione exceptionum contra commissionem.

LIcet. R. p. pro parte honorabilis uiri domini. N. in hac causa principalis suis loco & tempore congruis sint & fuerint nonnulli positiones & articuli per modum exceptionum quarum considera tione & quibus obstantiis dicta prætensa commissio ultimo uobis ex aduerso ut dicitur facta fuit & est surrepticia & obrepticia nullaq; propterea uobis iudicandi potestas specialis attributa prout nec attribui bilis est: debuissetisq; positiones & articulos siue exceptiones prædictas pertinentes bonos & admissibiles & ueros in facto consistentes & quibus probatis clare constaret cõstareq; potuisset de supradictis ad probandum admisisse prout hoc petitum fuit. uos tamen. p. R. cum omni debita loquendo reuerentia præmissis non attentis: siue consideratis &c.

Appellatio a diffinitiua.

A Quadam prætensa diffinitiua sententia per uos. R. p. d. T. &c. in quadam causa quæ corã uobis inter honorabilem uirum dominum. N. de N. canonicum ecclesie. B. reum & possessorem ex una & quosdam. L. & P. assertos clericos actores aduersarios de & super canonicatu & præbenda eiusdem ecclesie B. rebusq; aliis &c. partibus ex altera in prima uerti prætendebatur instantia pro dicto L. & contra præfatum dominum. N. ut pͤtenditur lata tanq̃ iniqua & iniusta totoq; uestro processu desuper quomodolibet habito & facto aliisq; grauaminibus in & ex actis cause huiusmodi colligibilibus præmissorum omnium nullitate uestriq; reuerentia gratia & honore semper saluis procurator & eo nomine præfati domini. N. partis sue tam coniunctim q̃ diuisim ad Sanctissimũ in Christo patrem & dominũ nostrum dominum. N. diuina prouidentia Papam. N. eiusq; sanctam sedem apostolicã. in his scriptis &c.

Quando sententia est nulla.

Quatenus dicta uestra prætensa sententia aliqua dici mereatur cum a sententia nulla appellare necesse non fuerit neq; candẽ uestram prætensam sententiam per præsentem appellantem approbare intelligit nisi ad id de iure astringatur de quo protestatur prouocat & appellat & apostolos tales quales de iure habere deberet primo secundo tertio ac instanter instantius & instantissime sibi dari petit atq; concedi & desuꝑ fieri publica documenta.

Saluo iure &c.

Et protestatur &c.

Appellatio a non admissione exceptionũ contra libellum & executione desuper subsecutis.

LIcet. R. p. pro parte honorabilis uiri d. N. &c. in hac causa. N. &c. contra quendam prætensum libellum ex aduerso ut dicitur datũ &c. date fuerint nõ nulle exceptiones ipsum prætensum libellum esse generalem confusum uacuum obscurum negatiuum in materia & forma peccantẽ in iure minime concludentem notorie ostendentẽ & penitus nullam actionem ipsi. H. aduersario actori in huiusmodi causa cõprehendes super his de quibus in prætenso libello fit mentio contra præfatũ. N. notorie ostendendo & prout hæc etiam ex prætensi libelli tenore colliguntur & ad oculum apparent debuissetisq; propterea dictas exceptiones prout id petitum fuerat et postulatum ad probandum admisisse & eas nullatenus saltem tacite repulisse necnon ipsum. d. N. etiã cessantibus præmissis non contumacem sed qui procuratorem apud acta constituit & qui onus acceptauit nequaq̃ contumacem reputasse neq; ad respondendum dicto prætenso libello compulisse & nisi responderit eo non citato in scriptis minime excommunicasse & nisi ad primam responderit prætensam excommunicationis sententiam incidisse nullatenus declarasse nec literas prætensas desuper decreuisse prout nec de iure fuerat faciendũ uos nihilominus secus agendo præmissis & aliis de iure attendendis minime consideratis exceptiones huiusmodi saltem tacite re-

pulisse & dictum. N. non contumacem ad respondendum ipsi prætenso libello litē cō testandum & iurandum de calumnia compulisse & nisi ad idem responderit & litē cō testatus fuerit in scriptis excommunicasse & seu prætensa excommunicationis sententiam incidisse declarasse & prætensas literas decem diebus nōdum elapsis prout ad sui deuenit noticiam decreuisse aliasq; ipsum in præmissis lesisse & grauasse diceminí licet nulliter ut speratur & de facto sentiens igitur procurator &c. grauari idcirco a uobis dictisq; exceptionum repulsione cō pulsione prætensæ excōis declaratione & decreto totoq; uestro prætenso processu desu per per uos coram uobis habito atq; facto omnibusq; aliis &c.

Appellatio ab obseruatione terminorum pendente dilatione.

QVāq. R. P. appellationibus in huiusmodi causa a grauaminibus in eisdem expressis interpositis & pēdente dilatione uestra si quam habuissetis prætensa iurisdictio fuisset & esset suspensa cum appellatione pendēnte nihil sit innouandum uos nihilominus præmissis non obstātibus ac apostolis minime datis sed terminis ad dandum & recipiendum apostolos adhuc pendētibus innouasse & ad ulteriora processisse & uos saltem tacite iudicē pronunciasse partemq; aduersam seu eius procuratorem ad obseruationē termini ad dicendum contra articulos admisisse & ad huiusmodi instantiā procuratorem partis aduerse ad dicendum contra prætensā pro ducta citari mandasse fecisse & ipsum ēt ad prætensam obseruationem termini admisisse aliasq; eum multipliciter lesisse & grauasse diceminí licet nulliter ut speratur & de facto uestris honore &c. saluis sentiēs igitur procurator &c. grauari idcirco a uobis prætensaq; si prætendi posset repositione necnon prætensa citatione mandato terminorum obseruatione admissione totoq; uestro prætenso processu &c. facto non tamen recedendo ab aliis appellationibus interpositis sed illas per istam & istam per illas fortificando eisq; simul inherendo ad sanctissimum &c.

Appellatio a comminatione excōis appellationis ob non responsionem libelli.

QVanq. R. p. pro parte honorabilis uiri domini. A. &c. fuerint & sint nonnulle exceptiones & in iure releuantes contra quendam prætensum libellum in hmōi cā pro parte cuiusdā. P. ut prætenditur oblatū date qbibus obstantibus & ueris existentibus put uere sunt eisq; prout petitum extitit ad probandum admissis & prompta oblatio probatione recepta lis super prætenso hmōi libello non ueniebat prout uenit contestanda. neq; dictus dominus. A. seu eius procurator ad hmōi litē contestādū hmōi exceptionibus indiscussis & saltem tacite repulsis minime fuit compellendus. nihilominus tamen uos. R. p. B. iudex & commissarius præfatus hmōi exceptionibus immo eisdē indiscussis & tacite repulsis & aliis de iure attendendis minime attentis non consideratis procuratorē dicti domini. A. ad litem super hmōi ptenso libello contestandū eisq; respondendum sub certis prætensis penis sententiis et censuris compulisse immo quod amplius est nisi eidem hinc ad primam diem responderit & litem desuper contestatus fuerit in scriptis excōicasse literasq; prætensas desuper decreuisse seu prætensæ excōis sententiam comminatus fuisse ac alias præfatum P. in personam seu procuratorem multipliciter lesisse & grauasse diceminí nulliter etc. saluis &c. unde procurator & eo nomine præfati domini. A. sentiens &c. grauari a uobis dictarum exceptionum ad probandum admissionē denegatione tacitaq; repulsione necnon compulsione ac prætensis excommunicatione & censurarum cōminatione conditionaliq; excommunicatione totoq; uestro prætenso processu corā uobis præmissorum occasione quomodolibet habitis &c.

Appellatio a repositione & terminorum obseruatione communis & bona.

LIcet. R. p. prætensa appellatio pro parte aduersa alias coram uobis in huiusmodi cā uertente interposita fuisset & esset friuola & frustratoria a c eidē parti aduerse propterea fuissent dandi apostoli refutatorii. nihilominus. p. v. præmissis & aliis de iure merito attendendis minime

per uos ut creditur attentis dictã partẽ aduersam sup eadẽ ptensa appellatiõe sua ut dicitur reposuit & ad obseruationẽ termini ad articulandũ admisisse & honorabilẽ ui rũ dominũ. A. procuratorẽ ad dicendũ cõtra articulos ptensos ad certũ perẽptorium terminum citasse aut citari mandasse dicemini q̃uis indebite & minus iuste ac de facto in præiudiciũ & grauamẽ partis sue. unde procurator & eo nomine prædicti domini. A. sentiens se p pmissa lesum & grauatũ timensq; plus ledi posse & grauari ab appellatione prius interposita non recedendo a uobis domino auditore uestroq; auditorio dicte prætense repositiõe partis aduerse termini obseruatione aliisq; grauaminibus ex actis cause hmõi quomodolibet colligibilibus in his scriptis ad. S. &c.

Appellatio a processu in principali quando est grauaminis articulus qui prius erat discutiendus.

LIcet. R. p. iuris sit explorati q̃ anteq̃ in principali negocio procedatur grauaminis articulus primo & ante omnia sit discutiendus fueritq; alias pro parte excellentis principis & domini domini. L. comitis. N. conthoralis quoq; & domicelle. N. filie sue naturalis & legitime ac alias tam protestatũ q̃ appellatum ne indiscusso grauaminis articulo in principali procederetur & hmõi protestatio prout iuri consona per uestram reuerentiam extitit admissa ac parti aduerse intimata & super interiectis appellationibus per uos apostoli repositorii procuratori antedicto dati & assignati debuissetisq; propterea in admissione hmõi p stitisse & permansisse nec partem aduersam a repositione hmõi friuole appellantẽ reposuisse nec etiam ipsam eandẽ partẽ aduersam ante articuli grauaminis discussionem ad procedendũ in ptenso principali negocio admisisse protestationes admissiones & repositiones hmõi saltẽ tacite repulisse prout id de iure fuerat faciendũ uos nihilominus secus agendo admissionẽ hmõi saltem tacite reuocasse partẽq; aduersam ad producendũ in ptenso principali negocio ante discussionẽ articuli grauaminis admisisse & a repositione hmõi appellantẽ et reposuisse ipsamq; ad obseruationem terminorũ ad libellandum iurandum de calumnia articulandũ dicendum contra articulos nec non ad producendum omnia etiam postq̃ in processum articuli grauaminis & illius discussionem iudicialiter consenserit & in articulo grauaminis termnos solitos per se obseruari admisisse partemq; dicti comitis. N. &c. ad hæc successiue citari mandasse & fecisse ipsumq; multipliciter dicemini grauasse licet nulliter &c. saluis. sentiens igitur procurator & eo nomine dicti domini comitis partis sue &c. grauari idcirco nõ recedẽdo ab appellatiõibus prius interpositis sed illis inherendo istamq; per illas & illas per istam fortificando a uobis domino auditore uestroq; audtorio dictis prætensis citatione admissione protestationis reuocatione repositione terminorumq; obseruatione & ad obseruandum admissione citatione & mandato totoq; uestro &c.

Appellatio a processu super nullitate sententie quæ transiuit in rem iudicatam.

LIcet nuper lite & causa coram. R. p. d. N. inter honorabilem uirum. d. g. de. N. rectorẽ parrochialis &c. ex una & quosdam. N. & Io. assertos clericos de & super dicta parrochiali ecclesia rebusq; aliis &c. occasione partibus ex altera in prima pendẽte instantia idem. g. pro se & contra dictum aduersarium diffinitiuã cum expensarũ condemnatione reportauit sententiam quæ nulla prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam & propterea huiusmodi re iudicata dictis aduersariis obstante & de qua in prætensa commissione uobis ex aduerso ut prætenditur præsentata nulla facta est mentio & propterea ipsa prætensa commissio fuerit & sit subrepticia & obrepticia illiusq; prætextu nulla uobis super principali saltem procedendi siue cognoscendi iurisdictio attributa fuerit etiã de rei iudicate taciturnitate surreptionisq; obiectum & surreptitione & idcirco de illa exceptione præiudiciali cum non debeant ex litibus oriri lites neq; finis unius litis alterius debeat esse initium debuissetisq; primo & ante omnia cognouisse neque ea saltem tacite repulsa in principali ad terminorum

pso:terminus autem quilibet si assignatur in curia censetur peremptorius, si extra Curiam distingue, an sit vnus terminus vel trinus & an cum comminatione, vel sine est etiam peremptorius Nic.de Mil.in repert.in versi. terminus quilibet: termino dato ad soluendum hodie non potest creditor agere nisi in fine diei, ut dicatur promitto dare tibi decem, secus si terminus solum apponatur, puta promitto tibi hodie dare decem, quæ hodie soluam, item secus in termino vlteriori quam hodie, aut si promittat tertio Kal. Februarij: quia tunc non potest peti nisi in fine Kal. Nic.de Mil.in repert.in ver.terminus datus ad id: & terminus dummodo ante terminum ad articulan.expediantur literæ, positus in commissione derogatoria Regulæ quod non committantur causæ sine literarum expeditione ponitur per signaturam, vt terminum ad articulandum, & interim beneficium nō dicatur litigiosum, nec locus sit Regulæ de subrogandis & hoc fit, ut isto interim detur iurisdictio iudici, vt actor causam comodius instruat, & præparet necessaria ad iudiciū Saru.in Cōpe. Vtriusq; signaturæ nu. 51. & terminus regulæ de annali pfixus ad expedien.causam illi qui impetrauit beneficiū per annū pacifice possessum non currit actori qui diligenter prosecutus, est cām sed defectu rei, qui traxit in longū, & causa non fuit expedita Alfon.sotto.super 32.regu. Innoc.viij.col.5. & hoc optime facit l.contra maiores, & ibi Bald.in princ.& per totam.C.de inoffic.test. & termini qui in litibus & causis psertim de iure seruari soliti, si sint seruati in prima instantia vt litis contestatio facta in prima instantia, nō requiritur in secunda Rot.in nou.de litis cōtestatio.Dec.1.alias 8.fuit dubitatum nu.1.col.i. & ii.ubi pdicti termini sunt instantiæ, & non causę: & sufficit q iura verbo producantur qn terminus fuit præfixus ad producen.iura. Rot.in antiq. de iudic.Dec.32.alias 814.sciendum quod: & terminus peremptorius non potest transgredi. Rot.in antiq.Fasto. caus.33.dub.62.die mercurii imo potest pluries statui, & omitti.ea.caus.& dub.Fastol. terminus vero ad dicen.contra appellationem potest circumduci non comparente appellato. Rot.in antiq.de iudi. Dec.6.alias 743. nota q si auditor: terminus etiam ad concluden.debet prorogari pro parte instante, alias grauaretur, & pars potest appellari, Rot.in antiq.de iudi. Dec.9.alias 762.scien. est terminus assignatus vt ante viginti dies aliquid facias, vigesimus dies includitur in termino & sic intelligitur ante 20.dies completos, idem si dicat infra 20. dies. Nico.de Mil.in repert.in versi. terminus si est: & terminus peremptorius est inuentus in sacro palatio, vt finiantur citius causæ, & lites Rot.in nou.de seque poss.& fruct.Dec.2.alias 30.fuit dubitatum num.2.& 3.& dictus terminus peremptorius excludit productionem exceptionum peremptoriarum vel probationū necessariarum. Rot.in nou.de seq.poss.& fruc. Dec.2.alias 30.fuit dubitatum nu.2.& 3.& termini sola præfixio non defert, neque deuoluit negotium principale litis, & causæ ad curiam. Rot.in noui.de appell.Dec.32.alias 204. Appellatus, uer. ex præmissis igitur nu. 6.& terminus assignatus ab auditore sacri palatii actori, vel reo tam in causa spirituali quam profana ad probandum si pars cui terminus fuit pręfixus producit verbo iura dicto termino durante satis est, secus si in termino non produxit neque facto, neque verbo, quia tunc non valet aliquid

assignatio

assignatio dicti termini. Rot. in antiq. de iudi. Dec. 32. alias 814. sciendum quod, terminusq; octo dierum datus ad probandum manifestam offensam, siue exceptionem excommunicationis incipit currere post exceptionem admissam, & potest prorogari per iudicem Rot. in nou. de senten. exco. Dec. 4. alias 208. terminus octo dierum: & terminus peremptorius non potest transgredi. Rot. in antiq. Fast. caus. 33. dub. 62. die mercurii: Potest etiam terminus peremptorius pluries omitti. d. caus. & dub. Fast. die mercurij: terminus autem ad consulendam dominum datur in causis pendentibus extra Ro. cu. secus si pendeant in Rota, quia tunc non cōsueuit, Rot. in antiq de iudi. Dec. 63. alias 753. nota quod si: & terminus mensis datus ad intimandam appellationem in terminis clem. causam de electio. intelligitur datus parti, siue speciali procuratori, Cass. de appell. Dec. 10. in prin. terminus præfixus ad aliquid facien. currit a die notitiæ, siue a die quo scire potuit non autem præfixionis. c. licet, & ibi glo. in verb. a notitia de supplen. negli. prælat. terminus infra tempus debitum ad deliberandum, an rem pro se retinere pro eodem precio domino rei in subastatione rei præfigi debet. Rot. in antiq. de locut. & conduc. Dec. prima alias 862. quidam emphiteota & terminus est a iure præfixus ordinario, siue superiori ad instituendum præsentatū ad beneficium quod est de iure patronatus. Rot. in nou. de iur. patro Dec. 4 alias 212. secundum omnes. Abb. in. c. ij. col. fin. in fin. de conces. præben.

Ad libellandum ad octauam diem.

Ad respondendum libello litem contestandum & de calumnia iurandum ad. i. diem.

Et requiritur ꝙ quatuor vicibus citetur pars. Primo simpliciter. Secundo ad. i. diem. Tertio ad idem sub excommunicationis pœna. Quarto ad idem ex superabundanti alioquin ad videndū se declarari semper ad. i. dié.

Ad articulandum ad. xv.

Ad dicendum contra articulos ad. ii. diem.

Ad producendum omnia ad. ii. diem.

Ad dicendum contra producta ad. ii. diem.

Ad declarandum & iurandum de calumnia ad. i. diem.

Ad dicendum contra declaration. ad. i. diem si declaration. dantur facto & in scriptis. Secus vero si verbo tantum cum repetition. actorum & non est substantialis sed accidentalis terminus.

In secunda instantia in prophanis.

Ad dicendum contra commission. ad. i. diem.

Ad libellandum ad. i. diem.

Ad articulandum ad octauam diem.

Ad dicendum contra articulos ad. i. diem.

Ad producendum omnia ad. i. diem.

Ad dicendum contra producta ad. i. diem.

Ad declarandum & iurandum de calumnia ad. i. diem.

Ad dicendū contra declaration. ad. i. diem si dantur declaration. facto.

In tertia instantia.

Omnes termini prædicti seruantur ad primam diem iuridicam præter

quam ad articulandum qui ſeruatur ad ſextam diem.

Nota ꝙ quando vna ſententia abſolut. lata eſt pro reo & duæ ſententiæ pro actore & cauſa appellationis committitur tunc ſeruantur termini ſicut in.iij.inſtan.

In cauſis nullitatis ſententiæ vel proceſſus ſeu actus iudicialis vbi conſtat ex eiſdem actis de nullitate.

Ad dicendum contra commiſſionem ad primam diem.

Ad dicendum contra vltimo producta ſcilicet contra proceſſum vel alium actum iudicialem de cuius nullitate agitur ad.i.diem.

In cauſis grauaminum in qualibet inſtantia.

Ad dicendum contra commiſſionem ad.i.diem.

Ad dicendum contra appellationem ad.i.diem.

Ad impugnandum & iuſtificandum ad.i.diem. Quibus terminis ſeruatis poteſt pars citari ad ſtatim ad videndum inhiberi coauditori. Secus coram commiſſariis.

In cauſis deſertion.appellation.

Ad dicendum contra commiſſionem ad.i.diem.

Ad docendum de diligentia proſecution.appellation.primo & prima dilatione ad primam diem.

Ad idem ſecundo & pro ſecunda dilatione ad.i.diem.

Ad idem tertio & pro tertia dilatione ad.i.diem.

Ad idem quarto & pro quarta dilatione & ex ſuperabundanti alioquin &c.ad primam diem.

Simili modo quando reus petit ſententiam abſolutoriam ab inſtantia iudicii, ſeruantur quatuor termini ad procedendum prout de iure primo ſecundo, tertio quarto &c.

In facto remiſſion.ad partes in qualibet inſtan.decernendæ.

Ad dicendum contra comiſſionem ad.i.diem.

Ad videndum decerni remiſſionem ad ſtatim.

Ad concordandum de loco & loco loci & iudice ad ſtatim.

Ad dandum interrogatoria ad hodie & cras.

Ad videndum includi articulos ad ſtatim.

Ad videndum iurare portitorem ad ſtatim.

Nota hic ꝙ in palatio apoſtolico non debet ſeruari terminus ad dicendum cōtra commiſſionem, quia Rota dat remiſſionem ſiue remiſſoriam vigore Bullæ Innocentii viii.

In facto compulſoriæ ſpecialis cum præfixion.termini ad partes.

Ad videndum decerni compulſorias ſpeciales ad ſtatim.

In notoriis factis rebus & cauſis ſeu caſibus uel criminibus.

Ad dicendum contra commiſſionem ad.i.diem.

Ad dicendum contra articulos quos non oportet admitti nec probari quia notorii ſicut in cauſis attentatorum & reſtitution.ad.i.diem.

FESTA PALATII APOSTOLICI

FIRMA.

Ianuarius habet dies	31	Assumptionis beatæ Mariæ	15
Epiphaniæ domini	6	Ludouici Episcopi & confessoris	19
Antonij abbatis	17	Bartholomei apostoli	25
Fabiani & Sebastiani	20	Augustini episcopi	28
Agnetis virginis	21	Decollatio S.Ioannis Bap.	29
Vincentij martyris	22	September habet dies	30
Conuersionis S.Pauli	25	Natiuitatis beatæ Mariæ	13
Februarius habet dies	28	Exultationis S. Crucis	14
& si fuerint bisextus.	29	Matthei apost. & euange.	21
Purificationis beatæ Mariæ	2	Michaelis archangeli	29
Blasij episcopi & mar.	3	Hieronymi confessoris	30
Agathæ virginis & mar.	5	October habet dies	31
Cathedræ Petri Apostoli	22	Francisci confessoris	4
Matthiæ apostoli	24. & 25	Lucæ euangelistæ	18
Martius habet dies	31	Simonis & Iudæ	28
Thomæ de Aquino	7	Vigilia omnium sanctorum in qua fit mutatio capparum	31
Gregorii Papæ	12	Nouember habet dies	30
Benedicti abbatis	21	Omnium sanctorum	1
Annunciationis beatæ Mariæ	25	Commemorationis animarum	2
Aprilis habet dies	30	Dedicationis basilicæ sancti Saluatoris	9
Iulij Papæ primi	12	Martini episcopi	11
Georgij martyris	23	Dedicationis basilicæ Petri & Pauli apostolorum	18
Marci euangelistæ	25	Ceciliæ virginis	22
Maius habet dies	31	Clementis Papæ	23
Philippi & Iacobi apost.	1	Catherinæ virginis	25
Inuentionis S. Crucis	3	Andreæ apostoli	30
Ioannis an portam latinam	6	December habet dies	31
Apparitionis S. Angeli	8	Nicolai episcopi	6
Iuonis aduocati paupe.	19	Ambrosij episcopi	7
Iunius habet dies	30	Conceptionis beatæ Mariæ	8
Barnabæ apostoli	11	Luciæ virginis	13
Ioannis Baptistæ	24	Thomæ apostoli	21
Petri & Pauli apost.	29	Vigilię natiuitatis Domini cum omnibus diebus vsque ad crastinum Epiphaniæ exclusiue.	
Commemorationis S. Pauli	30		
Iulius habet dies	30		
Visitationis beatæ Mariæ	2		
Translat. S. Thomæ Can.	7		
Mariæ Magdalenæ	22		
Iacobi apostoli	25		
Agustus habet dies	31		
Petri ad vincula	1		
Festum Niuis,& Domi.confesso.	5		
Laurentij martyris	10		

MOBILIA.

Dies lunæ ante carnispriuium.

Dies cinerum.

A die lunæ hebdomadę sanctæ vsque ad octauam Paschæ inclusiue.

Vigilia ascensionis Domini in qua est alia mutatio capparum.
Dies Penthecostes cum duobus diebus sequentibus.
Dies creationis Ponti. viuentis.
Dies anniuersarii Pontificis immediate defuncti.

INCERTA.

Quando est cōsistorium publicum.
Quando reuertitur ad Vrbem aliquis legatus de latere.
Quando publicantur noui Cardin.
Quando aliquis Cardinalis qui nunquam fuit in Vrbe illam prima vice intrat.
Exequiæ Cardinalium.
Quando intrat aliquis Orator ad præstandum obedientiam.
Quando pontifex equitat.

FINIS.

BVLLA FACVLTATIS FOE. RE. INNOCENTIIS Papæ octaui R.P.D. sacri palatii causarum Apost. concessæ.



NNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Finem litibus quæ in palatio Apostolico nunc & pro tempore vertuntur, quanto celerius fieri potest imponi, & collitigantes ab intolerabilibus expensis quas illas prosequendo perferunt releuare quātum nobis possibile est cupientes, hac in perpetuū valitura constitutione statuimus & ordinamus ꝙ si diuersis causarū palatij Apostolici auditoribus diuersas cōmissiones præsentatas hactenus vel pro tempore reperiri contingat in eadem causa eiusdem tenoris vel affectus, licet ad diuersarum personarum instantiam, auditor, cui prius commissio præsentata fuit iurisdictionem in procedendo & iudicādo retineat absq; alia desuper cōmissione, aliorum coauditorum ad id accedente consensu. Et quod auditores causarum prædictarū constito eis quod citatio per eos decreta in causis minus tamē legitime executa ad partis citatæ notitiam deruenire ante terminorū obseruationem ad expeditionem causarum earundem absque alia cōmissione perinde ac si citatio legitime executioni demandata foret procedere. Et in viduarum & pupillorum necnon vbi de summa vel rei valore quingentorū florenorum auri non excedēte ageretur eo modo quo in beneficialibus causis de auditorū suorū consensu etiā procedere. Remissorias præterea ad partes in causis coram eis nūc & pro tēpore penden. in quauis instan. nouam've dilationem si petatur de aliorum coauditorum consilio cōcedere. Ad reiterationem quoque terminorū nulliter vel male obseruatorum partes seu collitigantes earum procuratores admittere. Et fidem registris corā aliis iudicibus etiā in partibus factis quoad iura in eis registrata dumtaxat de simili cōsilio adhibere. Et super articulo grauaminis ac negotio principali simul & si petatur ac coauditoribus expedire videbitur refectis expēsis in eodem principali negotio, omisso appellationis articulo, procedere. Et dum eis videbitur expedire fatalia in causis, prorogare, vel de nouo concedere. Et super appellatione interposita sententia diffinitiua decurso vltimo momento temporis ad id de iure præfixi eadem tamē die vltimi momenti perinde ac si debito tempore

Si diuersis auditoribus diuersæ commissiones præsentatę fuerint, eiusdē tamen tenoris ille cui primo præsentata fuerit iurisdictionem retinet.

Et ita seruabat Rota, vt habetur de. iiii. deci. de commissio. in anti. sed hodie de stylo nō requiritur expressus consensus, sed sufficit quod tacitus accedat, ut dicit Cassa. Dec. v. de rescr.

Constito ꝙ citatio illegitime executa ad partis citatę notitiam peruenerit, Quid auditoribus agendum.

pore interposita foret iustitiam ministrare. Et si prima vel secunda sententia reperiatur nulla ex inordinato processu, uti etiam ex omissione iuramenti super perhorrescentia iuxta constitutionem fœ. re. Bonifacii Papæ viij. prædecessoris nostri quæ incipit. Statutum dummodo illud per partem in quacunque parte iudicii postea præstetur ad constitutionem vel informationem refectis expen. procedere. Necnon iuxta cōstitutionem Viennen. concilii quæ incipit. Ad compescendas sequestra decernere libere & licite valeant non obstan. præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisq; contrariis quibuscunque. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti & ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ M. CCCCLXXXVII. Idus Ianuarii. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

De viduis, Pupillis & summa 500. florenorū auri procceditur ut in beneficialibus.

Remissoria dari potest in qualibet instantia.

De terminorum reiteratione.

De fide registris in partibus factis adhibenda.

De articulo grauaminis & negotio principali.

De Fatalibus.


De appellatione a sētētia diffinitiua.

De sententiæ nullitate certis ex caussis iuxta c. statutū.

De sequestro iuxta dispositionem cle. Ad compescendas de seque. possessio.

BVLLA FACVLTATIS R. P. D. CVRIAE *causarum cameræ Apostolicæ generalis Auditoris pro tempore existentis.*

LEO Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.



MINISTERIO sacri Apostolatus licet immeriti præsidentes ex incumbente nobis solicitudinis officio circa regimen & statum Rom. curiæ, & illius officialium fœliciter & prospere dirigendum cōtinuis solicitis ad ea per quæ officiales ipsi sublatis quibusuis dispendiis cum decentia & tranquillitate eorum officia possint exercere libenter intendimus ac ijs quæ propterea ab apostolica sede concessa sunt vt firmiora persistant Apostolici muniminis præsidium propensius impartimur & alias desuper prouidemus prout in domino conspicimus salubriter expedire. Accepimus siquidem non sine animi nostri molestia ꝙ nōnulli nimia curiositate vel liuore ducti venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Asculanum modernum curiæ causarum cameræ Apostolicæ generalem auditorem, & dilectos filios notarios eiusdem curiç super iurisdictionibus & facultatibus officij auditoriatus curiæ causarū cameræ huiusmodi, tam ex diuersis priuilegiis per nos & Romanos pontifices prædecessores nostros eis concessis quam ex consuetudine & tempore prædecessorum in ipso auditoriatus officio præfati Hieronymi Episcopi moderni auditoris inconcusse obseruatis spectantibus & pertinentibus sub diuersis prætextibus diuersimode molestare, & perturbare in dies non cessant. Quo fit vt auditor & notarii prædicti tempus quod in eorum officiis exercendis consumpturi essent in eorum iurisdictione defenden-

da conterere cogantur in ipsorum officiorum ac totius Ro. cu.& cameræ prædictæ detrimentum & iacturam. Nos igitur ad quos pertinet officia & officiales curiæ nostræ debito moderamine gubernare,& quę in eorum iuris læsione procedunt ad debitum rationis reducere volentes super his vt debemus debite prouidere. Motu proprio non ad ipsorum Heronymi Episcopi & Auditoris ac Notariorum vel aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam,sed de nostra mera deliberatione & ex certa scientia omnes & singulas facultates priuilegia & indulta ac quascũque literas Apostolicas etiam in forma breuis tam præfato Hieronymo Episcopo moderno quàm immediate & aliis etiam mediatis eius prædecessoribus curiæ causarum cameræ huiusmodi Auditoribus,ac notariorũ obligationes in forma cameræ & alias quomodolibet concessa ac etiam circa limitationem & moderationem aliorum almæ Vrbis nostræ tribunalium etiam in moderno Lateranen.consilio tam per nos quàm per eosdem prædecessores statuta & ordinata quorum omnium & singulorum tenores ac si de verbo ad verbum & nihil omisso insererentur præsentibus pro expressis haberi volumus auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & per quoscunque quauis dignitate auctoritate aut priuilegio suffultos etiam palatij Apostolici causarum auditores & sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales inuiolabiliter obseruari ac executiones obligationum in forma dictæ cameræ Apostolicæ præfatæ & alias iurisdictionem ipsius Auditoris illesam ei remanere debere decernimus & declaramus.Et nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia & singula de nouo ac quod præfatus Hieronymus Episcopus modernus ac pro tempore curiæ causarum cameræ huiusmodi auditor omnia & singula quæ bo.me.Petrus Episcopus Cesenaten.dum viueret & dilectus noster Antonius tt.sanctæ Praxedis præsbyter Cardinalis dum in minoribus constitutus esset eiusdem curiæ auditores eorum respectiuis temporibus faciebant exercebant & decernebant etiam circa pensiones seu solutiones & solutionum recusationes pensionum super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatarum & absolutiones etiam in foro fori etiam censuris ordinaria & delegata auctoritate a quibusuis iudicibus & in dicta Romana curia inflictis concernentia prout alii Auditores præfati facere consueuerunt facere exercere & decernere ac monitoria contra huiusmodi pensiones super fructibus beneficiorum ecclesiasticorũ assignatas. Quarum solutio in eadem Romana curia vel in partibus tacite vel expresse destinata esset soluere debentes etiam si obtinentes beneficia ecclesiastica super quibus pensiones huiusmodi assignatæ sunt vel alias quomodolibet illas debentes in dicta Romana curia pręsentes non fuerint,sed etiam extra terras Rom.ecclesię mediate vel immediate subiectas extiterint etiam ordinaria auctoritate decernere et vigore monitoriorum huiusmodi etiam extra eandẽ Roma. cu.vt ꝑfertur executioni mandatorum ẽt vsque ad sententiã seu declarationẽ & alias censuras & pœnas ẽt usque ad brachij secularis inuocationẽ inclusiue eadẽ auctoritate alias iuxta stylũ contra nõ soluẽtes pẽsiones in pręfata Ro. cu.soluẽdas & in dicta curia existẽtes in eius tribunali seruari

De pensionibus.

solitum

solitum procedere. Necnon uigore literarum foe.re. Eugenii Papæ iiij. prædecessoris nostri quæ incipiunt. Diuina imminentis sedis Apostolicæ &c. Nedum contra iudices sed etiam contra quascunque particulares personas vel collegia aut cõmunitates seu vniuersitates per se vel aliũ præsentes in curia molestantes aut molestantibus auxilium consilium vel fauorem præstantes etiam similia monitoria etiam extra loca ipsius Romanæ ecclesiæ vt præfertur decernere & ob non paritionem monitoriorum huiusmodi etiam extra dicta loca executioni demandatorum. Ac idem auditor ad cuius officium id spectat solus & nullus alius exceptis causarum palatii Apostolici auditoribus, qui id eo modo quo hactenus fecerunt facere possint ad declarationem incursus censurarum in monitoriis huiusmodi & literis executorialibus in Romana Curia & præsertim in Rotæ Auditorio decretarum respectiue contentarum illarum vigore procedere. Ipseq; Auditor & eius locumtenens pro tempore existens in processibus seu iudiciis & causis coram eo vigore obligationum in forma cameræ introductis etiam vbi ab initio vel in prosecutione litis rescripta seu commissiones Apostolicæ interuenerint absolutionibus a iuramento necnon dilationibus seu monitoriis etiam ad modicum tẽpus etiam illis quas salinarias vocant & quibus vis aliis cõcessionibus etiam supercessione bonorum seu quinquẽnali dilatione aut beneficio capituli Odoardus, vel capituli Peruenit, a quibuscunq; dignitate etiam Cardinalatus honore & officio fungentibus etiam per specialia rescripta seu priuilegia & indulta etiã in forma salui conductus etiam motu & scientia similibus in quorumcunque etiam quantum inopum fauorem etiam cum præsentium expressa & speciali derogatione concessis, necnõ quibusuis inhibitionibus seu mandatis etiam cum quarumuis censurarum & aliarum pœnarum etiam ipso facto incurrendarum comminatione emanatis etiam si rescripta priuilegia aut indulta huiusmodi a nobis vel successoribus nostris emanauerint. Quæ eo ipso ꝙ tam eaq; inhibitiones seu mandata huiusmodi emanauerint ac reuocata cassata & annulata & si in illis debita Ripæ & Ripettæ dictæ Vrbis ac inde factæ obligationes quomodolibet omissa vel excepta fuerint simili modo obligationes in forma cameræ quantumcunque in eis expresse & comprehensæ obmissæ & exceptæ respectiue sint & esse censeantur ac pro infectis habeantur, prout ex nũc prout ex tunc reuocamus cassamus & annullamus ac pro infectis habemus nequaquam obstãtibus tam contra personas quam bona in huiusmodi forma obligatorum vsq; ad effectualem solutionem ipsorum creditorum in omnibus & per omnia perinde ac si præmissa non emanassent. Necnon contra quoscunque obligatos in huiusmodi forma cameræ & dummodo de maiori summa viginti ducatorum non agatur etiam contra aliter obligatos per citationes ad valuas domorum habitationis ipsorum debitorum personaliter non citatorum per cursores ab ortu usque ad occasum solis affigendas, quas in huiusmodi casibus perinde ac si contra personas proprias ipsorum debitorum executioni demandatæ essent validas & efficaces esse & ipsos citatos arctare volumus & decernimus, etiam vsque ad condemnationem & executionem inclusiue & alias iuxta curiæ ipsius Auditoris cameræ stylũ

Nota circa molestantes præsentes in curia.

Nota circa obligationes in forma cameræ.

Nota circa ciuiles causas & debita in curia contracta.

iustitia tamen mediante. Quódque Auditor cameræ & eius locumtenens pro tempore existentes præfati in ciuilibus causis in quibus idem auditor cameræ iuxta facultatem sibi concessam alias procedere possit præsertim super debitis in curia contractis si de minori summa rei valore quinquaginta iuxta eius facultatem nullis. Si vero de maiori summa aut rei valore ipsorum quinquaginta ducatorum auri de camera agatur iliis quæ in dictę Rotę auditorio in summarijs beneficialibus seruari soliti sunt, seruatis terminis etiam contra absentes a dicta curia. Necnon contra quoscunque in terris dictæ Romanæ ecclesiæ degentes ad quorumuis instantiam super quibusuis rebus & summis eisdem terminis iuxta quantitatem de qua agetur respectiue seruatis eadem ordinaria auctoritate. Ac similiter contra quoscunque curiales ecclesiasticos seculares vel regulares etiam ab eadem curia absentes ad quorumuis etiam absentium instan. & ad ipsorũ curialium etiam absentium instantiam contra quosuis alios ecclesiasticos seculares & regulares etiam absentes monitorijs & citationibus respectiue preuijs procedere. Necnon quoscunque de quibuslibet delictis suspectos contra quos si in dicta curia essent quomodolibet procedere posset etiam extra eandem curiam existentes ratione delicti in dicta curia commissi sub censuris & pecuniariis ac priuationis beneficiorum & officiorum suorum & aliis eius arbitrio infligendis pœnis monere & contra sic monitos forsan contumaces, & non parentes etiam ob non paritionem seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione primo secundo tertio & quarto alias iuxta stylum prædictum etiam vsque ad brachii secularis inuocationem inclusiue procedere. Quódque idem Auditor vel eius locumtenens monitoria seu citationes tam præsentium literarum vigore quam alias iuxta facultatem sibi per alias literas Apostolicas vel ex consuetudine attributam etiam sine ipsarum insertione decernere & ea sic etiam in omnibus & singulis supradictis casibus tam in ciuilibus quam criminalibus seu mixtis decreta & decrete etiam per edictum publicum constito sibi summarie & extra iudicialiter de non tuto accessu similiter decernere & exequi mandare. Necnon ad vlteriora perinde ac si executio huiusmodi in propriis monitorum seu citatorum personis facta esset etiam vsque ad declarationem & aliarum censurarum fulminationẽ, etiam vsq; ad dicti brachii inuocationem procedere possit & debeat. Ac quod omnes & singulæ appellationes a quibusuis ordinariis tribunalibus in dicta vrbe impositæ Gubernatoris, Senatoris, & Vicarii vrbis tribunalibus & aliis iudicibus Capitolij dũtaxat exceptis ad tribunal dicti Auditoris ipso iure absque alia speciali commissione deuoluantur, & dictus Auditor illarum iudex ordinarius existat, & esse censeatur. Nec in aliquibus concessionibus aut literis per eum etiam vigore præsentium etiam extra dictam curiam faciendis literas Apostolicas super huiusmodi facultatibus confectas in toto vel in parte inseri facere teneatur Apostolica auctoritate prædicta earundem tenore præsentium concedimus ac statuimus & ordinamus: Decernentes quamlibet præsentium literarum partem seu clausulã cui plenam fidẽ in iudicio & extra adhiberi volumus & decernimus. Vbi opus fuerit etiam omissis aliis extrahi & dare posse, ac eisdem præsentibus

Nota circa suspectos de delictis.

Nota circa monitoria & citationes.

Nota circa appellationes.

De fide his literis adhibenda.

per

per quancunque commissionem vel impetrationem nullatenus derogari posse nec derogatum censeri nisi commissiones & impetrationes ipsæ manu propria nostra seu successorum nostrorum Roman. Pontificum per Fiat Motu proprio signatæ fuerint,& sic per quoscunque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi facultate & auctoritate sententiari iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane quicquid secus super his per quoscunque quauis auctoritate fungentes scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis nostris moderno & pro tempore existenti camerario & Antonio Sanctæ Praxedis ac Petro Sancti Eusebij necnon Laurentio sanctorum quatuor coronatorum tt. presbyteris cardinalibus per Apostolica scripta eodem motu mandamus:quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes literas & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Auditoris & locumtenentis ac notariorum pro tempore existentium prædictorum seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes,faciant auctoritate nostra facultates literas priuilegia indulta statum ordinationem & concessionem huiusmodi firmiter obseruari ac singulos quos præsentes concernunt,illis pacifice gaudere non permittentes eos desuper per quoscunque quauis auctoritate fungentes quomodolibet molestari perturbari seu impediri. Contradictores quoslibet ac molestatores & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita cōpescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis,necnon statutis & consuetudinibus iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis,ac omnibus illis quæ in singulis literis prædictis voluimus non obstare,cæterisq; contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi seu excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, declarationis reuocationis cassationis annulationis statuti ordinationis decreti voluntatis & mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. SI quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorū Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimonono,Sexto Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Septimo,

BVLLA FACVLTATIS R. P. D. PETRI PAVLI PARISII ALIAS CVRIAE CAVsarum cameræ Apostolicæ generalis Auditoris.



AVLVS Episcopus Seruus seruorum Dei, dilecto filio magistro Petro Paulo Parisio clerico Cusentin. causarum curiæ cameræ Apostolicæ generali Auditori, iuris vtriusque doctori salutem & Apostolicam benedictionem. Ad eximię deuotionis affectum quem cum fidei cõstantia & sinceritate mentis ad nos & Rom. eccle. gerere comprobaris: Necnon literarum excellentiam, vitæq; decorem & morum honestatem, longamq; & solertem rerum experientiam, & in exequendis mandatis indefessam constantiam & integritatem singularem, aliaq; probitatis & plurimarum virtutum merita, quibus personam tuam etiam fide dignorum testimoniis iuuari percepimus nostræ dirigentes consyderationis intuitum, ac propterea indubiam spem geren. quod ea quæ tibi committenda duxerimus summa cum prouidentia & exacta diligentia laudabiliter exequaris, dignum quin potius debitum arbitramur vt eãdem personam condignis honoribus prosequamur. Cum itaque officium generalis auditoriatus seu audientiæ causarum curiæ cameræ Apostolicæ quod dilectus filius noster Ioannes Maria tt. sancti Vitalis presbyter Cardinalis de Monte vulgariter nuncupatus tempore assumptionis per nos nuper de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ obtinebat, ex eo quod nos officium ipsum per assumptionem huiusmodi dumtaxat harum serie vacare decernimus, vacet ad præsens: Nos post longam super hoc habitam discussionem & maturam deliberationem in te nostræ consyderationis oculos direximus & de tua probitate scientia & singulari prouidentia in magnis comprobata aliisq; virtutibus quas in te diuina propagauit clementia sumentes in domino fiduciam specialem, & sperantes quod tu qui notarius noster existis officium audientiæ causarum curiæ cameræ huiusmodi scies voles & poteris probe fideliter & laudabiliter exercere: Teq; a quibusuis excommunicationis suspensionis & interdicti aliisq; ecclesiasticis sententiis censuris & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes: Motu proprio non ad tuam uel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione, & ex nostra certa scientia officium generalis audientiæ seu auditoris causarum curiæ cameræ huiusmodi siue vt præmittitur uel per liberam resignationem eiusdem Ioannis Mariæ Cardinalis de illo quod tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam & per nos admissam uacet cum officio correctoriæ archiui Roma. curiæ aliisq; illi annexis. Necnon omnibus & singulis illius honoribus & oneribus priuilegiis iuribus & emolumentis consuetis ac facultatibus & decretis etiam in ordine & modo procedendi in causis, prout dictus Ioannes Maria Cardina, & sui in officio auditoriatus

huiusmo-

huiusmodi prædecessores per literas eis desuper concessas expræsse habuerunt & vsi fuerunt vel vti potuerunt eidem Ioanni Mariæ Cardinali & pro tempore existenti causarum curiæ cameræ huiusmodi generali Auditori etiam per quoscunque Roman.pontifices prædecessores nostros ac forsan per nos sub quibuscunque tenoribus & formis concessis tibi aucto ritate Apostolica tenore præsentium concedimus & assignamus ac te nostrum & delecti filij nostri Augustini tituli sancti Appollinaris presbyteri Cardinalis moderni & pro tempore existentis camerarij nostri, & causarum curiæ huiusmodi generalem auditorem constituimus & deputamus teq; in locum dicti Ioannis Mariæ Cardinalis quoad huiusmodi auditoriatus officium illiusq; exercitium quoad vixeris substituimus & subrogamus, tibiq; per te vel alium seu alios idoneum vel idoneos locumtenentem seu locumtenẽtes ac vicegerentes, tuos quos pro tempore quoties tibi placuerit duxeris assumendos vel deputandos de omnibus & singulis criminibus excessibus & delictis in Roma.curia vel extra eam per quoscunque tam officiales sedis Apostolicæ quam alios Rom. curiam sequentes cuiuscunque dignitatis ecclesiasticæ vel mundanę,status gradus ordinis vel conditionis fuerint perpetratis vel perpetrandis tam ad fisci nostri pro tẽpore existentis procuratoris denunciationem & promotionem quam etiã ex mero officio inquirendi & super illis tam per inquisitionem huiusmodi quam accusationem seu denunciationem procedendi ac repertos culpabiles iuxta excessuum per eos perpetratorum exigentiam & qualitatem puniendi necnon omnes & singulos tam ciuiles quàm criminales & mistas spirituales ecclesiasticas & prophanas ac alias quascunque causas in quibus ad membri mutilationem & sanguinis effusionem & condemnationem non intenditur coniunctim vel diuisim quomodocunque & qualitercunque in eadem Romana curia motas & mouendas seu quomodolibet nunc & in posterum inter quascunque partes etiam per viam inquisitionis ex officio pendentes & quæ siue per appellationem interiectam a grauaminibus illatis & inferri comminatis & sententiis etiam diffinitiuis latis & promulgatis etiam per dilectum filium nostrum & præfatæ Romanæ ecclesiæ Mareschallum & in sua curia & alios quoscunque iudices ordinarios vel delegatos seu arbitros vel arbitratores,in terris Ro.eccle.mediate vel immediate subiectis etiam quibusuis in feudum vel vicariatum concessis aut alias ad sedem eandem etiam per viam reclamationis iudicialis vel extra iudicialis siue alias per viam reclamationis nullitatis delatę sint vel in posterum deferentur eas uidelicet in quibus non ageretur de maiori summa quinquaginta florenorum auri de camera aut re illius summæ verum valorem non excedente summarie simpliciter & de plano ac sine strepitu ac figura iudicii sed sola rei & facti veritate inspecta nullisq; terminis seruatis, etiam qui de stylo seu ordinatione palatii Apostolici aut alias vero more solito audiendi cognoscendi & decidendi ac fine debito terminandi, necnon per te & eosdem loca tenentes & vicegerentes tuarũ & aliarum quarumcunque in eadem curia per quoscunque iudices delegatos & subdelegatos. Necnon quorumcunque processuum generalium per Ro.Pont.tam in die cœnę domini quàm alias cum censurarum & pœna-

rum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorum ac etiam quarūcunque aliarum tam per nos quàm per Ro. Pont. pro tempore existentes siue in specie siue in genere ac alias quomodolibet latarum & ferendarum sententiarum executiones, quas etiam si delegatis ipsis aut subdelegatis seu aliis quibuscunque specialiter forsan per nos vel sedē prædictam commissæ forent aut committerentur pro tempore accumulatiue quoad te tuosq; locatenentes non autem priuatiue commissas fore decernimus & declaramus faciendi illasq; debite executioni etiam cum inuocatione auxilii brachii secularis si opus fuerit demandandi, ac prædictos & alios etiam extra Romanam curiam degentes tuæ tamen iurisdictioni ratione salarii in Romana curia per quoscunque debiti vel expensarum mutui siue contractus in eadem curia initi, aut alias quouismodo sponte aut alias submissas & submittendas vniuersitates collegia & personas cuiuscunque status gradus etiam Pontificalis præeminentiæ & alias in dicta curia degentes personas ad instantiam quorum interfuerit etiam pro expensis damnis interesse in causis quibuscunque contractibus quoties expedierit citandi monendi requirendi suspendendi ac specialiter interdicendi excommunicandi, ac iteratis vicibus aggrauandi illasq; prout expedierit arrestandi incarcerandi & detinendi pœnas & mulctas pro delictorum & excessuum ac criminum qualitate eis infligendi & imponendi, & ipsas ac earum quālibet quas a nemine etiam de partium consensu & ad id specialiter delegato ad amputandas collusiones & fraudes præterquam a te tuoq; locumtenente absolui posse decernimus ab ipsis sententiis pœnis & mulctis spiritualibus & temporalibus absoluendi & relaxandi, & generaliter omnia alia & singula gerendi statuendi disponendi præcipiendi mandandi & exercendi quæ ad huiusmodi auditoriatus officium dictæ cameræ de iure vel consuetudine quas præsentibus approbamus quomodolibet pertinēt, & quæ Auditores causarum dictæ curiæ qui pro tempore fuerunt & ex concessa eis a præfata sede facultate facere gerere statuere disponere præcipere mandare exercere ordinare ac exequi quomodolibet potuerūt seu etiam debuerunt aut soliti sunt faciendi gerendi statuendi disponendi præcipiendi mandandi exercendi, ac vnum vel plures ad præmissa omnia ipsumq; auditoriatus causarum curiæ officium exercendum quoties tibi placuerit loco tui substituendi, & substitutos reuocandi ac illos vel alios iterum substituendi & deputandi plenam & liberam dicta auctoritate apostolica concedimus facultatem, & etiam potestatem habituri processus & sententias quos & quas feceris statueris & tuleris in contradictores quoslibet & rebelles ratas & gratas illasque facturi auctore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari, Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac priuilegiis concessionibus & indultis quibusuis communitatibus uniuersitatibus terrarum sedi prædictæ mediate uel immediate subiectarum per nos aut prædecessores nostros Roman. pont. sub quibusuis uerborum formis concessis etiam si de illis specialis & expressa mentio habenda foret contrariis quibuscunque. Volumus autem quod antequàm Auditoriatus causarum curiæ huiusmodi officium inceperis exercere de ipso fideliter exercendo in

manibus præfati camerarii nostri seu eius locumtenentis præstes in forma solita iuramentum. Tu igitur prędictum auditoriatus causarum curię officium prompta deuotione suscipiens sic illud diligenti studio cura & meditatione ac integritate exequaris, vt tua opera ad Dei laudem & gloriam ac earundem ecclesiæ & curiæ bonum publicum priuatorum q; commoditatem & exemplum laudabile cedant, teq; apud nos & sedem præfatam merito peramplius commendent ut speramus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M. D. XXXVII. Id. Maii. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

INTITVLATIO REGISTRI.

Registrum siue acta in causa N. coram R. P. D. N. auditore in prima vel secunda vel tertia instan. inter partes infrascriptas habitum & factum.

Vel sic Coram R. in Christo patre & domino domino. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopo. N. sacri palatii apostolici causarum auditoris locumtenen. in prima.

Si in locum alicuius surrogatus, addatur surrogato, vel auditori surrogato.

Si coram R. P. D. Auditore cameræ.

Registrum siue acta in causa. N. coram R. P. D. N. curiæ causarum cameræ apostolicæ generali Auditore in prima instantia inter partes infrascriptas habitum & factum.

Initium Registri

PRÆSENTATIO COMMISSIONIS.



N NOMINE Domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo trigesimo septimo. Indictione decima. Die vero veneris vigesima mensis Iunij. Pontificat. S. in Christo patris & domini nostri D. Pauli diuina prouidentia Papę iij. anno tertio. In mei notarij publici testiumq́; infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus vir. N. prefati Sanctissimi domini nostri Papę cursor ex parte eiusdem d. n. Papę quandam commissionis siue supplicationis papyri cedulam Reuerendo patri. d. N. vtriusque iuris doctori, dicti. d. N. Papę capellano & ipsius sacri palatij Aposto. causarum auditori facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Quam quidem commissionis siue supplicationis papyri cedulam dominus auditor memoratus, de ipsius cursoris manibus reuerenter vt decuit ad se recipiens, eam mihi. N. clerico. N. diœce. publico Apostolica & Imperiali auctoritatibus & sacri palatij Apostolici antedicti causarum notario, scribęq́; suo tradidit fideliter registrandam. Mandans nihilominus atque committens vt tam dictam commissionis siue supplicationis cedulam, quàm etiam omnia alia quæ ipsius commissionis vigore conscribenda occurrerint in actis meis publicis & præsentis causæ registro fideliter scriberem & registrarem, aut per alium mihi fidelem scribi & registrari facerem. Et cum expediens fuerit in publica redigerē seu redigi facerē documēta, partibusq́; copiam petētibus, dum ipsis per. D. Auditorem prefatum decreta fuerit atque concessa, fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem.

Annus indictio dies mēsis & pōtificatus.

Nomē cursoris.

Nomē & titulus Auditoris.

Nomen mei notarij.

Vel sic, si est coram Episcopo locumtenen. vel electo.

Reuerendo in Christo patri & D. N. Dei & Apostolicę sedis gratia Episcopo. N. vel electo. N. vnius ex reuerendis patribus domini sacri palatij Apostolici causarum auditoribus locumtenen. facto realiter &c. Et aduerte verbum ibi locumtenente, quòd quando auditor sacri palatij apostolici promouetur ad aliquā Ecclesiam Cathedralem non uocatur vlterius auditor sed auditoris locumtenens, & promoti ad Ecclesiam cathedralem non possunt eligi ad audiendū causas in dicto palatio apostolico. Et causa quando reperitur commissa pluribus dictis auditoribus, ille cognoscere causam debet, cui primo comissio præsentata fuit, etiam absque consensu aliorum coauditorum, nisi causa sit commissa extra Rotā, quia tunc cognoscere debet causam ille qui primo citationem decreuit, non autem præsentatione rescripti. Cass. de Rescri. Dec. 5. in princ. Et causa com-

Titulus episcopi vel electi.

missa Auditori sacri Palatij,& alteri Iudici non auditori super eadem causa præsentata fuit commissio,qui iudex nō auditor quia primo citationē decreuit,causam expedire debet.Cass.de Rescri.Dec.5.num.j.Et causa profana in qua petitus fuit procedi summarie, & de plano:signatura tamen simpliciter dicat audiat talis & iustitiam faciat potest cognosci summarie & de plano,quia omnia petita videntur concessa, si de commissione cancellatum aliquid non sit.Rot.in nou.de rescr.dec.9.alias 77.si petatur,secus si signatura dicat:Audiat talis,& iustitiam faciat.Rot.in nou.Dec.28. alias 358.eo.titu.si commissione.

Vel sic si est coram R.P.D. Auditore cameræ.

Titulus R.P.D. Auditoris cameræ aposto.

R.P.D.N.Curiæ causarum cameræ Apostolicæ generali Auditori Romanæq; curiæ ac appellationum & reclamationum in terris Roma.eccle. mediate vel immediate subiectis quomodolibet interpositarum iudici ordinario sententiarum & censurarumq; in eadem Romana curia latarum ac literarum Apostolicarum vniuersali executori iudiciq; & commissario ab eodem D.N.Papa specialiter deputato facto realiter &c.

Vel sic si est coram surrogato alicuius.

Reuerendo patri D. N. vt supra causarum & causæ huiusmodi in locum Reuerēdi P.D.N.dicti palatij causarum coauditoris sui propter eius à Roma.cu.recessum siue eius corporis alterationem surrogato auditore facto realiter vt su.nisi quod addatur hęc dictio surrogatus siue sit Episcopus siue electus.Et hic nota quod quando vnus ex auditoribus dicti palatij apostolici & Episcopi si casu recedat à Roman.cur.& ad partes aliquas uadat, siue propter infirmitatem,aut alium ineuitabile impedimentum ita quod causas coram eo pēdentes audire non potest,tunc partes colitigantes propter impedimentum Auditoris amicabiliter concordant de alio Auditore, qui causas easdem audiat,& si non sunt concordes citantur per cursorem vicissim hinc inde coram Reuerēdo.D.Decano Rotæ antiquiore auditore, coram quo litigantes duos pro quolibet Auditores alios nominant, & si non concordant in vno ex dictis nominatis.Reuerendus.D.Decanus,aut vnum ex dictis quatuor auditoribus eis assignat, aut vnum ex auditoribus non nominatis nominat,qui postmodum ad expeditionē causæ procedat.

Si principalis notarius non scribit in rota,tunc sic.

Eam mihi.N.de.N.clerico.N.dioce.publico Apostolica & imperiali auctoritatibus notario in locum discreti viri.M.N.dicti palatij causarum notarij scribę suo &c.vt su.

Vel sic si est coram commissario.

Titulus D.Iudicis commissarij Aposto.

Reuerendo in Christo & D.D.N.Dei & Apostolicę sedis gratia,Episcopo.N.Sanctissimi.D.N.Papę Referendario causæq; & causis ac partibus infrascriptis iudici commissario ab eodem.D.nostro Papa specialiter deputato facto &c.

Commissio causæ per cursorem præsentata.

Tenor vero commissionis,siue supplicationis papyri cedulę vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

Dignetur &c.vel Beatissime pater &c. & scribatur tota cōmissio vsque ad signaturam exclusiue:deinde.For.aduoc.xxj.i.

In fine vero dictę commissionis siue supplicationis cedulę scripta erant de alterius manus litera superioribus literis ipsius cedulę penitus & omnino dissimili & diuersa hæc verba, videlicet.

De mandato domini nostri Papę. Audiat idem auditor, terminum præfigat ac procedat etiam summarie vt petitur, & iustitiam faciat: & dicta verba in fine dictę commissionis ponuntur etiam sub alijs commissionibus, sed non hæc proprie sed secundum materiam & naturam alterius commissionis.

In extremitate vero inferioris marginis scripta erant etiam de alterius manus litera superioribus literis ipsius cedulę similiter penitus & omnino dissimili & diuersa hæc verba, videlicet. Signatura commissi.

Placet domino nostro papę. Hier. Card. Verallus.

PRæsentata siquidem & tradita fuit pręinserta commissionis siue supplicationis papyri cedula Reueren. P. D. N. Auditori præfato.

Si est Episcopus vel surrogatus, tunc sic.

Reuerendo in Christo patri & domino. N. Episcopo locum tenen. surrogato per cursorem antedictum Romæ in domo habitationis suę sub anno indictione mēse die & pontificatu quibus supra præsentibus ibidem discretis viris magistris. N. & N. notarijs publicis, dictiq; domini Auditoris siue Episcopi locumtenen. surrogati & coram eo scribis clericis. N. & N. dioce. testibus ad pręmissa vocatis specialiter atque rogatis. Locus præsentationi commissionis. Testes.

Vel sic, si fit in iudicio. Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum Aposto. in quo iura reddi solent mane hora audien. causarum consueta ad iura reddendum & causas audien. in loco suo solito & consueto pro tribunali seden. Sub anno indictione &c. præsentibus vtsu.

Si eadem die aliquid fit propter præsentationem commissionis, sic continuatur.

Post cuius quidem commission. siue supplication. cedulę præsentationem sic vt premittitur factam constitutus &c. siue comparuit. N. &c.

Præsentatio commissionis dependentis.

DIe &c. In mei præsentis causæ notarij atque scribę prædicti testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus vir. N. D. N. Papę cursor ex parte eiusdem. D. N. Papę quandam commission. siue supplication. dependen. papyri cedulam. D. N. Auditori presato &c.

Si est copia preinserta tunc sic. Papyri cedulam copiam alterius cōmissionis in eius capite. Vel sic binas copias in eius preambulo habentem. D. Auditori.

Vel sic Episcopo locumtenen. surrogato presato facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Quam quidem commissionis siue supplicationis dependen. cedulam idem D. Auditor adse de ipsius cursoris manibus reuerenter vt decuit recipiens, eam mihi præsentis causæ notario atque scribę prædicto tradidit fideliter registrandam. Mandans mihi nihilominus atque committens vt tam ipsam commission. siue supplication. dependen. cedulam quam etiam omnia alia & singula quæ ipsius commissionis vigore inter partes in eadem conten-

tas conscribenda occurrerint in actis meis publicis, & ipsius causæ registro fideliter scriberem & registrarem, aut per alium mihi fidelem scribi & registrari facerem, & cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta: partibusq; copiam petentibus dum ipsis per dominum Auditorem concessa fuerit fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem.

Clausula quando Episcopus est translatus.

Mandans mihi nihilominus atque committens, vt in omnibus & singulis causis in quibus coram prefato. D. tunc Episcopo. N. nunc vero. N. iudice & commissario scribere solebam, seu ad scribēdum deputatus fueram vlterius coram eo scriberem & continuarem &c.

Si habet copiam preinsertam.

Cōmissio dependens cum altera preinserta p̄sentata.

Tenor vero commissionis siue supplicationis dependentis papyri cedulę ac copię alterius commissionis eidem in capite preinsertę, vnde supra fit mentio sequitur & est talis. Dignetur &c. vel Beatissime pater, &c. In fine &c. Præsentata &c. vt supra nisi quod addatur dependentis.

For. aduoc. xxviij. 61.

Præsentatio commissionis generalis.

IN mei præsentis causæ notarij atque scribę prædicti testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus vir. N. domini nostri Papę cursor ex parte eiusdem domini nostri Papę quandam commissionis siue supplicationis generalis papyri cedulam, Reuerendo patri domino N. vtriusque iuris doctori, dicti domini nostri Papę capellano, & ipsius sacri palatij causarum Apostolici & in locum Reueren. patris domini. N. Dei & Apostolicę sedis gratia Episcopi & causarum palatij antedicti Auditoris locum tenētis Auditori surrogato propter ipsius. D. N. Episcopi locumtenen. à Ro. cu. absentiam vel corporis alterationem, vel obitum facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque præsentauit. Quam quidem commissionis siue supplicationis papyri cedulam idem. D. Auditor surrogatus de ipsius cursoris manibus ad se reuerenter vt decuit recipiens, eam mihi præsentis causæ notario atque scribę prædicto tradidit fideliter registrādam.

Mandans nihilominus atque committens, vt in causa & causis huiusmodi in quibus coram eodem domino Episcopo locumtenen. Ante ipsius à Romana curia recessum vel corporis alterationem, vel obitum, scribebā & ad scribendum deputatus fueram, vlterius coram eo fideliter scriberem & continuarem. Ipsamq; commissionis siue supplicationis generalis cedulam in actis meis publicis ac præsentis causæ omniumq; & singularum causarum prædictarum registris fideliter scriberem & registrarem, aut per alium mihi fidelem scribi & registrari facerem. Et cum expediēs fuerit ipsam cum omnibus & singulis quæ ipsius commissionis vigore fieri contigerit in publica redigerem, seu redigi facerem documenta, partibusque copiam petentibus dum ipsis per dominum Auditorem surrogatum prefatum decreta fuerit atque concessa, fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem.

For. Aduo. xxij. 12.

Tenor vero commissionis siue supplicationis generalis papyri cedulæ vnde supra fit mentio sequitur & est talis. Dignetur, &c. In fine vero &c.

&c. vt supra.

Principium registri coram Cardinali quando committitur viuę vocis oraculo.

ANno &c. In mei notarij publici testiumq; infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Reuerendissimus in Christo pater ac. D.D.N. miseratione diuina. tt. sancti. N. sacrosanctę Ro. ecclesiæ presbyter Cardinalis. N. vulgariter nuncupatus iudex & commissarius auctoritate Apostolica specialiter ad infra scripta deputatus, asserens qualiter hodie prefatus D. noster. D. Paulus papa tertius in palatio apostolico viuę vocis oraculo sibi commisisset atque in mandatis dedisset, vt de omnibus & singulis in infrascripta cõmission. contentis eorumq; circunstantijs vniuersis diligenter se informaret, causamq; & causas inter partes in eadem descriptas audiret, cognosceret, decideret, & fine debito terminaret cum omnibus & singulis suis emergentibus dependentibus & connexis, cum potestate etiam per edictum publicũ monendi citandi & sub censuris ecclesiasticis inhibendi, ac in euentum nõ paritionis declarandi aggrauandi, aliasq; & alia faciendi prout & quemadmodum in eadem commissione. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur. Quam quidem commissionis siue supplicationis cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit mihi. N. clerico. N. diœce. publico imperiali auctoritate notario scribęq; suo tradidit fideliter registrandam. Mandans mihi nihilominus atque cõmittens &c. vt sup.

Relatio Cardinalis de commissione causæ sibi facta.

Tenor vero commissionis &c. vt supra.

Vel aliquando sic.

DIe &c. Reuerendus in Christo pater & D.D.N. miseratione diuina. tt. sancti. N. presbyter Cardinalis. N. vulgariter nuncupatus. Iudex & Commissarius predictus mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto quandam expositionis siue supplicationis cedulam facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit. Et nihilominus mihi præsentis causæ notario atque scribę predicto retulit qualiter hodie in consistorio publico præfatus dominus noster papa sibi expositionis siue supplicationis cedulam huiusmodi dedit & commisit viuę vocis oraculo, quatenus in præsenti causa procederet non obstante suspicione de non procedendo prius per eum facta.

Alia relatio Cardina.

Vel sic. Huiusmodi causa. N. dictę expositionis siue supplicationis cedulę continentiam & tenorem resumeret, & procederet in eadem mandans nihilominus atque committens, vt dictam expositionis siue supplicationis cedulam ac suam relationem huiusmodi apud acta præsentis causæ registrarem aut per alium mihi fidelem registrari facerem, & cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta, &c.

Tenor vero expositionis siue supplication. papyri cedulę vnde supra fit mentio, &c.

Facta autem fuit relatio huiusmodi mihi præsentis causæ notario at-

que scribę predicto per Reuerendissimum D.Cardinalem Iudicē & Commissarium prefatum Romæ in domibus habitationis suę sub anno indictione, dię mense & pontificatu quibus supra, &c.

Vel sic & frequentius.

IN nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem &c. vtsu. discreti viri N.& N. Sanctissimi domini nostri Papę prelibati cursores ex parte eiusdem D. nostri papę quandam commissionis siue supplicationis, &c. vt supra. Præsentata &c. per cursores antedicto Romæ in domibus habitation. suę &c.

Principium registri coram commissario vigore literarum Apostolicarum.

Alia relatio Cardina.

IN nomine domini Amē &c. In nostrorum notariorum publicorum testium.q; infra scriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir D.N. principalis in infrascriptis literis Apostolicis principaliter nominatus habens & in suis tenens manibus quasdam literas apostolicas prefati domini nostri Pauli papę tertij eius vera bulla plumbea cum cordula canapis more Roma.cu. impenden. bullatas sanas siquidem & integras non vitiatas cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes vt in eis prima facie apparebat. Quas quidem literas Apostolicas idem dominus N. principalis Reuerendissimo in Christo patri & D.D.N. Dei & apostolicę sedis gratia Archiepiscopo N. alteri ex iudicibus & executoribus in eisdem literis Apostolicis descripto ac nominato, per prefatum D. nostrum Papam auctoritate apostolica cum illa clausula. Quintus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios, &c. specialiter deputato humiliter exhibuit atque præsentauit. Dictusque R. D.N. Archiepiscopus iudex & executor prefatas literas Apostolicas ad se cum ea quæ decuit reuerentia recipiens eas nobis N.& N. Apostolica & Imperiali auctoritatibus notarijs publicis tradidit fideliter registrandas. Mandans nobis nihilominus atque committens vt tam ipsas literas Apostolicas quā omnia alia & singula quæ ipsarum vigore inter partes in eisdem contentas conscribenda occurrerint in actis nostris publicis atque præsentis causæ registro fideliter scriberemus & registraremus, aut per alium nobis fidelē scribi & registrari faceremus, & cum expediens fuerit in publica redigeremus seu redigi faceremus documenta partibusq; copiam petentibus dum ipsis per prefatum R.D. Archiepiscopum iudicem & executorem decreta fuerit concessa fideliter traderemus & exhiberemus actis ex eisdem. Non cōsueuerunt inchoari causæ mediante exhibitione literarum apostolicarū nisi corā auditore cameræ, qui est merus executor literarū Apostolicarum, & hoc seruatur in literis apostolicis reseruationis alicuius pensionis annus super fructibus alicuius beneficij, & in obligationibus in forma Camerę, & uigore appositionis corā eo interpositæ à grauaminibus, sine diffinitiua in terris Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis interposite cū auditor Camerę ordinarius iudex sit in omnibus appellationibus in Terris Ecclesiæ interpositis, & coram alijs iudicibus requiritur commissio, siue rescriptum etiam quo ad Auditores Rotæ ad radicandam iurisdictio-

Præsentatio literarum apostolicarum per principalem.

Nomen domini commissarii.

Nomina notariorum.

nem suam, quam non habet sine mandato principis, & ita seruatur stilus in Roma. Cur. Et si procurator constitutus in aliqua causa, non acceptauerit onus procurationis expresse, nec dictæ procuræ consenserit faciedo, & producen. iura, sed solummodo passus est se citari ad aliquem, vel omnes actus dictæ causæ, & nunquam comparuit, non dicitur vere procurator & non est sufficiens tacitus consensus, & patientia, & ita practicatur. Cass. de Rescr. dec. 3. in princi. vsque ad numerum secundum.

Tenor vero literarum Aposto. vnde supra fit mentio, &c.

Paulus Episcopus.

Principium registri remission. in partibus iudici eiusdem præsentatę.

Præsentatio remissorie.

IN nomine domini Amen, &c. Constitutus discretus vir. N. clericus N. dioce. nuncius portitor iuratus ad hoc vt asseruit specialiter deputatus ex parte. R. Pa. D. N. iuris vtriusque doctoris prælibati domini nostri Papę capellani ac ipsius sacri palatij Apostolici causarum causæq́ atque causis ac partibus infrascriptis Auditoris nonnullas patentes literas eiusdem. D. Auditoris suo sigillo cerę rubeæ impressa capsula lignea cum cordula fili rubei coloris impenden. sigillatas sanas integras non vitiatas non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio & suspicione vt prima facie apparuit carentes, vna cum remissionis rotulo sub eodem sigillo more Roma. cu. vt apparuit firmiter clauso. Venerabili & circūspecto viro domino. N. decretorum doctori decano. N. iudici & commissario ac causæ huiusmodi remission. executori facto realiter & in scriptis, quarum remission. literarum tenor inferius est insertus exhibuit atque præsentauit. Et nihilominus literas, & rotulum clausum remission. predictæ ipsum rotulum non aperiendo neque in ipso, & literis huiusmodi aliquid addendo minuendo vel mutando fideliter portasse & vt præfertur presentasse per iuramētum suum iam vt asseruit prestitum & quod de mandato in manibus prælibati domini N. decani iudicis commissarij & executoris ad sancta Dei euangelia scripturis sacrosanctis propterea tactis corporaliter iterum & de nouo prestitit dixit & iurauit. Quas quidem patentes literas vna cum rotulo remissionis huiusmodi idem dominus M. decanus commissarius & executor ad se recipiens ipsasq́ mihi N. clerico. N. dioce. publico apostolica auctoritate notario tradidit. Mādans nihilominus atque committens vt tam ipsas patentes literas quàm rotulum remission. huiusmodi postquam fuerit iudicialiter apertum ac omnia & singula quæ rotuli & literarum huiusmodi vigore inter partes in eis contentas conscribenda occurrerint in actis meis publicis & præsentis causæ registro fideliter scriberem & registrarem, aut per alium fideliter scribi & registrari facerem, & cum expediens fuerit in publica redigerē seu redigi facerē documenta, partibusque copiam petentibus dum ipsis per eundem dominum. N. decanum iudicem & commissarium executorem decreta fuerit & concessa fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem &c. Tenor vero dictarum literarum una cum rotulo remissionis huiusmodi sequitur, & est talis. Comparuit &c. Infra lxxvi.

Portitor præsentauit d. iudici remission. & tact. &c. iurauit se fideliter portasse.

Nomen D. iudicis.

Nomen mei notarij.

Initium registri coram auditore camerę iudice ordinario Appellationum per introductionem appellationis,&c.

Procur.dans instrumētum procurationis & fide legalitatis cū duobus īstrumētis appellation. facie obtinuit appel.ipsas admitti & citat. cū inhibit. ac compulso ad partes decerni sub termino. xx.di.&c.

IN nomine domini amen &c.Coram auditore,&c.In mei notarij publici &c.constitutus prouidus vir.M.N.honorabil.viri.D.N.in huiusmodi causa principalis procurator volens de suę procurationis mandato fidem facere legitimam. Quoddam procuration.mandati instrumētum publicum signo,& subscriptione discreti viri.N.&c.vt prima facie apparebat signatum,& subscriptum vna cum quadam litera testimoniali super legalitate eiusdem notarij patenti sigillo magno eidem literę impresso priorum,& consulum dictę ciuitatis vt videbatur facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit. Et insuper duo appellation.pro parte sua vel pro parte ipsius.D.N. principalis in partibus interpositarum publica instrumenta signo & subscriptione solitis dicti.N.notarii vt in eis similiter apparuit facta,subscripta & signata etiam facto realiter,& in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit. Quas quidem appellation.& earum quamlibet prælibatus M.N.procurator quo supra nomine procuratorio admitti.Sibiq; & parti suæ earundem vigore citationem legitimam vna cum inhibition.inserta extra Roma.cu.& ad partes contra & aduersus N.& N.exaduerso principales supradictos. Necnō egregium virum D.N.iudicem &c.si sententiam suam defendere voluerit.Omnesq; alios & singulos sua cōmuniter vel diuisim interesse putan. extra Roma.cu.& ad partes in forma dictę curiæ consueta decerni, & concedi per D.Auditorem prefatum debita cū instan.postulauit. Ex tunc D. Auditor memoratus ad prenominati magistri N.procuratoris instan.appellation.antedictas more solito admittendum duxit & admisit. Et nihilominus earum vigore citationem vna cum inhibitione inserta prepetitas eidem magistro N.procuratori instan.& peten.partiq; suę extra Ro. cu.& ad partes decreuit atque concessit,easq; prout petitę extiterāt atque decretę per me N.dictę curiæ & præsentis causę notarium atque scribam predictum exinde fieri & subscribi,sigilliq; proprij dictę curię camerę Apostolicę quo ipse dominus Auditor vtitur appensione cōmuniri voluit,iussitq; pariter & mandauit prout,& quemadmodum in quibusdā citation. vna cum inhibitione inserta publicis instrumentis per me præsentis causæ Notarium atque scribam prędictum exinde in notam recept. & inferius apud acta causæ huiusmodi registratis plenius continetur & habetur, Præsentibus ibidem,&c.

For.instr.43.co. 4. For. Aduoc. cixxiij.8.Fo. Instru.19.col.3.

Tenores vero mandati procuration.& appellation.necnon citation. publicorum instrumentorum vnde supra fit mentio,&c.

Appellationis interpositio coram R.P.D.Auditore camerę tanquam coram egregia persona.

COmparuit in iudicio,&c.coram R.P.D.Petro Paulo Parisio iu.V.D. Sanctæ sedis Apostolicę protonotario,curię cau.camerę Apostolicę generali Auditori ac iudice appellation. & reclamation. in terris Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subiect.quomodolibet interpositarum & vt tanquam egregia persona honorabilis vir dominus N.principalis, &c. & a R.P.D.ciuitatis Aretinæ gubernatore necnon a quadam diffinitiua

sententia

sententia seu vim diffinitiue haben. cōtra dictum N. & in fauorem cuiusdam B. in quadam causa coram eodem D. Gubernatore inter eosdem D. N. & B. de & super quibusdam pecijs terrarum rebusque alijs, &c. vertente lata alijsque grauaminibus sibi vt asserunt per dictum D. gubernatorem illatis, Ad sanctissimum, vt infra de Appellationibus fo. xxxvij. vsque pro lecta habens. Prefato D. N. principali appellanti & apostolos petenti, apostolos testimoniales sibi dandum & concedendum duxit atque concessit. Super quibus &c. præsentibus &c. Deinde idē D. N. principalis ibidē &c. Coram eodem R. P. D. Auditore cameræ, tanquam Rom. cu. & iudice Appellationum ordinario &c. comparens Et supra dictam appellationis papyri cedulam siue appellationem vt premittitur per eum coram eodē D. Auditore cameræ tanquam egregia persona interpositam hic repetijt eamq; tanquam coram iudice appellationum & reclamationum in terris, &c. ordinario facto &c. introducendum duxit & introduxit. Quam quidem appellationem vt premittitur pro parte dicti domini N. principalis interpositam R. P. D. Auditor prefatus si & in quantum de iure admitti debeat admittendum duxit & admisit. Consequenter autem dictus D. N. principalis ibidem adhuc &c. Comparens, & sibi citationem legitimam vna cum inhibitione inserta &c.

Tenor vero appellation. papyri cedulæ vnde supra &c.

Vel sic.

Formu. Aduoc. clxxviij. 24.

Et nihilominus quoddam appellationis publicum instrumentum ab eximio & R. D. N. vicario reuerendissimi domini N. Archiepiscopi & tunc in huiusmodi causa commissario Apostolico interpositę in quadam causa verten. coram eodem inter honorabilem virum dominum N. & B. de & super certa pecuniarum summa rebusque alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius expressis & illorum occasione partibus ex altera à quadam sententia seu pronunciatione per prefatum D. N. vicarium & in fauorem dicti B. & contra eundem dominum N. lata & promulgata, & per discretum virum magistrum P. publicum Apostolica auctoritate notarium signatum & subscriptum facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit, eādemq; appellationem coram eodem R. P. D. Auditore cameræ vt iudice appellationum ordinario introducendum duxit & introxit. Quam quidem appellationem supradictus dominus Auditor si & in quantum de iure admitti debeat admittendum duxit & admisit Consequenter autē dictus magister N. procurator ibidem adhuc præsens & personaliter constitutus & sibi citationem legitimam vigore dictæ appellationis &c. vt supra.

Procurator producto instrumēto appellationis introduxit eundem appellationem coram ordinario quā petijt & obtinuit admitti si & in quā tum.

Tenor vero appellationis publici instrumenti vnde supra &c.

Formu. Aduoc. clxxviij. 24.

Principium regiſtri coram auditore cameræ per instrumentum obligationis sub pœnis cameræ.

Procurator producto instrumēto obligation. facto obtinuit cōsteri debitum per procuratore hic notatū & debitores excōmunicari nisi intra tres.

IN nomine domini Amē. Anno à natiuitate &c. Coram R. P. D. N. &c. generali Auditore. Nota hic ꝙ Auditor camerę in obligationibus in forma cameræ & in Roma. cu. est iudex ordinarius cum potestate ordinaria & sine rescripto glo. in ver. Auditor in Cle. Auditor de Rescrip. licet ibi gl. dicat Boni. viij. interloquutum fuisse ꝙ in Cu. Ro. nullus habet ordinariā

nisi papæ & idem est super quo loquitur in sequenti c.quia ibi loquitur de causa introducta uigore appellationis, quia auditor cameræ in Rom.cu. & in statu ecclesiast co est iudex ordinarius in omnibus causis appellationum, in mei N.clerici.N.diœce.publici imperiali & Apostolica auctoritatibus dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ, & huiusmodi causæ per eundem dominum N.Auditorem notarij & scribę specialiter deputati, testiumq; infrascriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus vir magister N.dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ notarius, & discretorum virorum N. & N. creditorum principalium procurator assertus, & eo nomine quo supra procuratorio per R.patrem D.N.Abbatem & N.& N.debitores de cc.flo.auri de camera dictis creditoribus principalibus facto instrumentũ publicũ per me &c. prædictum subscriptum & signatum facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit. Et nihilominus discretum virũ N.prædictæ curiæ causarum cameræ Apostto.notarium, & prædictorũ D. Abbatis & N.debitorum procuratorem in eodem obligation. instrumẽto inter alios constitutum, ad confitendum huiusmodi debitum in huiusmodi instrumento contentum cc.flo.auri de camera debita cum instan.requisiuit. Qui quidem N.procurator & eo nomine quo supra procuratorio sic vt premittitur requisitus, statim & incontinenti viso per eum &c.instrumento dictum debitum cc.flo.&c.prout id ex tenore dicti obligation & cõstitution.publici instrumenti melius facere poterat publicè & expresse confessus fuit pariter & recognouit. Quo facto idem M.N. procurator quo supra nomine procuratorio ibidem adhuc præsens & iudicialiter comparens, ac confessionem huiusmodi expresse acceptans dictis D.Abbati & N. debitoribus ad dandum & soluendum dictis N.& N.creditoribus huiusmodi cc.flor.sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, in personam dicti M.N.procuratoris ibidem præsentis & comparentis aliquem certum peremptorium terminum prefigi, statui, & assignari per D.Auditorem &c. postulauit. Quem quidem terminum D.Auditor pręfatus ad prænominati M.N.procura.instan.dicti N.& N.debitoribus ad act.& terminum huiusmodi nisi intra sex dies ex tunc immediate sequẽ.sub excommunicationis pœna dicto magistro N.procuratori prefigendum duxit & præfixit.

De Confessione debiti.

Comparuit. N. principalis citra &c.& dato istrumento obligationis facto obtinuit confiteri debitum.
Form.instru.47. col.3.

DIe &c.Comparuit in iudicio &c.D.N.mercator Pisan.Roma.cui iam sequens principalis principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, & quoddam obligation.instrumentum publicum manu & signo discreti viri M.N.publici Apostolica & Imperiali auctoritatibus notarij vt prima facie apparebat signatum & subscriptum, ad docendum de debito infrascripto facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit. Et nihilominus debitum mille quinquaginta ducat.auri de camera in quibus Reuerendus pater D.N.ex aduerso principalis in dicto obligationis instrumento ex aduerso principaliter nominatus ipsi D.N.principali & socijs mercatoribus Rom.cu.sequen. prout in dicto

instrumento deducitur, ex causa veri puri & amicabilis mutui efficaciter obligatus existit per discretum virum M.N.clericum N.diœce.dictæ curię causarum cameræ Apostolicæ notarium alterum ex procuratoribus, per dictum D.N.debitorem inter alios in dicto instrumento descriptos constitutum procuratorem ibidem præsentem & astantem confiteri, eundémq; N.ex aduerso principalem debitorem ob causam prædictam iurisdictioni compulsioni, ac mero examini dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ submitti mandari per dominum Auditorem prefatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc D.Auditor ad dicti D.N.mercatoris instantiam pręfatum deb tum mille quinquaginta ducatorum auri de camera per pręfatum M.N.procuratorem ibidem adhuc præsentem vt premittitur & astantem confiteri, eundemq; N.exaduerso principalem debitorem ob causam pręnarratam iurisdictioni compulsioni ac mero examini dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ submitti voluit, iussit pariter & vt moris est mādauit. Qui quidem M.N.notarius & procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens statim & incontinēti viso primitus, & per eum diligenter inspecto instrumento obligationis in forma cameræ superius designato, dictum debitum mille quinquaginta ducat.auri de camera prefato D. N. principali & socijs mercatoribus Roma.curiam sequentibus prout ex forma dicti instrumenti melius & efficacius poterat sponte palam & publice confessus fuit & confitebatur, ac dictum D.N. principalem debitorem iurisdictioni compulsioni & cohertioni dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ & eius auditoris præfati supposuit & submisit. Quo facto dictus D.N. mercator principalis ibidem adhuc præsens & principaliter pro seipso, citra tamē quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem iudicialiter comparens pręnominatum D. N.debitorem in dicto debito mille quinquaginta ducat. auri de camera sic vt premittitur confessato condemnari, ipsumq; licet absentem in persona tamen dicti sui procuratoris ex eo quia de dicto debito satisfacere nō curauit in scriptis excommunicari, & vt talem publicè denunciari mandari, literasq; desuper necessarias in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c.postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti N.principalis instantiam pręfatum N.debitorem in dicto debito condemnauit, ipsumq; licet absentem ob causam pręmissam in scriptis excommunicauit, nisi intra tres dies proxime & immediate sequentes dicto N. creditori, aut eius legitimo procuratori integre & cum' effectu satisfecerit &c.

Quo facto idem N.principalis obtinuit N. debitorem excommunicari nisi intra tres dies contra absentem.

Vel sic in contumaciam.

Relatione facta &c.

Comparuit in iudicio coram domino N.auditore D.N. principalis citra, &c. Et quodam obligationis in forma cameræ instrumentum in actis mei præsentis causæ notarij sub anno à natiuitate domini M. D. xxxvi. die quarta mensis N.inter eundem D.N.principalem creditorem & D.B. debitorem rogatum. In quo quidem instrumento idem D.B. debitor dicto domino N.mercatori creditori in summa trium mille ducatorū auri

Principalis repetito instrumēto in actis &c. rogato in cont.partis aduersæ obtinuit cōfiteri debitū & aduersariū excōicari nisi intra tres.

in auro de camera ratione pretij diuersarum possessionum, rerum, & bonorum pro residuo maioris summæ tenetur & obligatur facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris repetijt atque produxit. Et nihilominus partis sibi in huiusmodi causa aduersę non comparentis, neque dictum debitum trium mille ducatorū in quibus dictus B. ex aduerso principalis debitor in eodem instrumento nominatus, præfato D. N. mercatori principali etiam in dicto obligationis instrumento principaliter nominato occasione & ex causa prædicta & alias, prout in dicto obligationis instrumento deducitur obligatus existit, per prouidum virum magistrum Ioannem Iacobum Buccam clericum Asten. diœce. dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ notarium alterum ex procuratoribus per pręfatum D. B. debitorem inter alios in dicto obligationis instrumento descriptos constitutū procuratorem, ibidem coram præfato R. P. D. auditore vt supra ad iura reddendum &c. pro tribunali sedente præsentem & astantē confiteri, eundemq; B. debitorem ob dictam prænarratam causam iurisdictioni cōpulsioni cohertioni, ac mero examini dictæ cu. cameræ Apostolicæ submitti mandari ac ipsum ob dictæ summæ trium mille ducatorum &c. non solutionem pro residuo prætij possessionum prout in dicto instrumento deducitur in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari mandari, & literas desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi videre seu audire, neque aliquam rationabilem &c. contumacem reputari. Et in eius contumaciam dictum debitum trium mille ducatorum vt pręmittitur per pręfatum debitorem ex aduerso principalē in pręfato obligationis instrumento vt supra repetito nominatum causa & occasione prædicta &c. eidē D. N. creditori prout in eodem instrumento deducitur per præfatum magistrum Ioan. Iacobum notarium dictæ curiæ vnum ex procuratoribus per dictum D. B. debitorem inter alios in eodem instrumento præpetito descriptos constitutum procuratorem ut pręmittitur præsentem &c. confiteri, ipsumq; B. debitorem ex aduerso principalem ob dictam causam iurisdictioni compulsioni ac mero examini dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ submitti mandari, ac eundem B. debitorem ob dictæ summæ trium mille ducatorum non solution. in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publicè denunciari & publicari mandari ac literas desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per D. audito. &c. postulauit. Memoratus tunc dominus auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad domini N. creditoris principalis instantiā pręfatum debitum trium mille ducatorum &c. pro residuo maioris summæ occasione pretij possessionis & terrarum prout in dicto instrumento deducitur debetur per præfatum magistrum Io. Iacobum Buccam notariū dictæ curiæ dictiq; domini B. debitoris procuratorē vt supra in dicto obligationis instrumento inter alios constitutum. Ibidem præsentem &c. confiteri eundemq; D. B. ex aduerso principalem debitorem ob prænarratam causam iurisdictioni compulsioni ac mero examini dictæ curiæ &c. submitti voluit iussitq; pariter atque mandauit vt moris est. Qui quidem magister. Io. Iacobus Buc. notarius & procurator sicut pręmittitur coram

præfato

præfato D.auditore Romapiqi æui vt supra loco & hora præallegatis ad iura reddendum &c.sedente, præsens & quo supra nomine procuratorio iudicialiter comparens statim & incontinenti viso primitus per eum ac diligenter inspecto instrumento obligation.in forma cameræ de summa ducat.trium mille &c.vt pręmittitur repetito & designato dictum debitum trium mille ducatorum præfato D.N.principali creditori prout ex forma dicti instrumenti melius & efficacius poterat sponte palam & publice confessus fuit,& confitebatur,ac dictum D.B.debitorem iurisdictioni compulsioni & cohertioni dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ & eius auditoris præfati supposuit & submisit. Quibus quidem confessione & submissione iudicialibus sic vt premittitur per dictum procuratorem factis & per eundem D.auditoré visis & auditis ad dicti domini N. creditoris adhuc prȩsentis & iudicialiter comparentis instantiam,eundem D.B.debitorem, licet absentem in personam tamen dicti magistri Ioan. Iacobi Buccę notarij & procuratoris in debito vt supra confessato condemnandum duxit & condemnauit,ac eundem ex quo de antedicto debito satisfacere nondum curauit in scriptis excommunicandum duxit & excommunicauit,& vt talem publicè denunciandum & publicandum fore & esse decreuit.nisi intra tres dies proxime & immediate sequentes dicto domino N. principali creditori in dicto instrumento obligationis principaliter nominato, aut eius legitimo procuratori ad hoc sufficiens mandatum habenti de dicta summa trium mille ducatorum &c.prædictorum realiter & cum effectu ac integre satisfecerit. Super quibus omnibus &c. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N.& N.dictæ curiæ causarum cameræ apostolicæ notarijs clericis N.& N.respectiue diœce.testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Tenor vero instrumenti obligationis vnde supra fit mentio sequitur,& est talis.For.Instr.65.col.2.

In nomine Domini amen &c.

DECRETVM CITATIONIS CVM INHIBITIONE ad partes ad instan.principalis vigore commissionis.

COmparuit &c. vel constitutus &c. honorabilis vir. D. N. principalis in præinserta ipsi domino auditori facta & præsentata commissione principaliter nominatus,principaliter pro seipso citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem.Et sibi citationem legitimam vna cum inhibitione inserta extra Roma.cu.& ad partes contra & aduersus quędam.N.ex aduerso principalem in eadem ipsi domino Auditori facta & præsentata cōmissione ex aduerso principaliter nominatū & descriptum. Omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes & in executione citationis decernendę huiusmodi simul vel successiue nominandos iuxta & secundum eiusdem ipsi D.Auditori factę & præsentatę commissionis vim,formam, cōtinentiam, & tenorem in forma solita & consueta de-

Principalis citra &c. petijt & obtinuit decerni citationē cum inhibitione īserta ad partes sub termino xl.dierum iuxta formā commissionis p̄sentibus &c.

cerni & concedi per dominum auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Quam quidem citationem cum inhibitione inserta proxime præpetitam D. Auditor memoratus dicto D.N. principali instanti & petenti extra Roma.cu.& ad partes sub termino xl.vel xx. dierum postquã citatio legitime executa fuerit ad comparendum coram eo in forma solita & consueta decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit & decreta per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli appensione communiri voluit iussitq; pariter & mãdauit, prout & quemadmodum in quodam citationis vna cum inhibitione inserta publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam præfatum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N.& N.notarijs publicis, dictiq; domini auditoris & coram eo scribis clericis N.& N.dioec.testibus ad pręmissa vocatis specialiter & rogatis. Nota hic q̄ notarij rotæ, quando quis petit sibi decerni citationem cum inhibitione ad partes, non dant dictam citationem, neque illius decretum notant nisi comparente principale aut famoso procuratore in Roma.cu.& q̄ dictus procurator se obliget, q̄ ipse docebit de legitimo mandato siue ratificatione præsentis actus.

Literę citatoriæ per dominũ decretę.

Tenor vero citationis cum inhibitione inserta publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur, & est talis.

Petrus Paulus Parisius. For. Instr. 19. col. 3.

Si ad instantiam procuratoris asserti decernatur.

N. procur. assertus dñi N. principalis promittens de rato & obligãdo se sub pœna ducẽ. ducat. i forma obtinuit decerni citationem cum inhibitione inserta ad partes sub termino lx. die iuxta formã cõmissionis Pręsentibus &c.

Romæ in domo habitationis domini Auditoris præfati & coram eo in mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti, testiumq; infra scriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum pręsentia præsens & personaliter constitutus prouidus vir magister N. in Roma. curia causarum & honorabilis viri domini N. principalis in supradicta ipsi domini Auditori facta & præsentata commissione principaliter nominati procurator assertus. Volensq; de huiusmodi suæ procuration. mandato legitimam fidem & idoneam ac sufficientem facere cautionem, quòd constabit de suæ procuration. mandato huiusmodi ad hanc causam sufficienti, seu saltem quòd omnia & singula acta facta dicta gesta & per eum in huiusmodi causa procurata per præfatum dominum N. principalem suũ ratificabuntur & approbabuntur sub pœna cc. ducat. auri de camera pro vna eidem cameræ Apostolicę & alia medietatibus parti citandę applicãdorum & persoluendorum promisit. Pro qua quidem pœna soluenda, si eam committi contingat, idem magister N. procurator omnia & singula bona sua mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicunque existentia hypothecauit, & efficaciter obligauit. Et nihilominus sibi nomine quo supra procuratorio, partiq; suæ præfatæ citation. legitimam vnà cum inhibitione inserta contra & aduersus honorabilem virum dominum N. ex aduerso principalem in eadem ipsi D. Auditori facta & præsentata commissio. ex aduerso principaliter nominatũ & descriptum. Omnesq; alios

& singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes,& in executione citation.decernendæ huiusmodi simul vel successiuè nominandos,iuxta & secundum prænarratæ ipsi D.Auditori subpertus,vt præmittitur factæ & præsentatæ commissionis vim,formam,continentiam,& tenorem extra Roma.cu.& ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi per D.Auditorem præfatum,debita cum instantia postulauit. Quã quidem citationem vnà cum inhibitio. præpetitam D. Auditor memoratus dicto magistro N.procuratori asserto instanti & petenti, partiq; suæ memorat.recepta primitus ab eodem obligatione prædicta in forma solita & consueta extra Roma.cu.sub termino lx.dierum post legitimam citationis executionem ad comparendum coram eo decernendum duxit & concedendum,decreuitq; pariter & concessit.Eamq; prout petita &c.vt su.

Aliquando sic,si inhibetur sub censuris & pecuniarijs pœnis.

Et sibi citationem legitimam vna cum inhibitione sub sententijs,& cẽsuris ecclesiasticis ac pecuniarijs pœnis inserta vt su. Quam quidem citationem cum inhibitione inserta sub cẽsuris & pœnis huiusmodi proximè præpetitam D.Auditor memoratus vt su.

Si est sub censuris,&c.

Quando iuramentum perhorrescentiæ præcedit decretum.

COnstitutus &c.vel comparuit &c.honorabilis vir dominus N.principalis vt su.& se ad iurandum de perhorrescentia iuxta & secundũ prænarratæ ipsi domino Auditori,vel Episcopo locumtenen.factæ & præsentatæ commission.vim,formam,& tenorem admitti per dominum Auditorem,vel Episcopum locumtenen.præfatum debita cum instantia postulauit.Memoratus tunc dominus Auditor vel Episcopus locumtene. eundem dominum N.principalem vt præfertur instantem & petentem ad iurandum perhorrescentiæ solitum & consuetum iuramentum admittendum duxit & admisit.Qui dum sic admissus fuerat,statim & in continenti ad iuramentum ipsius domini Auditoris,vel Episcopi locumtenen.& in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia iurauit,& dixit quod ipse dominus N. principalis non sperat posse consequi in huiusmodi causa,propter aduersarij potentiã, aut immoderatos fauores in partibus iustitiæ complementũ,præsentibus &c. Et nota quod quãdo Actori, vel Reo iudices,vel loca vbi causa ventilari debet sunt suspecti,etiam ibi litigare non audent, quod ille qui allegat suspicionem,& perhorrescẽtiam ob potentiam aduersarij, siue iudicis loci, potest eius verbo,& assertione,etiam sine iuramento & hac perhorrescentia non expressa in Rescripto,sed solummodo illa per verba æquipollentia allegat, & inducit suspicionem & perhorrescẽtiam liberatur ab illo iudicio absque perlatione verborum.c.statutum.§.cum no.de Rescr.in vj.& ibi Gem. nu. 7.Feder.de sen.cons.150. Responde Pater.& l.vnica.C.quando Impe.inter pupil.& vid.& quæcũque verba ponantur in Rescripto super perhorrescentiam quod tam aperte non exprimatur quoad suspicionem allegatam: Federicus de sen.d.cons.150.latissimè tractat.

Principalis citra admissus tact. &c.iurauit de perhorrescentia in forma, præsentibus &c.

Quando citatio decernitur per edictum.

Cōstitutus in domo domini coram eo. N. principalis volēs docere de non tuto accessu &c. ꝓduxit N. testes īfra nominat. qui admissi iurauerūt in forma tact.

CONstitutus Romæ in domo. D. Auditoris vtsu. Venerabilis vir. D. N. principalis in supra dicta ipsi domino Auditori vel Episcopo locumtenen. surrogato facta & præsentata commissio. principaliter nominatus, principaliter pro seipso citra &c. Reuocationem, volens docere legitimè quod sibi seu alicui alteri eius nomine pro exequendis literis citatorijs & inhibitorijs contra & aduersus quendam N. ex aduerso principalem in eidem ipsi D. Auditori. Vel Episcopo locumtenen. surrogato, facta & præsentata commissio. principaliter exaduerso descriptum & designatum in eius propria persona seu ad domicilium tutus non pateat accessus, duos testes videlicet N. & N. cleric. siue laic. N. & N. diœce. ibidem præsentes & astantes, vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu antedict. exhibuit atque produxit. Quos ad hoc admitti eorumq́; solita iuraméta recipi nec non interrogari & examinari per dominum Auditorem, siue Episcopum locumtenen. surrogatum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor siue Episcopus locumtenen. surrogatus ad ipsius domini N. principalis instantiam dictos testes ibidem præsentes & astantes, vt & tanquam testes ibidem præsentes & astan. vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, duxit more solito admittendum, atque admisit. Qui quidē testes dum sic admissi fuerant, statim & incontinenti ad mandatūipsius D. Auditoris siue Episcopi locūtenē. surrogati tactis per eos & eorū quēlibet &c. vt infra circa literā A in margine.

A

Nota hic ꝙ tres modi citandi sunt in Ro. cu. s. secundū emergentiā causę, & casus. s. per cursores, & istud est notoriū, licet quādo est exequēda aliqua citatio, aut executoriales, & similia in ciuitatibus, & locis vbi est prohibitū exequi, siue denunciari similia in Roma. cur. decreta, tunc citans, siue citari faciens mittit ad illam exequendam vnum ex Collegio cursorum Papæ qui sunt personæ publicæ & notæ, & auctenticæ, ac iuratæ, & quibus maior fides adhibetur quàm alijs nuncijs. Rot. in nou. de dol. & cōt. Dec. 8. alias 224 si committatur: Alius est modus citandi. s. per edictum in locis publicis & conuicinis, & hoc quando est citandus in partibus puta in ciuitate Aquilæ quia non esset possibile ꝙ notarij, aut nuncij dictæ ciuitatis propter prohibitiones factas per viceregem dictam citationē exequeretur: & actor qui indiget citari Reum vigore specialis commissionis narrādo dictam perhorrescentiam, & locum pro exequenda citatione nō tutū, quærit per signaturam Iustitiæ causam committi in Roma. cu. alicui iudici narrando in commissione, quòd Aduersarius habitat continue in dicta ciuitate ad quam non datur tutus accessus, ꝙ dictus iudex constito sibi de non tuto accessu ipsum aduersarium per dictum in curia, & in audientia contradictarum ad Valuas Cancellariæ, & basilicæ sancti Petri, & in Acie campi floris, & in locis circūuicinis, & cōsimibus citari mandet: Tunc actor summariè Testes duos examinari petit, & facit super non tuto accessu ad ciuitatem prædictam: ita quod his visis, & auditis per iudicem causæ decernit citationem cū inhibitione in charta pergamena, & sigillo dicti iudicis ibi appenso, mandando omnibus in forma ꝙ dictas literas exequantur

contra

contra Titiam si copiam illius haberi potuerit, sin autem illum in confinibus Dominij, & in locis circũuicinis Aquilæ quantum possit, & ante hoc dicta citatio .s. eius originale, & non copia affigitur, & legitur vt supra in audientia contradictarum in banco cursorum in valuis Basilicæ sancti Petri semper affigendo originalem citationem non autem copiam tã in Ro. cur. quàm in partibus illam inibi dimittendo per aliquas horas: & istum modum executionis ponit Rot. in nou. de Dol. & contu. dec. 8. alias 224. si cõmittatur: & est necesse in huiusmodi decretis, & executione edicti accurate procedere, quia citationes per edictum sunt exorbitantes. not. Rot. in nou. de Fer. dec. j. alias 367. si committitur cau. num. 2. & citatio prædicta per edictum debet exequi in pluribus, saltem in duobus locis. Rot. in nou. de Resc. dec. 5. alias 79. Si committitur. Superest alius & tertius modus citandi .s. per contradictas quomodo utimur in tribus casibus .s. quando Reus, vel alius citatur in partibus uigore citationis in Roman. cu. decretæ & non comparet, tunc reproducta citatione executa & recognita per duos testes iuratos qui cognoscant manum, & literam notarij, siue nuntij qui citationem intimauit in partibus, & elapso termino in citatione contento, tunc in eius contumaciam decernitur, & proceditur per audientiam contradictarum. Rot. in nou. de Iud. Dec. 5. alias 129. in absentia: & potest procedi eo modo citato procuratore si recessit vltra suburbia Roma. cu. & ualebit processus. Rot. in nou. de iud. dec. 5. alias 129. in absentia. Item quando principalis fuit citatus saltem semel & recedat à Roma. cu. procuratore non constituto, examinatis duobus testibus super recessu suo in eius contumaciam decernitur contra eum processus per contradictas, & sic proceditur contra dictum citatum. Rot. in nou. de senten. excom. dec. 7. alias 399. si pronunciatur in fin. vbi additur, ꝙ contra dictum cõtumacem procedi potest ad excommunicationem, licet Rot. in Anti. de dol. & contum. Dec. 3. alias 786. sciendum est: videtur tenere contrarium. Item si procurator, aut principalis, qui se gerebat pro procuratore decedãt pariter, examinentur duo testes summariè super dicto obitu quo probato, ut supra. Item si procurator cuius principalis non est in curia, recederet à Roman. cur. procuratore aliquo non substituto, examinatis duobus testibus summariè super recessu procuratoris proceditur contra principalem vt supra: & quando citatur per contradictas in casibus prædictis in quibus pars citatur sub verbis solitis quando per cursoré quis citatur, sed per cõtradictas formatur citatio super charta Pergamena oblonga uno palmo cum dimidio, & lata mẽsura trium digitorum, & talis citatio legitur in auditorio cõtradictarum nuncupato alta voce à quodam ad hoc deputato, & postquã lecta est, subscribitur per lectoré apposito suo nomine, & cognomine, & dicta citatio sigillata à tergo in vno ex capitibus dictæ citationis in cera rubea descoperta, & sigillo dicti officij. Quod officium habet unum Auditorem I.V.D. qui quando præmissa fiunt sedit in dicto officio in Cathedra pro Tribunali: & dicuntur contradictæ illæ citationes per antiphrasim, & contrariam significationem, cum dictis citationibus nullus contradicat & si aliqua dissensio surgeret, dominus Auditor illam terminat & processus causarum qui fiunt per cõtradictas vt supra Auditores sacri Pa-

latij vocant processum per audientiam plurimum non apposito verbum contradictarum. Rot. in nou. de Feri. Dec. j. alias 367. si committatur nu. ij. versi præterea ratio, & Dec. 8. alias 93. de Testi. Iudex amittendo in fine in nouis.

A Tenor vero citation. cum inhibitio. inserta instrumenti publici per edictum publicum &c.

Literæ citation. cum inhibitione inserta per dominum decre.

VNiuersis & singulis Christi fidelibus. Et præsertim N. nationis. Petrus Paulus Parisius. &c. For. Instr. 20. col. 4.

Cursor retulit se citasse N. & N. testi. ad iurandū &c. super non tuto accessu. instā. domino N. principali.

CVrsor retulit &c. Mihi præsentis causæ Notario atque scribæ prædicto se de ipsius D. Auditoris mandato sibi super hoc vt asserit legitime facto, & ad honorabilis viri domini N. principalis in præscripta ipsi domino Auditori facta & præsentata commissione principaliter nominati instan. heri hodie statim peremptoriè citasse duos testes, videlicet honorabiles viros domines N. & N. vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super tuto accessu ad quendam dominum N. ex aduerso principalem descriptum & designatum siue ad parrochialem ecclesiam N. & N. diœce. de qua in eadem ipsi domino Auditori facta & præsentata commissio. fit mentio pro citatione legitima in huiusmodi causa ad partes decernenda & exequēda ad statim &c. Vel ad primam.

Relatio. facta cō paruit in eodē iudicio dominus N. principalis citra &c. & produxit testes pdictos qui cōpulsi tact. scriptu. &c. iurarunt.

Cuius quidem cursoris relation. sic vt præmittitur facta comparuit in eodem iudicio coram domino Auditore præfato ibidem adhuc prout vbi supra, loco & hora præallegatis ad iura reddendum, & causas audiendum pro tribunali seden. dominus N. principalis supradictus principaliter pro seipso citra &c. reuocationem. Et supradictos testes sic vt præmittitur citatos ibidem præsentes & iudicialiter comparentes, vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu ad dictum dominum N. ex aduerso principalē ac parrochialem ecclesiam N. præfatam exhibuit atque produxit. Quos admitti eorumq; solita iuramenta recipi. necnon desuper more solito examinari & interrogari per dominum &c. postulauit. Memoratus tūc dominus Auditor ad ipsius domini N. principalis instan. supradictos duos testes superius vt præmittitur citatos, & productos ibidem adhuc præsentes & iudicialiter comparentes, vt & tanquam testes ad iurandum de perhibēdo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super nō tuto accessu predicto duxit more solito admittēdos & admisit. Qui quidē testes dū sic per dominum Auditorem præfatum admissi fuerant, statim & in continenti ad mandatum ipsius domini Auditoris, & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia solenniter iurauerunt & dixerunt, & quilibet eorum iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram, meram, claram, sincerā ac omnimodam, quam sciuerint & quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem, de & super omnibus & singulis super quibus ipsos & eorū quemlibet in huiusmodi causa examinari contigerit siue interrogari, prece, pretio, dolo, fraude, amore, fauore, ira, odio, rancore & qualibet alia sinistra machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis. Subsequen-

Iuramentum testium.

ter verò dominus Auditor memoratus ad dicti domini N.principalis instantiam vlteriorem supradictos testes sic vt præmittitur citatos, productos,admissos,receptos,& iuratos,ibidem adhuc præsentes & iudicialiter comparentes,an personam dicti Domini N.ex aduerso principalis recognoscerent vel ne. Et an id ipsum ac parrochialem ecclesiam N.præfatam pro literis suis imò verius Apostolicis exequendis tutus pateat accessus vel ne, interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem vt ad hanc suam interrogationem medijs eorum iuramentis superius vt præmittitur præstitis responderent,& quilibet eorum responderet.

Qui quidem testes dum sic per dominum Auditorem interrogati fuerant, statim & in cōtinenti ad ipsius domini Auditoris interrogationem, huiusmodi respondendo medijs dict. eorum iuramentis vt præmittitur per eos præstitis dixerunt,& quilibet eorum successiue dixit se personam dicti domini N.ex aduerso principalis bene cognoscere,quódq; ad ipsis seu eius domicilium ac ecclesiam parrochialem præfatam,ad exequendum cōtra eum literas Apostolicas siue citatorias propter ipsius domini N.ex aduerso principalis,& suorum parentum & amicorum potentiam.

Testes interrogati per dominum Auditorē super non tuto accessu deposuerunt, vt hic.

Vel sic.

Propter guerras pro nunc,proh dolor in illis partibus vigentes tutum non patere accessum. Addentes nihilominus ipsi testes quod in huiusmodi causa contra ipsum N.ex aduerso principalem præmissorum occasion. aliquam non auderent in ipsius propriam personam,siue ad eius domicilium,nec aliquis eorum auderet facere executionem,quia scirent quod exequentes literas huiusmodi aut executioni demandarent,in eorum corporibus periclitarentur. Quibus quidem testibus sic vt præmittitur &c. vt infra.

Vel sic.

Volens docere legitimè quòd sibi,seu alicui alteri pro exequendis literis citatorijs contra & aduersus dominum N.ex aduerso principalem in eadem ipsi domino Auditori facta & præsentata commissione principaliter & ex aduerso descriptum & designatum,siue suos in hac parte complices,& sibi adhærentes in eorum proprijs personis,seu ad eorum domicilia tutus non pateat accessus,duos testes videlicet N.& N. ibidem præsentes & astantes,vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati,de & super non tuto accessu antedicto, exhibuit atque produxit. Quos ad hoc sub excommunicationis pœna cogi atque compelli,eorumq; solita iuramenta recipi, necnon interrogari & examinari per dominum Auditorem &c.postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad ipsius domini N.principalis instantiam,prefatos duos testes ibidem vt præmittitur præsentes & astantes,vt & tāquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super non tuto accessu huiusmodi duxit more solito sub dicta excommunicationis pœna cogendum & compellendum, compulitq; pariter & coegit.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparen. neque quicquam verbo vel in script. contra position. & articulos vltimo superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua datos, exhibitos, atque productos (repetitos) dicere siue excipere, in quantum articuli. Neque eisdem inquantum positiones existant, siue esse censeantur respondere curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam vlterius ad producendum & exhibendum, produciq; & exhiberi videndum &c. ut infra.

Cõparuit. N. ex aduerso satisfaciendo termino ad dicendum cõtra articulos, repetijt omnes exceptiones aliàs in hmõi causa datas obtinẽs ad dicendum cont. ad i. de.

Aliquando sic: & in eius contumaciã huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo cõtra positiones & articulos aliàs pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa in hac causa datos, exhibitos, atque productos. Omnesq; & singulas exceptiones tam generales quam articulatas alias in huiusmodi causa pro parte sua datas, exhibitas, & productas, inquantum tamen pro se dictaq; parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant, aut quomolibet facere uideantur & non alias aliter nec alio modo hic repetijt. illosq; de nouo verbo solum & duntaxat exhibuit, atque produxit. Cum protestatione de dando & exhibendo alios facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opoortun. Et nihilominus eandem partẽ aduersam vlterius ad producendum vt infra.

Comparuit. N. & dixit gñalia contra articulos saluo &c. obtinens ad producẽdum omnia ad. i. diẽ.

Vel sic. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo contra positiones & articulos alias vt præfertur in huiusmodi causa pro parte aduersa datos, exhibitos atque productos generaliter verbo solum & dumtaxat dixit, atque excepit. Protestans nihilominus de dicendo & excipiendo contra eosdem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad producendũ vt infra. Continetur superius.

Vlterius ad producendum & exhibendum, produciq; & exhiberi vidẽdum omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, & instrumenta, iura, & munimenta, quæcunque quibus partes in huiusmodi causa uti, & se iuuare uoluerit, per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentẽ: Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam &c. concessit ad primam &c. contigerit &c. per. q. c. &c. mandauit. Eundem etiam terminum &c. vtsu.

Comparuit. N. & contra articulos

Vel sic. Et contra. N. aduersus position. & articulos superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte aduersa dat. exhibitos, atque productos

ductos generaliter, verbo solum & dumtaxat, cum protestatione de dicendo & excipiendo latius contra eosdem position. & articulos facto realiter verbo,& inscriptis suis loco & tempore congruis & opportunis excipiendum duxit,atque excepit.

dixit generalia
Saluo &c.

DE ADMISSIONE ARTICVLORVM: ET materiarum articulatarum.

Ad hęc uide For. Aduoc. xv.34.& 35. & inf.eo.lv.
Comparuit.N.& incont. obtinuit articulos ad probādum admitti in curia solum ad xv.dies.
Saluo &c. retent &c.p̄sentibus &c

ET patris sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis,neque position. & articulos siue materias articulatas superius vt præmittitur pro parte ipsius M.N.procuratoris in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos,ac se & partem suam ad probandum eosdem, seu easdē in Ro.cu.extra eam, & ad partes admitti, remissionemq́ desuper in forma solita & consueta decerni & concedi, videre seu audire, nec aliquam causam rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegare curant. contumaciam accusauit,ipsamq́ contumacem reputari.Et in eius contumaciam præfatos positiones,& articulos,ac se & partem suam ad probandum eosdem siue easdem in Rom.cur. extra eam & in partibus admitti, remissionemq́ desuper in forma solita & consueta decerni & concedi per D.Auditorem &c.postulauit.Memoratus tunc.D.Auditor &c.contumacem.Et in eius contumaciam præfatos positiones & articulos,& eundem. Ma.N.procuratorem instantem & petentem, partemq́ suam prædictam ad probandum eosdem in dicta Ro.cu. solum & dumtaxat infra quindecim dies,uel infra octo dies proximè & immediatè sequen. vel hinc ad secundam diem iuridicam &c.contigerit.

Saluo iure impertinentium & non admittendorum positionum & articulorum eorundem more solito admittendum duxit,& admisit. Retenta nihilominus sibi potestate plenaria dictos positiones,& articulos extra dictam Ro.cu.& ad partes ad probandum admittendi,remissionemq́ desuper decernendi & concedendi, si sibi in posterum placuerit & videbitur expedire.Pręsentibus ibidem discretis viris magistris.N.&.N.notarijs publicis,dictiq́ domini Auditoris,& coram eo scribis clericis.N.&.N.diœce. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque voluntatem & ordinationem ipsius domini Auditoris & super admissione vel repulsione positionum & articulorū pro parte ipsius domini.N.principalis vt præmittitur in huiusmodi causa datorum exhibitorum & productorum audire curantis contumaciam accusauit,ipsamq́ contumacem reputari.Et in eius contumaciam vtsu.

Comparuit procurator &c. Et quod ipse magister.N.ex aduerso procurator positiones & articulos pro parte sua superius vt præmittitur datos, malitiose & ad protrahendum causam huiusmodi dedit,quare eos ad probandum nō debere admitti dixit & allegauit. Et tunc dominus Auditor memoratus post dictorum procuratorum hincinde altricationem.Recepto tamen prius magistro.N. procuratore prædicto iuramento in manibus eius corporaliter præstito quòd positiones suos & arciculos pro par-

Procur. dixit ut hic.

Dn̄s præstito iurāmēto p̄ p̄cura torē ut hic admisit artic.saluo&c.

te sua in huiusmodi causa datos, & productos malitiose & ad protrahendum causam huiusmodi non dederit, positiones & articulos huiusmodi ac eundem magistrum. N. partemq; suam ad probandum eosdem in Ro.cu.&c.vtsu.

Cõparuit. N. & pſente ex aduerso pcuratore obtinuit articulos admitti in cu. infra xv. dies saluo &c. retenta &c. pſentibus &c.

Et supradicto magistro. N. ex aduerso procuratore præsente, audiente, & vt apparuit intelligente, supradictos positiones & articulos pro parte ipsius magistri. N. procuratoris superius in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos, ac se, & partem suam prædictam ad probandum eosdem in Roma.cu. extra eam & in partibus admitti, remissionemq; desuper in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad ipsius magistri. N. procuratoris instan. præfatos positiones & articulos, ac eundem magistrum. N. procuratorem instan. & petentem, partemq; suam præfatam ad probandum eosdem in Rom.cu. solum & dumtaxat infra xv. dies ex tunc proximè & immediatè sequen. præfato magistro. N. procuratore ex aduerso ibidem adhuc sic vt præmittitur præsente, audiente, & vt apparuit intelligente.

Saluo &c.

Saluo iure impertinentium & non admittendorum &c.

Idem magister. N. petijt articulos suos admitti.

Comparentibus in iudicio &c. seden. quibus supra procuratorijs idem magister. N. procurator in præfati magistri. N. procuratoris præsentia, supradictos position. & articulos pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datos, exhibitos, atque productos: ac se, & partem suã ad probandum eosdem in Ro.cu. extra eam & in partibus admitti, remissionemq; desuper in forma solita & consueta decerni, & concedi per. D. Auditorem præfatum &c. postulauit. Ex aduerso uerò ma. N. ex aduerso procurator prædictus, ibidem adhuc vt præmittitur præsens, & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens, positiones & articulos nõ fore admittendos, nisi primitus & ante omnia dicta pars sibi in huiusmodi causa aduersa eosdem positiones, & articulos medio suo iuramento dederit, allegando dixit & allegauit.

Ex aduerso procurator dixit articulos non debere admitti allegãdo & infra.

Vel sic: positiones & articulos pro dicta parte sibi in huiusmodi causa aduersa sic vt præfertur datos, exhibitos fore & esse obiectiuos, & extra terminum datos, quare minime admitti debeant allegando dixit, & allegauit. Ex tunc dominus Auditor surrogatus, memoratus positiones & articulos huiusmodi videre, & desuper deliberare velle, respondendo dixit & respondit.

Ex aduerso dixit sibi terminũ fore prorogatũ ad. i. diẽ ad dicẽdum contra articulos quare non debẽt admitti hmõi termini penden.

Vel sic. Viceuersa vero idem magister. N. procurator iudicialiter comparens dixit sibi terminum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi positiones & articulos dicere, siue excipere voluerit, hinc ad primam diem iuridicam proximè & immediatè sequen. qua eundem dominum Auditorem præfatum Romæ apud sanctũ Petrum &c. sedere contigerit fore prorogatum. Quare huiusmodi positiones & articuli penden. huiusmodi termino sibi prorogato ad probandum admitti non debeant, allegandum dixit, & allegauit.

Ex aduerso. N. dixit vt hic.

Vel sic. Ex aduerso vero &c. iudicialiter comparens præfatos positiones & articulos nõ fore admittendos, nisi primitus & ante omnia suis exceptio-

exceptionibus contra eosdem positiones & articulos, vt præmittitur pro parte sua datis exhibitis & productis, examinatis & discussis allegando dixit, & allegauit. Tandem dominus Auditor præfatus post diuersas altricationes hincinde inter eosdem procuratores siue inter easdem partes habitas & factas, ac eundem magistrum. N. procuratorem instantem & petentem, partemq; suam præfatam ad probandum eosdem in Ro. cu. solum & dumtaxat infra xv. dies proxime & immediate sequen. Saluo iure &c. Retenta &c. Præsentibus &c. vtsu.

Tādem dn̄s post diuersas altricationes inter partes factas admisit articulos ī Roma. cu. infra xv. di. saluo &c. retēta &c. Præsentibus &c.

Comparuit &c. procurator nomine quo supra procuratorio, & positiones & articulos vltimo pro parte sua in huiusmodi causa datos, iuxta & secundum informationem sibi à principali suo datam per iuramentū quod propter hoc ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus. Vel sic. Ad mandatum ipsius domini Auditoris in manibus mei notarij tactis per eū corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euāgelia corporaliter præstitit per verbum credit esse veros sublatis tamen contrarietatibus, si quæ in eisdem reperiantur.

Comparuit magister. N. procurator & dedit articulos partis suę medio eius iuramento.

Cōparuit &c. dominus. N. principalis &c. citra &c. Et position. & articulos exceptiones ac materias articulatas de iure suo in huiusmodi causa dat. per iuramentum quod propter hoc, vtsu. in præcedenti reperiatur.

Cōparuit. D. N. principalis & dedit articulos de iure suo medio suo iuramen.

Comparuit procurator &c. & supradictum dominum. N. ex aduerso principalem ibidem præsentem, audientem, & vt apparuit intelligentem ad dandum & exhibendum position. & articulos pro parte sua ultimo superius, ut præmittitur in huiusmodi causa datos, & exhibitos per iuramentum per ipsum ob hoc desuper præstandum sub pœna excommunicationis cogi & compelli per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri. N. procuratoris instan. dictum dominum N. ex aduerso principalem ibidem præsentem &c. ad dandum & exhibendum dictos positiones & articulos pro parte sua superius vt præmittitur datos, & exhibitos, per iuramentum sub prædicta excommunicationis pœna compellendum duxit, & cogendum, compulitq; pariter, & coegit. Qui dum sic ut præmittitur per dominum Auditorem compulsus fuerat, statim & in continenti metu excommunicationis ut assueuit, & non aliàs, positiones & articulos ut in præcedenti.

Cōparuit magister. N. procurator & obtinuit cōpelli dominū. N. ex aduerso principalem ad dandū articulos suos per iuramētum, qui per dominū compulsus metu excōmunicationis & nō alias dedit illos per iuramentū quod præstitit in manibus D. Auditoris.

AD PRODVCENDVM OMNIA.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersę non comparentis, neque omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, priuilegia, instrumenta, iura, & munimenta quæcunque & quibus partes hincinde in huiusmodi causa uti & se iuuare uoluerint producere & exhibere, aut ex aduerso produci & exhiberi, uidere seu audire curantis, contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo nonnulla iura & munimenta partis suæ prædictæ uerbo solum exhibuit, dedit, atque produxit. Protestans de dando ea latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus &c. ut infra.

Adhęc vide For. Aduoc. xv. 32. & inf. eo. lij.

Procurator in cōtumaciā nō producentis oīa produxit iura verbo saluo obtinēs ad dicendum cōtra ad. ij. diem.

In cont. partis aduersæ nõ producent. oia satisfaciẽdo termino repetijt oia iura in priori instan. data dedit alia uerbo saluo &c. obtinens ad dicendũ contra ad. ij. diẽ p.q.c.

Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, instrumenta, priuilegia, iura, & munimenta quæcunque in prioribus huiusmodi causæ instantijs, vel sic in partibus habita, facta, exhibita, & producta, inquantum tamen pro se parteq; sua præfata & cont. partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant, seu quomodolibet facere videantur & non alias aliter, nec alio modo de quo protestatus fuit & protestabatur expresse hic repetijt. Illosq; illas & illa de nouo verbo solum & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit, & insuper nonnulla iura & munimenta partis suæ verbo solum & dumtaxat exhibuit atque produxit. Protestans eadẽ dare velle latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore cõgruis & opportunis. Et nihilominus eandem partem aduersam vt infra.

Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, instrumenta, priuilegia, iura, & munimenta, quæcunque in partibus pro parte sua in huiusmodi causa habita, exhibita, & producta, inquantum tamen pro se & parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam, & non alias aliter, nec alio modo de quo protestatus fuit & protestabatur expresse hic repetijt, illosq; & illa de nouo verbo solum & dumtaxat reexhibuit, & reproduxit. Et insuper nonnulla alia iura partis suæ verbo solum & dumtaxat cum protestatione de dando ea latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus &c. vt infra.

In cõtumaciam partis aduersæ non producentis oia satisfaciendo termino dedit iura partis suæ facto obtinens ad dicẽdum contra ad. ij. diem. p.q.c.

Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo nonnulla iura & munimenta, uidelicet quasdam literas Apostolicas gratiæ expectatiuæ præfato domino. N. principali suo per sanctissimũ in Christo patrem & dominum nostrum Iulium diuina prouidentia Papam secundum gratiosè factas & concessas, vnam videlicet gratiosam cũ filis sericeis rubei croceiq; coloris. Aliam vero executoriam cum cordula canapis veris bullis plumbeis dicti domini Papæ more Romanæ curiæ impenden. bullatas, sanas, integras, non uitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione, vt in prima facie apparebat carentes. Necnon quendam processum desuper decretum & fulminatum signo & subscriptione solitis discreti viri. N. clerici. N. diœce. publici, Imperiali & Apostolica, auctoritatibus notarij signatum & subscriptum, ac sigillo oblongo vel rotundo Reuerendi patris & domini. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopi. N. vnius executorum in dictis literis Apostolicis deputatorum ceræ rubeæ impressa in capsula ferrea vel lignea vt apparebat sigillatum atque munitum. Necnõ etiam duo instrumenta publica, vnum videlicet acceptionis & prouisionis de parrochiali ecclesia. N. diœce. dicto suo principali & per eum respectiue factum. Aliud vero insinuationis & publicationis, acceptationis & prouisionis huiusmodi per discretum virum. N. clericum. N. diœce. publicum imperiali auctoritate notarium vt prima facie apparebat, subscripta & signata facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, deditq;, atque produxit.

Et

Et nihilominus dictam sibi in huiusmodi causa aduersam vlterius ad dicendum,& excipiendū quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi iura & munimenta sic vt præmittitur data,exhibita,producta,& repetita,vel data & exhibita & producta , dicere siue excipere voluerit per aliquem.D.nostri Pa.cursorem citari,mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.Memoratus tunc dominus &c.contumacem. Et in eius contumaciam &c. decreuit atque concessit . Eamq; prout petita extitit,decreta atque concessa ad secundam diem iuridicam &c.sedere contigerit per quemcunque domini nostri Papæ cursorem , qui desuper legitime requisitus fuerit peremptorie fieri uoluit, iussitq; pariter & mandauit.

AD DICENDVM CONTRA PRODVCTA.

Ad hęc uide For. Aduoc. xv.33.& infr.eo.lij.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cōparentis,neque quicquā verbo uel in scriptis contra iura & munimenta sic ut præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua data,exhibita,producta, ac repetita,dicere siue excipere curantis,contumaciam accusauit,ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam ulterius ad declarandum & ex aduerso declarare uidendum quicquid uerbo uel in scriptis partes hincinde declarare uoluerint in huiusmodi causa. Necnon ad iurandum deliberandum,iurariq; & deliberari uidendum de calumnia uitanda & ueritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento cont.& comprehensis de & super tota causa præsenti per aliquem domini nostri Papę cursorem citari,mandari,ad aliquem certum peremptorium terminum competentem . Quem etiam sibi &c.& assignari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.Memoratus tunc &c.contumacem. Et in eius contumaciam &c.citationē &c.decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit decreta atque concessa ad primā &c.sedere contigerit per quēcunque &c. atque mandauit.Eundem etiā terminum &c. duxit præfigendū &c.utsu.

Comparuit & in cont. nihil dicentis contra producta obtinuit ad declarandum & iurandū de calūnia ad.i.di.p.q.c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparētis, neque quicquam uerbo uel in scriptis contra iura, & munimenta , sic ut præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua ultimo data, exhibita , & producta dicere siue excipere ut asseruit curant.contumaciā accusauit,ipsamq; contumacem reputari per dominum Auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus &c.reputauit contumacem.

Comparuit in iudicio & accusauit cont. nihil dicentis.contra producta.

Et contra iura & munimenta ultimo pro parte sibi aduersa iu huiusmodi causa ut præmittitur data,exhibita & producta, uel repetita generaliter uerbo solum & dumtaxat excipiendum duxit atque excepit. Cum protestatione de dicendo & excipiendo contra eadem iura & munimenta latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis.

Generalia cōtra producta.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cōparentis,neque quicquam uerbo uel in scriptis &c. utsupra postulauit . Memoratus tunc do-

Comparuit in iudicio & accusauit cōt. nihil dicētis cōtra producta.

minus &c.reputauit contumacem.

AD DECLARANDVM ET IVRANdum de calumnia.

Comparuit in iudicio.M.N.& in contumaciam nihil declarantis dixit se pro præsenti nihil velle declarare.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cōparentis,neque quicquam sterbo uel in scriptis huiusmodi causa declarare aut ex aduerso declarari,uidere seu audire curant.contumaciam accusauit,ipsamq; contumacem reputari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se pro præsenti in huiusmodi causa nil declarare uelle allegando dixit & allegauit.Memoratus tunc &c.contumacem.

Insuper idē.N. in contumaciam partis aduersæ non iurantis de calumnia per dominū admissus iurauit in forma tact. præsentibus &c.

Insuper idem.N.ibidem adhuc præsens &c.iudicialiter comparens partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis.Neque aliquod solitum & consuetum in huiusmodi causa calumniæ iuramentum cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis præstare,aut ex aduerso præstari,videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari.Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se ad præstandum in huiusmodi causa solitum & consuetum calumniæ iuramentum cum omnibus &singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis vt præmittitur & comprehensis recipi & admitti per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus &c.contumacem. Et in eius contumaciam præfatum magistrum.N.procuratorem vel.N.principalem instan. & peten. ad præstandum solitum & consuetum in huiusmodi causa calumniæ iuramentum cū dict.suis clausulis & capitulis in & sub calūnię iuramento contentis admittendum duxit, & admisit . Qui quidem magister. N. procurator , vel D.N.principalis,dum sic per.D.Audi.admissus fuerat, statim & in continenti ad mandatum ipsius. D. Audi. & in eius manibus tact. per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis solitum & consuetum præstitit calumniæ iuramentum,præsentibus ibidem &c.

Satisfaciendo termino repetijt omnia producta in causa ista loco declarationum inquantum &c. & dixit se nō velle declarare obtinens ad dicendum cōt.iura repeti.ad,i,d.p.q.c.

Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo loco declaration.omnes & singulos positiones & articulos necnō iura & munimenta quæcunque pro parte sua in huiusmodi causa quolibet data,exhibita atque producta . Inquantum tamen pro se faciant & dicta parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam,& nō alias aliter,nec alio modo, de quo protestatus fuit & protestabatur expresse hic repetijt illos & illa de nouo verbo solum & dumtaxat reexhibuit & reproduxit.Et nihilominus se in huiusmodi causa pro præsenti nil aliud velle declarare allegando dixit & allegauit. Et nihilominus dictam partē aduersam vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis cōtra huiusmodi iura & munimēta sic vt præmittitur loco declarationum repetita,data,exhibita,atque producta dicere siue excipere voluerit

luerit per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari,mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competen. per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit . Memoratus tunc dominus &c.vt infra.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cōparentis,neque quicquam verbo vel in scriptis in huiusmodi causa declarare, aut ex aduerso declarari videre seu audire curantis contumaciam accusauit,ipsamq; con tumacem reputari . Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciēdo se pro præsenti nil plus quàm superius declaratum est velle declarare allegando dixit & allegauit . Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad concludendum in huiusmodi causa aut ex aduerso concludi videndum vel dicendum, & causam si quam habeat rationabilem quare in huiusmodi causa concludi non debeat allegandum, per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari, mandari,ad aliquē certum peremptorium terminum competen. Quem etiam sibi &c. postulauit.Memoratus tunc &c.contumacem . Et in eius contumaciam &c.concessit . Eamq; prout petita extitit decreta atque concessa ad primam diem &c.vel ad statim per quēcunque domini nostri papæ cursorem &c. atque mandauit. Eundem etiam terminum &c. præfixit, statuit, & assignauit . vtsupra.

Comparuit & in contumaciā non declarantis dixit pro præsenti nō uelle declarare obtinens ad concludendum ad .l. diem vel ad statim p.q.c.

DE REITERATIONE TERMINORVM.
In contumaciam partis aduersæ.

ET partis &c. Neque omnes & singulos terminos substantiales de stilo,more,vsu,& obseruantia sacri palatij Apostolici causarum seruari solitos in huiusmodi causa tentos reiterari , eosq; de nouo simul & semel ac vnico & eodem contextu seruare,aut ex aduerso seruari & reiterari videre seu audire curant.contumaciam accusauit,eamq; contumacem reputari.Et in eius contumaciam se ad reiterandum terminos huiusmodi iuxta & secundum quandam constitutionem Re.patribus dominis sacri palatij Apost.causarum Auditoribus per se.re.Innoc.Papam viij.concessam & factam,vel secundum supradictæ ipsi.D. Auditori superius vt præmittitur factæ & præsentatæ commission. dependen.vim, formam, & tenorem admitti per D.&c.postulauit.Memoratus &c.contumacem.Et in eius contumaciam supradictum.D.N.procuratorem instan.& peten.ad reiterationem & terminorum substantialium huiusmodi simultaneam obseruationem iuxta prædictæ constitutionis vel commission.dependen.uim, formam, continentiam & tenorem admittendum duxit & admisit.Qui dum sic admissus fuerat statim & incontinenti in ipsum. D. Auditorem tanquam iudicem, sibi partiq; suæ competentem,eiusq; iurisdictionem expresse consentiendum duxit,& consensit.

Relatione facta comparuit in eodem iudicio magister.N. & in cōtumaciā admissus per dñm reiterat oēs terminos in uim bullę.

Et nihilominus partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis:Neque quicquam verbo vel in scriptis contra commissionem alias superius vt præmittitur ipsi D.Auditori in hac causa factam & præsentatam,dicere siue excipere curan. cōtumaciam accusauit,ipsamq; contuma

Reiteratio termini ad dicendum contra commissionem.

cem reputari. Et in eius contumaciam sibi partiq; suæ necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licet absenti ad dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem aliquem certum peremptorium competentem præfigi, statui & assignari per dominnm &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ, necnon dictæ parti aduersę licet absenti, ad statim uidelicet ad hanc horam audientiæ causarum præsentis diei antequam ipsum dominum Auditorem de loco suo iudiciali recedere contingat, peremptorie præfigendum, statuendum, duxit & assignandum, præfixitq; pariter statuit & assignauit.

Reiteratio termini ad libellandū.

In quo quidem termino idem magister. N. procurator adhuc ibi præsens &c. iudicialiter comparens partis &c. Neque libellum siue summariā in huiusmodi causa petitionem dare, aut ex aduerso dari, uidere, seu audire curantis contumaciam accusauit, eamq; cont. reputari. Et in eius cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem uerbo solum & dumtaxat exhibuit atque dedit, protestans eundem siue eandem latius dare uelle facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. Et nihilominus sibi, partiq; suæ necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licet absenti vel præsenti ulterius ad ponendum & articulandum, poniq; & articulari uidendum in huiusmodi causa aliquem certum peremptorium terminum competen. pręfigi &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. vtsu. usque assignauit.

Reiteratio termini ad articulandum.

Quo facto idem magister. N. procurator ibidem adhuc &c. partis sibi in huiusmodi caussa aduersæ non comparentis, neque aliquos positiones siue articulos dare, aut ex aduerso dari, uidere seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnes positiones & articulos pro parte sua in præsenti causa, tam in præsenti quam prioribus, uel prioribus huiusmodi causæ instan. datos exhibitos atque productos cum omnibus & singulis eorum probationibus. In quantum tamen pro se, parteq; sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant & nō alias aliter, nec alio modo hic repetijt, eosq; de nouo verbo solum & dumtaxat iudicialiter reproduxit, ac etiam nonnullos alios positiones & articulos verbo solum & dumtaxat exhibuit atque dedit, protestans eosdem dare uelle latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licet absenti ad dicendum & excipiendum &c. in huiusmodi causa repetitos, datos, exhibitos, atque productos, dicere seu excipere voluerit in quantum articuli, necnon ad respondēdum eisdem inquantum positiones existāt, siue esse censeantur &c. aliquem certum peremptorium &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contu. terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum dictę parti aduersæ, licet absenti ad statim &c, assignauit.

Deinde

Deinde dictus magister. N. procurator &c. comparens. Et partis &c. Neque quicquam verbo vel inscriptis contra position. & articulos pro parte sua in huiusmodi causa datos, exhibitos & repetitos dicere siue excipere, in quantum articuli neque eisdem in quantum positiones existant, siue esse censeantur respondere curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam sibi partiq; suæ, necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licet absenti ad producendum & exhibendum, exhiberiq; & produci videndum omnia & singula iura & munimenta, quibus partes hinc inde in hac causa vti, & se iuuare, defendere voluerint aliquem certum peremptorium &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proxime &c. faciend. dicto magisto. N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ, nec non parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licet absenti ad &c. assignauit.

Reiteratio termini ad dicendũ cõtra articulos.

Huiusmodi siquidem termino adueniente dictus magister. N. procurator &c. comparens partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliqua iura & munimenta in huiusmodi causa dare aut ex aduerso dati, videre, seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; cõtumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnia & singula iura & munimenta alias pro parte sua in huiusmodi causa, tam in prioribus quàm præsenti instan. data, exhibita & producta. In quantum tamen &c. hic repetijt eaq; de nouo uerbo solum & dumtaxat reexhibuit: atque reproduxit, ac etiam nõnulla alia iura & munimenta verbo solum & dumtaxat exhibuit, dedit, atque dixit protestans eadem dare uelle latius facto & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis. Et nihilominus parti sibi in huiusmodi causa aduersæ licet absenti ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra iura & munimenta sic vt præmittitur pro parte sua in huiusmodi causa data, exhibita atque producta & repetita dicere siue excipere voluerit aliquem certum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius cont. terminum proxime &c. faciendum dictæ parti, aduersæ licet absenti ad statim &c. assignauit.

Reiteratio termini ad producendum omnia.

Quo quidem termino adueniente præfatus magister. N. procurator adhuc &c. comparens, partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquam verbo vel in scriptis contra iura & munimenta pro parte sua in hac causa producta & repetita dicere siue excipere curan. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam sibi, partiq; suæ nec non dictæ parti aduersæ licet absenti ad declarandum & declarari videndum quicquid verbo vel in scriptis in hac causa declarare voluerint nec non ad iurandum & deliberandum, iurariq; & deliberari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis, de & super tota causa præsenti aliquem certum peremptorium terminum &c. postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proxime præpetitum &c. faciendum dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ. Necnon dictæ parti sibi in huiusmodi

Reiteratio termini ad dicendũ cõtra producta.

causa aduersæ, licet absenti ad statim &c. assignauit.

Reiteratio termini ad declarādū.

Aduenien. vero huiusmodi termino dictus magister. A procurator ad huc ibidem &c. comparens dictæ partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque quicquam verbo vel in scriptis in hac causa declarare, aut ex aduerso declarari, videre, seu audire curantis, cōtumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per dominum &c. postulauit. Et in eius cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciēdo se pro pręsenti in huiusmodi causa nil declarare velle allegando dixit & allegauit. Memoratus tunc &c. contumacem.

Reiteratio termini ad iurandum de calumnia.

Tandem supradictus magister &c. comparens partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis. Neque aliquod solitum calumniæ iuramentum in hac causa præstare, aut ex aduerso præstari videre &c. vt sup. in termino ad iurandū de calumnia vsque præstitit calumniæ iuramētū.

Quādo termini obseruantur unico contextu.

Nota: si termini substantiales obseruantur vnico cōtextu unicaq; & eadem audientia, dimitte verbum reiterationem, loco cuius pone obseruation. aliasq; iuxta formam præinsertam continua.

Quādo termini reiterātur ex aduerso præsente & in contumaciā.

Si vero termini reiterantur ex aduerso principali uel procuratore præsente, tunc adde quando petitur præfigi aliquis terminus, licet præsenti, & quando reputatur contumax. Memoratus tunc dominus Auditor dictam partem aduersam licet præsentem, non tamen huiusmodi diei termino &c. & sic de alijs continuando.

Reiteratio terminorum hinc inde procuratoribus præsentibus.

Procuratores hīcinde obtinuerunt se admitti ad reiterationē terminorum.

Comparuerunt &c. in iudicio &c. magistri. N. &. N. procuratores præfati nominibus hinc inde quibus supra procuratorijs omnes & singulos terminos substantiales de more stilo & obseruantia sacri palatij causarū Apostolici obseruari solitos, in huiusmodi causa tentos seipsos simul & semel ac vnico & eodem contextu velle reiterari obtulerunt & quilibet eorum ad hæc se sponte obtulit. Et in ipsum dominum Auditorem tanquā iudicem eis & eorum cuilibet partibusq; suis competen. eiusq; iurisdictionem publice & expresse cōsentientes ijdem procuratores se & eorum quēlibet ad omnium & singulorum terminorum substantialium de more, stilo, obseruantia, & consuetudine Ro. cu. & sacri palatij Apostolici causarū obseruari solitorum in huiusmodi causa tētorum & seruatorum simul & semel ac unico eodem contextu de expresso ipsorum hincinde procuratorum consensu reiterationem admitti per dominum &c. postularunt. Memoratus tunc. D. Auditor dictos magistros. N. &. N. hinc inde procuratores ibidem præsentes ad reiterationem omnium & singulorum terminorum substantialium simul & semel ac unico & eodem contextu de expresso ipsorum hinc inde procuratorum consensu admittendum duxit & admisit. Qui quidem procuratores dum sic admissi fuerant, pręfatus. M. N. procurator ibidem adhuc præsens &c. comparēs supradicto magistro. N. ex aduerso procuratori ibidem præsenti audienti, & ut apparuit intelligenti ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra supradictam ipsi. D. Auditori factam & præsentatam commissionem dicere siue excipere uoluerit aliquem certum peremptorium terminum cō

peten.

peten.præfigi &c.postulauit. Quem quidem terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum.D. Auditor præfatus ad supra dicti magistri.N.procuratoris instantiam præfato magistro.N. ex aduerso procuratori ibidem ut præmittitur præsenti audien. & ut apparuit intelligenti ad statim &c.assignauit.Ex aduerso idem.M.N.ex aduerso procurator adhuc &c.comparens cõtra supradictam ipsi.D. Auditori factam & præsentatam commissionem verbo solum & dumtaxat generaliter excipiendum duxit & excepit, protestans nihilominus de latius excipiendo contra eandem facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. Quo facto ijdem magistri.N. &.N. hincinde procuratores ibidem adhuc præsentes nominibus quibus supra procuratorijs iudicialiter comparen.eis & eorum cuilibet ad dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionẽ aliquem certum peremptorium &c.præfigi &c.postulauit.Quem quidem terminum ad prænarratum actum faciendum. D. Auditor præfatus dictis procuratoribus instan.& peten.ad statim &c. assignauit. In quo quidem termino comparentibus in eodem iudicio coram. D. Auditore præfato ibidem adhuc prout ubi su. loco & præallegatis &c. seden. Ma.N.& N.hinc inde procuratoribus prædictis nominibus quibus su. procuratorijs, ijdem procuratores termino huiusmodi pro se partibus suis satisfaciendo nonnullos libellos siue summarias petitiones in huiusmodi causa exhibuerunt atque produxerunt,& quilibet eorum libellum suo verbo & dumtaxat obtulit atque dedit.Protestan.tamen latius dare velle eosdem facto realiter & in scriptis suis loco &c.opportun.Et nihilominus eis & eorum cuilibet ad ponẽdum & articulandum, poniq; & articulari uidendũ in huiusmodi causa certum peremptorium terminum competen.&c. ad statim &c.asignauit. Quibus peractis comparen.in iudicio &c. magistris N. &. N. procuratoribus hincinde nominibus quibus su. procuratoriis, iidem procuratores & quilibet eorum nonnullos positiones & articulos pro partibus eorum respectiue uerbo solum & dumtaxat exhibuerunt atque dederunt,& quilibet eorum exhibuit atque dedit promiten. hinc inde se eosdem daturos facto &c.opportun.Memoratus tunc &c.dict s procuratoribus hincinde instan.& peten. eis & eorum cuilibet ad dicendum & excipiendum quicquid uerbo uel in scriptis cõtra huiusmodi position. & articulos respectiue dicere siue excipere uoluerint, inquantu m articuli, necnon ad respondendum eisdem in quantum positiones existant, siue esse censeantur ad statim &c.tanquam ad peremptorium terminum competentem præfigendum &c.assignauit.Eo quoque termino occurren.cõparuerunt in eodem iudicio &c.magistri.N.&.N.procutatores &c.& quilibet eorum contra positiones & articulos partis sibi in huiusmodi causa aduersæ,uerbo solum & dumtaxat respectiue generaliter excipiẽdum duxit & excepit cum protestation.de latius &c. opportun. Memoratus tunc dominus Auditor dictis procuratoribus hincinde instan.& peten.& eorũ cuilibet ad producendum &c. utsupra certum peremptorium terminum competentem ad statim &c.assignauit. In quo quidem termino comparentibus in eodem iudicio &c.magistris.N,&.N.procuratoribus &c. iidẽ

procuratores omnia singula iura & munimenta pro partibus suis in hac causa dat. verbo solum & dumtaxat exhibuerunt & produxerunt & quilibet eorum exhibuit atque produxit. Cum protestatione tamen &c. opportunis. Memoratus tunc dominus auditor dictis procuratoribus hinc inde instan. & peten. ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra iura & munimenta huiusmodi dicere siue excipere voluerint certum peremptorium terminum &c. ad statim &c. assignauit. Termino vero huiusmodi adueniente comparen. in eodem iudicio magistris. N. &. N. &c. iidem procuratores & eorum quilibet contra iura & munimenta pro parte sibi aduersa data, exhibita, & producta verbo solum & dumtaxat generaliter excipiendum duxit & excepit, protestans de latius &c. opportun. Tandem vero dominus Auditor memoratus dictis procuratoribus hinc inde instan. & peten. ad declarandum quicquid partes hinc inde in huiusmodi causa declarare voluerint ad statim &c. tanquam ad certum peremptorium terminum competen. &c. assignauit. Quo siquidem termino adueniente comparuerunt iudicialiter coram eodem domino Auditore &c. seden. magistri. N. &. N. &c. & nil aliud quàm superius declaratum est se velle declarare allegando dixerunt, & quilibet eorum allegando dixit & allegauit. Tandem comparen. in eodem iudicio magistris. N. &. N. procuratoribus huiusmodi termino satisfaciendo. Et ad præstandum solitum & consuetum in huiusmodi causa calumniæ iuramentum &c. postulauerunt. Ex tunc dominus &c. calumniæ iuramentum vtsu.

IVRAMENTVM IN SVPPLEMENTVM vel defectum probation.

Deinde idem. N. in contumaciam partis aduersę admissus iurauit in supplementũ vel defectum probation. qui admissus iurauit in forma tactis &c.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, Neque se ad iurandum in supplementum, vel defectum probationis positionũ & articulorum suorum in hac causa pro parte datorum admitti, videre seu audire curant. contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam se ad iurandum in supplementum, vel defectum positionum & articulorum prædictorum admitti per dominũ &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam supradictum magistrum. N. procuratorem vt pręfertur instan. & petentem ad iurandum in supplementum uel defectum positionum & articulorum partis suæ in huiusmodi more solito admittendum duxit, & admisit. Qui dum sic admissus fuerat, statim & in continenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit & dixit position. & articulos pro parte sua in huiusmodi causa dat. in quantum concernunt factum proprium simpliciter, in quantum vero factum alienum concernunt iuxta & secundum informationem a principali suo desuper sibi traditam atque factam fore &c. & esse veros, Sublatis tamen contrarietatibus si quæ in eisdem reperiantur.

Nota: si principalis iurat vel dat articulos medio iuramento factas vt supra

ſupra obmittendo clauſulam intra parentheſim comprehenſam videlicet, ſimpliciter & vſque factam.

AD CONCLVDENDVM.

ET partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ non comparentis, neque in huiuſmodi cauſa concludere aut ex aduerſo concludi videre ſeu audire nec aliquam cauſam rationabilem quare in præſenti cauſa concludi non debeat allegare curantis contumaciam accuſauit, ipſamq́; contumacem reputari. Et in eius contumaciam quantum in eo fuit & erat in huiuſmodi cauſa concluſit, ſecumq́; concludi, & pro concluſo haberi per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus &c. contumaciam. Et in eius contumaciam vna cum dicto magiſtro N. procuratore, vel vna cum dicto domino. N. principali, concludente & ſecum in huiuſmodi cauſa concludi & pro concluſo haberi peten. more ſolito in præſenti cauſa duxit concludendum & concluſit, habuitq́; & haberi voluit in eadem pro ſufficienter concluſo. Retenta nihilominus poteſtate plenaria eandem concluſionem reuocandi, toties quoties ſibi in poſterum placuerit & videbitur expedire. Præſentibus ibidem diſcretis viris magiſtris. N. &. N. notariis publicis dictiq́; domini Auditoris & coram eo ſcribis & clericis. N. &. N. diœce. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Comparuit in iudicio & in contumaciã obtinuit concludi Retenta &c. Præſentibus ſocijs.

Et ſupradicto magiſtro. N. ex aduerſo ptocuratore. Vel & ſupra dicto. D. N. ex aduerſo principali, præſente & audiente, & vt apparuit intelligente, licet replicante, in huiuſmodi cauſa quantum in eo fuit & erat, ſponte concluſit, ſecum concludi, & in eadem pro concluſo haberi per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor vna cum dicto magiſtro. N. procuratore, vel cum dicto. D. N. principali concludente & ſecum concludi & pro concluſo haberi peten. more ſolito præfato Ma. N. ex aduerſo procuratore præſente audiente, & vt apparuit intelligente in huiuſmodi cauſa concludendum duxit, & concluſit, habuitq́; & habere voluit pro ſufficienter concluſo. Retenta &c. vt ſu.

Comparuit in iudicio. N. præſente. N. ex aduerſo procuratore obtinuit concludi Retenta &c. Præſentibus &c.

DATIO CEDVLAE PETITIONIS.

DEinde idem. N. principalis vel procurator ibidem &c. comparens, quandam petition. papyri cedulam pro parte ſua iuxta & ſecundum eius formam, continentiam & tenorem diffinitiuam in huiuſmodi cauſa pro ſe & contra partem aduerſam in ſcriptis ferri & promulgari petiit ſententiam mihi præſentis cauſæ notario atque ſcribæ prędicto facto realiter & in ſcriptis infraſcripti tenoris obtulit atque dedit dicens, petens, proteſtans, aliasq́; & alia faciens prout & quemadmodum in eadem petitionis cedula, cuius tenor inferius eſt inſertus, plenius continetur & habetur.

Idem dedit cedulam petitionis facto tenoris petens &c.

AD CONCLVDENDVM ET AVdiendum sententiam.

Demum idē &c. & in cōtumaciā Reuocatis &c.obtinuit cōcludi & pronunciari ut ī cedula quam dominus legit facto tenoris &c. Super quibus &c.pręsentibus sociis.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque in huiusmodi causa concludere aut ex aduerso concludi uidere nec diffinitiuam in huiusmodi causa sententiam ferri, & in scriptis promulgari audire, neque aliquam causam rationabilem si quam habeat quare præmissa fieri non debeant allegare curantis, contumaciam accusauit, ipsamq́ contumacem reputari. Et in eius cōtumaciam quantum in eo fuit & erat in huiusmodi causa conclusit, secumq́ concludi & pro concluso haberi. Necnon diffinitiuam pro se & parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundum præfatæ superius ut præmittitur per eum in huiusmodi causa datæ & oblatæ petitionis formam continentiam & tenorem in scriptis ferri & promulgari sententiam per. D. Auditorem &c. postulauit Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam unà cum dicto domino. N. principali vel magistro. N. procuratore in huiusmodi causa ut præmittitur concludente, secumq́ concludi & pro concluso haberi postulante, more solito in huiusmodi causa concludendum duxit, atque conclusit, habuitq́ & haberi uoluit in eadem pro sufficienter concluso. Et nihilominus uisis primitus per eum ac diligenter inspectis omnibus.

Si est coram commissa.

Visis primitus per eum ac diligēter inspectis omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, processibus, statutis, priuilegiis, instrumentis, iuribus, & munimentis, testiumq́ dictis, depositionibus, & attestationibus in huiusmodi causa quomodolibet habitis, exhibitis & productis quibuscunque. Eisq́ cum diligentia ac maturitate, debite recensitis, dominorum coauditorum suorum, uel iurisperitorū consilio pariter & assensu, quibus de huiusmodi causæ meritis relationem plenariam fecit & fidelem, præhabitaq́ per eum cum eisdem super præmissis deliberation. matura, seruatisq́ de iure seruandis & cognitis ad plenum ipsius causæ meritis. Reuocatis prius omnibus & singulis dilationibus si quæ forte datæ essent per eū in huismodi causa, necnon super quibusuis appellationibus si quæ penderent datis Apostolicis refutatoriis ad diffinitiuam, uel interlocutoriā sententiam siue ordinationem promulgandam in huiusmodi causa, & proferendam procedendum duxit & processit. Eamq́ per ea quæ uidit & cognouit, ac uidet & cognoscit de præsenti pro parte Ma. N. procuratoris, uel dicti domini. N. principalis, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam in scriptis tulit & promulgauit, prout & quemadmodum in quadam pronunciationis huiusmodi diffinitiuæ seu interloquutoriæ sententiæ papyri cedula, quam tunc idem in suis manibus tenebat. Quamq́ de verbo ad uerbum publice alta & intelligibili uoce perlegit. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur.

De & super quibus omnibus & singulis præmissis idem magister. N. procurator nomine quo supra procuratorio, uel idem dominus. N. principalis sibi a me præsentis causæ notario atque scriba prædicto unum uel plura, publicum seu publica, sibi partiq́ suæ præfatæ fieri atque confici

petiit

petijt instrumentum seu instrumenta. Pntibus ibidem discretis viris magistris. N.&.N. notarijs publicis, dictiq; dñi Auditoris & coram eo scribis clericis. N.&.N. diœce. testibus ad præmissa vocatis, specialiter & rogatis.

Vel sic: Si Cardinalis vel maior prelatus pronunciat.

Quam tunc ibidem in meis tenebam manibus quamq; de verbo ad verbum de mandato Reuerendissimi domini Cardinalis iudicis & commissarij præfati publice &c. perlegi & recitaui. Cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur.

Quando iam est conclusum in causa.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis neque diffinitiuam, vel interlocutoriam, in huiusmodi causa per dominum Auditorem præfatum in scriptis ferri & promulgari sententiam, videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam in huiusmodi causa diffinitiuam, seu interlocutoriam, pro se & dicta parte sua & cõtra partem sibi in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundum præfatæ desuper pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa datæ & oblatæ petitionis, formam continentiam, & tenorem in scriptis ferri & promulgari sentẽtiam per dominum auditorem &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam visis primitus per eum ac diligenter &c. vt supra.

Comparuit. N. & in cont. obtinuit pronunciari prout in cedula. Præsentibus &c.

Et supradicto domino. N. ex aduerso principali, vel magistro. N. ex aduerso procuratore præsente, & vt apparuit intelligente, licet replicãte, diffinitiuam pro se & dicta parte sua, & contra præfatam partem sibi in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundum præfatæ de super pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa datæ & oblatæ petition. formam, continentiam, tenorem in scriptis ferri & promulgari sententiã per dominum Auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri. N. procuratoris, vel dicti domini. N. principalis instan. præfato magistro. N. ex aduerso procuratore, vel præfato domino. N. ex aduerso principali ibidem adhuc vt præmittitur præsente audiente, & vt apparuit intelligente, licet replicante.

Comparuit. N. &c. præsente. N. ex aduerso procurator obtinuit ꝓnũtiari prout in cedula. Præsentibus sociis &c.

Visis primitus &c. vt supra.

Tenores vero petition. & sententiæ diffinitiuæ vel interlocutoriæ papyri. cedul. vnde supra fit mentio successiue sequuntur & sunt tales.

Petit procurator &c. For. Aduoc. clxv. 1. & 2. & 4.

Christi nomine inuocato &c. For. Aduoc. clxxii. 1. & 2. & 3.

For. Aduoc. xvi. 42. & xxiiii. 21. & su. hoc eodem l. i. & inf. lviii.

DE SEQVESTRO.

Comparuit &c. Et partis &c. Neque supradictam parrochialem ecclesiam. N. super qua in præsenti causa agitur omnesq; & singulos fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta ad eandẽ parrochialem ecclesiam spectan. & pertinen. sequestrari, ac sub firmo & arcto sequestro poni, mandari, Sequestratoresq; deputari, necnon literas sequestratorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi, videre seu audire &c. neque aliquam causam &c.

Comparuit. N. procurator & in contumaciã obtinuit sibi decerni sequestrum & sequestratores deputari ĩ vim bullę pręsẽtibus &c.

allegare curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam dictam parrochialem ecclesiam, ac omnes & singulos fructus, redditus, iura, obuentiones, & emolumenta ex illa prouenientes & prouenientia penes aliquas personas idoneas & sufficientes iuxta Clementinam ad compescēdum desuper editis sequestrari & sub firmo sequestro & arcta custodia poni & conseruari, mandari, literasq; sequestratorias desuper necessarias & opportunas extra Ro. cu. & ad partes iuxta & secundum felicis recordation. Innocentii. Papæ octaui desuper fact. constitutionem & Reuerendis patribus dominis sacri palatij Apostolici causarum auditoribus facultatum attributis & concessam, sequestra decernendum & sequestratores reputandum, vim, formam, continentiam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi. Necnon venerabiles & circumspectos viros dominos. N. &. N. & eorum quemlibet insolidū pro sequestratoribus fructuum redditrium prouentuum huiusmodi quos adhoc elegit & nominauit ordinari, deputari, per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contu. ad supradicti magistri N. procuratoris instantiam possessionem parrochialis ecclesiæ antedictæ necnon omnes & singulos fructus, redditus & prouentus, iura, obuentiones & emolumenta ex eadem parrochiali ecclesia prouenientes & prouenientia sequestrandum, ac sub firmo & arcto sequestro poni mandādum & inhibendum, dictosq; dominos. N. &. N. pro sequestratoribus fructuū redditruum, prouentuum, iurium, obuentionum & emolumentorum prædictæ ecclesiæ & quemlibet eorum insolidum deputādum literas quoque sequestratorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta iuxta prænarratæ constitutionis vim, formam, & tenorem decernendum duxit, prout sequestrauit, inhibuit deputauit, realiter decreuit aliasq; & alia fecit, prout & quemadmodum in eisdem literis sequestratorijs, quarū tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. Easq; prout petitæ extiterunt decretæ atque concessæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri, subscribi & publicari suiq; sigilli appensione communiri voluit, iussitq; pariter & mandauit. Præsentibus &c.

Nomina sequestratorum.

Comparuit. N. procurator &c. Et pro parte sua venerabilem virum dominum. N. canonicum ecclesiæ. N. in sequestratorem fructuum redditrium & prouentuum prædictorum eligendum duxit & nominandum elegitq; pariter & nominauit.

Procurator dixit se cōtentum qđ sequestrum relaxetur.

Et quod sequestrum alias superius in hac causa pro parte sua appositū & ad partes decret. relaxetur tollatur ac moueatur se contentum fore dixit & allegauit. Ex aduerso vero cōparuit in eodem iudicio &c. seden. &c. Et sequestrum superius vt præmittitur contra partem suam & pro parte dicti magistri. N. ex aduerso procuratoris concessum & decretum amoueri, cassari, tolli, & relaxari, literasq; relaxatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & cōcedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus &c. de dicti domini. N. ex aduerso principalis consensu sequestrum superius vt præmittitur decretum relaxatum duxit & relaxauit lit, erasq; relaxatorias desuper necessarias & opportun.

Ex aduerso comparuit. N. procurator & consentien. ex aduerso principali obtinuit relaxari sequestrum.

portun. in forma solita & consueta decreuit atque concessit, easq; prout petitæ extiterant atque decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri, subscribi, & publicari, suiq; sigilli appensione communiri voluit, atque mandauit: prout & quẽadmodum in quodam relaxationis instrumento publico per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictũ exinde in notam recepto & apud acta causæ huiusmodi inferius registrato plenius cõtinetur & habetur. Præsentibus &c.

Neque sequestrum fructuum, redditium, & prouentuum, iurium, obuentionum, & emolumentorum parrochialis ecclesiæ. N. alias per R.P. D.N. Auditorem decretum & appositum tolli & relaxari, videre seu audire curantis &c. accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. sequestrum huiusmodi vt præmittitur decret. & apposi. iuxta & secundum supradictæ ipsi domino Auditori factæ & præsentatæ commission. dependen. vim, formam & tenorem tolli & relaxari &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam sequestrum &c. vt supra relaxauit, vsque habetur. Præsentibus &c.

In cont. obtinuit relaxari sequestrum. For. instr. stru. 146. col. 1. & infr. lviij.

Nunc dicendũ est de sequestris, quæ fiunt super fructibus beneficiorũ lata sententia, & licet de iure ciuili non liceat sequestrare. l. unica. C. de prohib. sequest. pecun. tñ de Iure Canonico admittitur in beneficialibus: & sequestrum debet, & potest per iudicem qui protulit sententiam super beneficio, & decernitur super fructibus benefici) sequestrum eo instanti in quo fertur sententia. cle. unica de sequestra. poss. & notat Alfo. sotto. super 69. regula cancel. Innoc. viij. col. 4. & potest & debet ordinarius loci dicti beneficij constito sibi de sententia vt præmittitur lata sequestrum decernere, si per iudicem causæ decretum non fuit. d. clem. vnica. de seq. posse. Alfon. sotto. in d. reg. cancel. 69. col. 4. & sequester dicitur ille apud quem res de qua est controuersia deponitur siue sequestratur. l. sequester. ff. de ver. oblig. glo. in verb. sequestrationis, & decernitur in actu sententiæ vnico, & eo instanti. Et sequestrum decretum super fructibus beneficij lata sententia non reuocatur, etiam q̃ secunda sententia infirmet primam, sed expectatur finis victoriæ: Millis in repert. versi. sequestrum factum, qui allegat Rot. deci. 405. quam dec. nunquam inuenire potui in nou. & antiq. nec in quodam uetustissimo Codice dictarum decisionũ Rotæ quod habeo penes me: & in rebus secularibus licet sequestratio sit prohibita. l. vnica. C. de prohib. sequest. pecun. & ibi Bart. & sequestratio est separatio rei, uel possessionis, quia dum res in sequestro est, illam non possidet actor neque reus. glo. in uersi. sequestrationis in d. l. vnica. & sequestratio de consensu partium fieri potest & permittitur. glo. in uerb. sequestrationis & & ibi Bal. in princ. uersi. tu autem in. d. l. unica. sequestrum vero in profanis in quatuor casibus conceditur. scilicet primo si petatur res mobilis & persona suspecta sit, quod cum ea aufugiat: secundo de mobili, & immobili, quando illam possidens est suspectus ne depopuletur fructus, uel rem sit dissipaturus. tertio quando est contumax non cauens de soluendo, siue faciendo id ad quod tenetur. Quarto fit propter conditionem personæ, puta seruus de conditione seruitutis prouocat, siue reclamat ad libertatẽ, & contra eius dominum pronunciatum extitit, fit sequestratio rerũ eiusũ

de quibus dubitatur, si sint, aut eius qui dicit se liberum, glo. in uer. sequestrationis in d. l. unica. C. de prohib. sequest. pecu. & sequestratio fit iudicis potestate in quibus casibus fiat, & quomodo. uidelicet sequestratio, quæ fit iudicis potestate est duplex, scilicet quædam de re non contentiosa, & quædam de re contentiosa, & hæc fit dupliciter, ad iuris sui obseruationē, & cum instrumenta communia deponuntur. vt in l. fin. C. de fid. instr. & ad damni euitationem, ut quoties quis deponit, ut securiorem reddat: & alia sequestratio est de re contentiosa pro possessione, & ista quandoq; fit iudicis officio etiam utraque parte contradicente, ut quando sunt contēdentes de possessione: est quædam sequestratio de re contentiosa, quæ fit propter onus rei incumbens, quod non est expletum, puta duo clerici litigant de eodem beneficio, uerū est quod de fructibus beneficii deseruitur in diuinis & interim fructus sequestrantur, ut inde deseruiatur eccle. Bal. in l. vnica. vers. quædam est sequestratio. nu. 1. C. de prohi. seque. pec. & in causis beneficialibus quando decernitur sequestrum eadem citat, uel citatur ad uidendum decerni sequestrum, & concordandum de sequestratore, & tunc utraque nominat, quando unum, quando duos, & si partes non concordant, iudex unum de nominatis eius arbitrio deputat, & cum consideratione, quia sequestrum non est solummodo de fructibus, sed etiam de corpore beneficij.

Tenor vero literarum sequestratorialium publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur & est talis. Ioannes &c. For. instru. 157. col. 1. & 158. colu. 2.

For. Aduoc. xvii. 39. & For. Instr. 14. col. 1. & 2.

DE APPELLATIONE ET APOSTOLORUM RESPONSIONE.

Appellatio a sententia diffinitiua For. inst. 12. col. 3

COmparuit &c. N. procurator &c. Et ab ipso domino Auditore eiusq; auditorio siue iudicio, necnon a diffinitiua sententia per eundem dominum Auditorē contra se & partem suam & pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa vt asseruit lata, aliisq; grauaminibus sibi partiq; suæ præfatæ per ipsum dn̄m Auditorem vt asseruit illatis ad sanctissimū in Christo patrem & dominum nostrum dominum Paulum diuina prouidentia Papam tertium, sanctamq; sedem Apostolicam facto &c. vt infra.

Appellatio a sententia interlocutoria.

Et ab ipso domino Auditore, eiusq; auditorio siue iudicio. Necnon a quadam interlocutoria sententia siue ordinatione per eundem dominū Auditorem contra se & partem suam & pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa, vt asseruit lata, totoq; eius processu in huiusmodi causa habito, aliisq; grauaminibus sibi partiq; suæ præfatæ vt asseruit illatis, ad sanctissimum &c. ut infra.

Apellatio ab excessiua taxation. expensarum.

Et a dicto domino Auditore eiusq; auditorio siue iudicio ac a nimia & excessiua expensarum pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa factarū taxatione superius vt præmittitur per ipsum dominum Auditorem facta aliisq; grauaminibus sibi partiq; suæ ut asseruit illatis, ad sanctissimum in Christo &c. ut infra.

Appellatio a non

Et a dicto domino Auditore eiusq; auditorio siue iudicio. Necnon a

non

non admission. positionum & articulorum alias pro parte sua in huiusmodi causa datorum, exhibitorum, & productorum, totoq; processu in huiusmodi causa per eundem dominum Auditorem & coram eo habito, alijsq; grauaminibus sibi partiq; suæ præfatæ vt asseruit illatis, ad sanctissimum in Christo &c. vt infra.

admissione articulorum.

Et ab ipso. D. Auditore eiusq; auditorio siue iudicio. Necnon ab iniusta positionum & articulorũ pro parte sibi huiusmodi causa aduersa datorum exhibitorum & productorum admissione. Necnõ a toto eius processu in huiusmodi causa habito, aliisq; grauaminibus sibi partiq; suæ præfatæ vt asseruit illatis, ad sanctissimum in Christo &c. vt infra.

Appellatio ab admissione articulorũ & toto processu.

Et ab ipso domino Auditore eiusq; auditorio siue iudicio. Necnon a non admission. exceptionum siue materiarum articulatarum suarum aliisq; grauaminibus sibi partiq; suæ præfatæ vt asseruit illatis totoq; processu in huiusmodi causa habito ad sanctissimum in Christo &c. vt infra.

Appellatio a non admissione exceptionum.

Et ab ipso. D. Auditore eiusq; auditorio siue iudicio. Necnon ab admission. & reception. nonnullorũ testium in huiusmodi causa pro parte aduersa datorum exhibitorum & productorum. Et toto processu in causa huiusmodi habito & facto, aliisq; grauaminibus &c.

Appellatio ab admissione nonnullorum testium.

Et ab ipso domino Auditore eiusq; auditorio. Necnon processu vlteriori in huiusmodi causa habito & facto &c.

Ab vlteriori processu.

Ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum. N. diuina prouidentia Pa. N. sanctamq; sedem Apostolicam facto realiter & in scriptis prouocauit & appellauit: Apostolosq; tales quales super dicta sua appellatione de iure habere debeat, primo secundo tertio, ac instanter, instantius, instantissime sibi dari & concedi per dominum Episcopum locumtenen. Auditorem præfatum debita cum instan. postulauit. Aliasq; dixit & fecit prout & quemadmodum in quadam prouocation. & appellation. papyri cedula, quam tunc idem ma. N. procurator, vel idem. D. N. principalis in suis manibus tenebat, quamq; de verbo ad verbum paratum se legere obtulit. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. Quam quidem prouocation. & appellation. papyri cedulam. D. Auditor vel Episcopus locumtenens præfatus ad se recipiens, eamq; pro lecta habens.

Quando Auditor dat apostolos reuerentiales.

Præfato magistro. N. procuratori, vel præfato domino. N. principali appellanti & apostolos petenti, respondit in hæc verba vel eius saltem in effectu similia, quatenus infra tempus a iure statutum ad appellandum & procurator legitimus ad hanc causam exiltas & a sententia difinitiua appellaueris ob reuerentiam sanctissimi domini nostri Papæ, eiusq; sanctæ sedis Apostolicæ appellationi tuæ per te interpositæ deferimus, prout detulit hanc suam responsionem pro apostolis reuerẽtialibus sibi dando & concedendo. Et nihilominus terminum decem dierum proxime futurorum ad prosequendũ huiusmodi suã appellationem eidẽ magistro. N. procuratori, vel eidẽ dño. N. principali, pręfigendũ duxit, statuendũ & assignandum, pręfixitq; pariter, statuit, & assignauit. In quantum

Dominus dedit apostolos reuerẽtiales cum termino decem dierũ ad prosequendũ &c. quatenus procurator & infra tempus & a sententia difinitiua appellet &c. alias refutatorios. For. instr. 15. col. 5.

vero procurator pro quo appellas legitimus non fuerit ad hanc causam, neque in termino ad appellandum a iure statuto existas nec a diffinitiua sententia appellaueris appellationi tuæ per te interpositæ,tanquam friuolæ & frustratoriæ & inani ac ex friuolis frustratorijs & inanibus causis deductæ non deferimus,prout non detulit hanc suam responsioné pro apostolis refutatoriis dando & concedendo.

De & super quibus omnibus & singulis præmissis idem magister.N.procurator. Vel idem dominus.N.principalis appellans & apostolos petens sibiq; partiq; suæ,uel sibi a me præsentis causæ notario atque scriba prædicto vnum vel plura,publicum seu publica , fieri atque confici petijt instrumentum & instrumenta.Præsentibus ibidem discretis viris.N.&.N. notarijs publicis dictiq; domini Auditoris & coram eo scribis clericis.N. &.N.diœce.testibus ad præmissa uocatis specialiter & rogatis.

Quando Auditor dat terminum iuris.

Dominus dedit terminũ iuris videlicet xxx.dierũ ad recipiendum aposto.

Præfato magistro procuratori, uel præfato domino.N. principali appellanti & apostolos petenti terminum iuris videlicet.xxx.dierum proxime & immediate futurorum ad recipiendum apostolos tales quales sibi de iure dari debeant & concedi de & super dicta appellatione sua per eum vt præmittitur interposita & interiecta.Ita tamen quod interim si sibi uidebitur expedire & quandocunque sibi placebit eos dare possit & valeat, peremptorie duxit præfigendum,statuendum & assignandum pręfixitq; pariter,statuit & assignauit,de & super quibus omnibus &c.utsupra.

Quando Auditor dat refutatorias.

Dominus dedit apostolos refutatorios.

Præfato magistro.N.procuratori,uel domino.N.principali appellanti uel apostolos petenti respondit in hæc verba vel eis saltem in effectu similia. Appellationi tuæ per te interpositæ tanquam friuolæ & frustratoriæ & inani ex friuolis frustratorijs & inanibus causis deductæ nõ deferimus prout non detulit hãc suam responsionem pro apostolis refutatorijs dando & concedendo . De & super quibus omnibus & singulis præmissis idé magister.N.procurator(uel idem dominus.N.principalis) appellans apostolos petens sibi &c.vtsupra.

Nota quando defertur appellation. per principalem interpositæ obmitte verba (inquantum procurator legitimus ad hanc causam existas) & inferius (inquantum vero procurator pro quo appellas legitimus non fueris ad hanc causam.)

Cõstitutus in domo dñi corã me notario in absentia dñi Auditoris N. appellauit in scriptis cui petẽti apostolos testimoniales dare ꝑmisi. For.instru. 13.col.1.

Constitutus Romæ in domo domini Auditoris præfati & coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto , magist. N. procurator prædictus nomine quo supra procuratorio.Et in absentia ipsius D.Audi. qui tunc in domo suæ habitation.non erat constitutus ab eodem.D.Audi.eiusq; auditorio siue iudicio : Necnon a quadam diffinitiua sententia alias in huiusmodi causa cont.se & partem suam in fauorem partis sibi in huiusmodi causa aduersæ per eundem dominum Auditorem,ut asseruit, lata, aliisq; grauaminibus in cedula appellation. expressis. Ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum.N. diuina prouidentia Papam.N.sanctamq; sedem Apostolicam facto realiter & in scriptis prouocauit,& appellauit : Apostolosq; saltem testimoniales a me præsentis

causæ

causæ notario atque scriba prædicto, sibi dari & concedi petijt. Aliasq; & alia fecit & dixit, prout & quemadmodum in quadam prouocationis & appellationis papyri cedula, quam tunc in suis tenebat manibus animo & intentione ipsi domino Auditori præstandi, insinuandi, notificandi, & intimandi, si eius præsentia commode haberi potuisset: Eamq; mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit. Protestans nihilominus de absentia dicti domini Auditoris ac diligentia per eum facta, ac etiam insinuando eandem suam appellationem ipsi domino Auditori infra tempus debitũ & statutum. Quodq; propter ipsius domini Auditoris absentiam fatale de diligentia prosecutionis appellation. huiusmodi per eum factę non curat, similiter protestatus fuit & protestabatur expresse. Quam quidem appellation. papyri cedulam ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus, ad me recepi, eamq; pro lecta habui. Necnon eidem magistro. N. procuratori de diligentia sua per eum in præmissis facta Apostolos testimoniales dare promisi, suis loco & tempore congruis & opportunis. De & super quibus &c. vt supra.

Et supradictã appellationis alias ab ipso domino Auditore eiusq; auditorio, & a supradicta diffinitiua sententia. Vel a supradicta interloquutoria sententia, in huiusmodi causa lata, per eundem magistrum. N. procuratorem in eiusdem domini Auditoris absentia interpositæ & interiectæ papyri cedulam, prout est penes me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum posita, repetendum duxit atque repetiit. Eamq; de nouo verbum solum & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit. Et nihilominus eandem appellation & prouocationis papyri cedulam, Necnon diligentiam per ipsum de eadem appellation. vt præmittitur factam, præfato. D. Auditori omnibus melioribus modo, uia, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, intimauit, insinuauit, & notificauit, apostolosq; tales, quales sibi super dicta appellation. sua de iure habere debeat primo, secundo, ac tertio, instanter, instantius, & instantissime sibi dari & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Aliasq; & alia dixit & fecit prout & quemadmodum in eadẽ appellationis papyri cedula. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. Quam quidẽ appellationis siue prouocation. papyri cedulam dominus Auditor præfatus habuit, & se habere uelle dixit pro sufficiẽter insinuata. Necnõ dicto magistro. N. procuratori instanti & apostolos petenti respondit in hæc uerba, uel eis saltem in effectu similia &c. vt supra.

Procurator insinuauit domino Auditori appellationẽ in eius absentia interpositã cui petenti dominus dedit apostolos. For. instr. 94. col. 4.

Et quoddam appellationis a sententia diffinitiua contra se & partem suam & pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa lata alijsq; grauaminibus sibi per dominum Auditorem præfatum ut asseruit illatis interpositę instrumentum publicum. Signo & subscriptione discreti viri magistri. N. vt prima facie apparebat signatum & subscriptum, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, dedit, atque produxit.

Procurator produxit instrumentum appellation. in absentia domini interpositæ petẽs apostolos &c.

Quod quidem appellationis instrumẽtum & omnia alia & singula in eo contenta præfato domino Auditori intimauit insinuauit, & notificauit, ac ad eius ueram notitiam deduxit, Et nihilominus apostolos tales

q̃iales super dicta appellatione sua sic vt præmittitur per eum insinuata, & in dicto instrumento contenta de iure sibi dari debeant & concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictum instrumentum appellationis ad se recipiens atque de nouo pro perfecto habens dicto magistro. N. procuratori instanti & apostolos petenti, partiq; suæ si & inquantum appellasset a diffinitiua sententia contra eum & partem suam lata, ex tunc respõdit in hæc verba vel eis saltem in effectu similia appellationi per te interpositæ ob reuerentiam domini nostri Papæ, eiusq; sanctæ sedis Apostolicæ. vt su. de apostolis reuerentialibus.

Si vero appellasset a sententia interlocutoria ex tunc dicto magistro N. procuratori instan. & apostolos petenti in hæc verba respondit, vel eis saltem in effectu similia, appellationi tuæ forsan per te interpositæ tanquam friuolæ & frustratoriæ &c. vt supra de apostolis refutatorijs.

Appellatio ab attentat. & innouatis.

Et quod super appellation. alias per eum in huiusmodi causa interposita apostoli dati non fuissent. Et nihilominus ea sic penden. ad partis instan. sibi in huiusmodi causa aduersæ processum extitisset per dominum attentatum & innouatum foret dixit & allegauit quare ab ipso domino &c. & ab huiusmodi processu ac attentation. & innouation. alijsq; grauaminibus sibi partiq; suæ vt asseruit illatis. Ad sanctissimum vt supra.

Tenor vero appellationis papyri cedulæ vnde supra fit mẽtio sequitur & est talis. In nomine domini amen &c. For. instr. 12. col. 3.

Hic est notandum quod terminus prosequendi appellationem non currit pendente compromisso de partium cõsensu facto, secus in termino appellationis interponendo. Nicol. Mil. in repert. vers. terminus prosequendi. Non currit etiam tempus prosequendi appellationem ei qui agit super attentatis, imo etiam tempus executionis fiendæ post sententiam super attentatis latam, & de fatalibus subducen. pro eo qui obtinuit super attentatis, secus si succubuit, quare tunc sibimetipsi impedimẽtum præstitit: ideo ei hoc casu ultimo tempora currunt, Nicol. de Mil. in reper. uersi. terminus ꝓsequendi. & terminus præfixus ad ꝓsequen. causam nullitatis sentẽtiæ in termino currit si probabiliter motus credit sententiã nullam. Mil. in reper. uers. terminus quando assignatur: ubi se remittit in eo repert. ad vers. appellatio, & in vers. appellanti tempus, & terminus datus a lege ad faciendum aliqua est peremptorius, licet non dicatur, Sarn in reg. de annali quæst. 72. num. 2. & causa quæ tractatur inter laicos in foro eccle. debet decidi secundum ius canonicum, Innoc. in. c. i. nu. 1. & 4. de probat. & causa appellationis gubernatur, sicut causa nullitatis. Rot. in additio. primæ Dec. alias. 8. in nouis: fuit dubitatum de lit. cont. terminus iuris, uel statuti dicitur peremptorius, si legitimum probat impedimentum. Bald. super feud. in. c. quoniam, num. 2. de prohib. feud. alien. per totum, quem recitat Alfon. sotto. super 34. regul. Cancel. Innoc. viij. col. fin. & terminus ad peten. apostolos incipit currere a die interpositæ appellationis, nam. x. dies dantur ad appellandum, & 30. ad peten. apostolos. Card. in clem. quãuis col. 2. nu. 5. de appell. Rot. in nou. de appell. dec. 5. alias 29. fuit dubitatum: & tempus non currit prosecutionis appellationis quando stat per iu

dicem

dicem quod non procedit.Rot.in nou.de appell. Dec.7.alias.65.si appellatus in additio.& appellans si fuit infirmus, vel alias impeditus iusto impedimento,ita quod appellationem non potuit persequi , & si probare nõ potest per testes stabitur eius iuramẽto.Rot.in not.de appell.Dec 25 .alias 155.si certus terminus in fin.vlti.addi. & appellans ab aliqua sententia,si ue uim sententiæ habentis si dicat quod ei a.x.diebus proxime præteritis citra, ad notitiam suã peruenisse utrum intelligatur appellatum fuisse infra.x.dies dic quod sic Rot.in nou.de appell.Dec.39.alias 316.si possessor.in princ. Saluo iure expensarum potest redire ad primum iudicem:& appellans potest renuntiare appellationi suæ expresse.c. interposita.§.Ille denique de appell.Rot.in nou.de appell.dec.49.alias 363.ex hoc insurrexit.Et Apostoli petuntur infra.30.dies, & sunt de substantia appellationis Rot.in nou.de appell.Dec.50.alias.366.si appelletur nu.1.2.& 3.& Card. in d.Clem.quamuis col.v.de appell.& iudex debet dare apostolos reuerentiales , quia ius defert huiusmodi appellationibus.Rot. in nou. Dec. 50. alias 366.si appelletur.num.2.de apell.& appellato a diffinitiua in aliqua causa,& petitis apostolis,iudex debet dare reuerẽtiales, secus si appellatur a grauamine,siue interlocutoria, in quibus dantur apostoli refutatorij,& ita seruatur.Rot.in antiq.de appell. Dec.61.alias.605.dic quod sic:& apostoli ab appellatione satis est quod bis petantur:Rot.in nou.de appel.Dec. 57.alias 406.si auditor.nu.ij.si aliquis iuste impeditus fuit quod non potuerit prosequi nec finire suam appellationem infra primum fatale, tunc petat secundam & habebit de iure complementum,ut in.c.si Romana de appell.si autem fuit impeditus iuste infra secundum fatale tunc non habebit,nisi illud tempus per quod impeditus fuit in secunda fatali. Innoc. in.c.ex ratione de appella. & ita seruat Palatium. & appellans si non obseruauerit illa quæ debet seruare nihilominus appellatus debet introducere appellationem appellantis , nisi non seruasset ea, quæ debet seruare de iure, quia tunc dicta appellatio non deuoluit causam ad curiam sacri palatij.Rot.in anti.de appell.dec.59.alias.601.nota licet appellans.& auditor facta sibi fide de appellatione nihilominus debet videre processus,a quo est appellatum an fuerit causa legitima ad appellan. & si fuerit inhibeatur si petatur,& postea assignetur terminus ad dan.libellum,& in causa proceden.prout de iure fieri debet. Rot.in antiq.de appell.dec.62.alias 606.facta fide.& inhibitio in causa spirituali, uel profana non potest fieri licet sit appellatum a conclusione,& dati apostoli refutatorij,& terminus ad audien sententiam & appellans impetrauerit auditorem qui intimat suam commissionem auditori a quo appellatum, potest ferre sententiam & ita seruat sacrum palatium.Rot.in antiq.de appel.dec.66.alias 673.nota quando.& appellanti fuit præfixus terminus ad prosequen.appellationem sufficit iter arripere uel in curia protestari , quod infra tempus comparuit . Rot. in antiq. de appella. Dec.17. bigne nunquid autem. terminus autem hominis succedit loco termini iuris . Rot. in nou.de appellat. Dec.25 . alias.155 . si certus terminus in fin. vltimæ add. & apostoli sunt & dicuntur breuis forma, iudicem ad quem informans & instruens motum iudicis a quo,& totius appellationis circunstantias breuiter com-

prendens,& dicuntur ab epi, quod est supra,& stolos,quod est missio,sunt enim literæ missæ.Card.in d.clem. quamuis col.prima nu.4. de appell.& Apostoli petuntur instanter, & cum reuerentia ob mitigandum iudicem a quo.Card.in d.clem.quamuis. col.fin.de appel. & appellans potest apostolo unico contextu instanter sæpius postulare.d.clem. quamuis de appell.in princi.

DE REPOSITIONIBVS.

Constitutus vel cõparuit &c. petijt sibi dari apostо. quem dñs reposuit &c. cũ intimatione.p.q.c.super quibus &c.p̃sentibus &c.

CONstitutus Romæ in domo.D.Auditoris præfati & coram eo,vel cõparuit in iudicio &c.magister.N.procurator &c.& sibi partiq; suæ apostolos tales quales de & super appellatione sua vltimo superius in hac causa pro parte sua interposita de iure habere debeat dari & concedi per.D. Auditorem &c.postulauit. Quem quidem Ma.N. procuratorem apostolos peten.D.Auditor memoratus in eum statum in quo erat ante huiusmodi appellationis interpositionem & grauamen sibi ut asseruit illatum animo & intentione melius deliberandi reponen.duxit atque reposuit.De & super quibus omnibus & singulis præmissis idem magister .N. procurator noie quo supra procuratorio petijt sibi partiq; suæ supradictæ fieri atque confici per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum vnum vel plura,publicum seu publica,instrumentum seu instrumẽta.præsen.&c. Et nihilominus idem D. Auditor huiusmodi per eum factam repositionem supradicto magistro .N. ex aduerso procuratori per quemcunq; domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitime requisitus fuerit intimari voluit,iussitq; pariter & mandauit.

Dñs dixit se non fore deliberatum & prorogauit terminũ ad.i.diem.

Vel sic.Memoratus tunc.D. Auditor super huiusmodi apostolorum responsione adhuc non fore plene deliberatum dicto Magistro.N.procuratori instan.& apostolos peten.respondendum duxit atque respõdit. Quare sibi terminum huiusmodi & quicquid in eo fieri debeant hinc ad primam diem iuridicam &c.prorogandum duxit & prorogauit.

Relatio ad recipiendũ apostol.

Die &c.discretus &c.ad recipiendum & dari vidẽdum apostolos tales quales sibi de iure de & super appellation.sua per eundem magistrum.N. ex aduerso procuratorem vltimo in hac causa superius vt præmittitur interposita & interiecta dari debeant & concedi ad primam diem &c. uel per totam audien.&c.

Comparuit.N.& in cont. obtinuit ex aduerso procuratori licet absenti dari apostolos refutatorios.Sup quibus &c. Præsentibus.

Et supradicti magistri.N.ex aduerso procuratoris non comparentis, Neque apostolos tales quales sibi de iure dari debeant de & super appellatione sua vltimo in hac causa interposita & interiecta recipere curant. contumaciam accusauit,ipsamq; contumacem reputari.Et in eius contumaciã supradicto magistro.N.ex aduerso procuratori licet absenti apost. tales, quales sibi de iure dari debeant de & super dicta appellatione sua vltimo in hac causa interposita & interiecta dari & cõcedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.Memoratus tunc dominus Auditor dictum magistrum.N.ex aduerso procuratorem non comparentem neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere &c. contumacem, Et in eius contumaciam ad prædicti magistri .N.procuratoris

ratoris inſtantiam appellationi vltimo per eundem magſtrum.N.ex aduerſo procuratorem in huiuſmodi cauſa interpoſitæ & interiectæ tanquam friuolæ fruſtratoriæ & inani ac ex friuolis fruſtratorijs & inanibus cauſis compoſitæ & confectæ interpoſitæq; & interiectæ deferendum nō duxit,prout non detulit eidem magiſtro.N.ex aduerſo procuratori licet abſenti ſuper eadem appellation.ſua apoſtolos refutatorios dando pariter & concedendo.De & ſuper quibus &c.vt ſupra.

Et ſupradicti magiſtri.N.&c.contumacem reputari & in eius contumaciam &c.poſtulauit.Memoratus &c.contumacem. Et in eius contumaciā ad prælibati magiſtri.N.procuratoris inſtan.appellation. vltimo per magiſtrum.N.ex aduerſo procuratorem in huiuſmodi cauſa interpoſitæ & interiectæ ob reuerentiam.S.D.N.papæ eiuſq; ſanctæ ſedis Apoſtolicæ deferendum duxit,prout detulit dicto Ma.N.procuratori licet abſenti ſuper eadem appellation.ſua apoſtolos reuerentiales dando pariter & concedendo de & ſuper quibus &c.

Comparuit.N.& in cont. obtinuit ꝓcuratori ex aduerſo licet abſenti dari apoſtolos reuerentiales ſuper quibus &c. Præſentibus &c.

Intimatio repoſitionis.

Diſcretus vir.N.domini noſtri Papæ curſor retulit &c.intimaſſe magiſtro.N.ex aduerſo procuratori prædicto Romæ perſonaliter inuento & apprehenſo qualiter dominus Auditor præfatus magiſtrum.N.ex aduerſo procuratorem prædictum in eum ſtatum in quo erat ante vltimā eius interpoſitam appellationem & grauamen ſibi vt aſſeruit illatum animo & intention.melius deliberandi repoſuit prout & quēadmodum &c.

Curſor retulit intimaſſe magiſtro N. ex aduerſo ꝓcuratori qualiter dominus eum repoſuit.

Et a repoſitione partis aduerſæ, necnon a dicto domino Auditore eiuſq; auditorio ſiue iudicio ad ſanctiſſimum vt ſupra vſque ibi.

Eamq; pro lecta habens,Dictum magiſtrum.N.procuratorem nomine procuratorio huiuſmodi appellantem & apoſtolos petentem in eum ſtatum in quo ante huiuſmodi appellationem interpoſitam fuit animo & intentione melius deliberandi, reponendum duxit atque repoſuit. De & ſuper &c.vt ſu.in appellationibus.

Procurator appellauit a repoſitione quem dominus repoſuit.

Et ab ipſo domino Auditore eiuſq; auditorio ſiue iudicio ac a repoſitione facta ſuper appellatione partis ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſæ, ac a toto eius proceſſu vlteriori in huiuſmodi cauſa deſuper quomodolibet habito,alijſq; grauaminibus ſibi & parti ſuæ prædictæ per ipſum dominum Auditorem vt aſſeruit illatis,& in futurum quomodolibet inferendis ad ſanctiſſimum.vt ſu.

Procurator appellauit a repoſition. facta ſuper appellatione partis aduerſæ.

Comparuit &c.procurator. Et ad ſuam notitiam a tribus diebus proxime elapſis citra veniſſe quod magiſter.N.procurator ex aduerſo de & ſuper appellation. per illum vltimo in huiuſmodi cauſa interpoſita per dominum Auditorem præfatum repoſitus fuerat dixit,& allegauit,prout idem magiſter.N.procurator tact.per eum ob hoc ad mandatum ipſius Domini Auditoris & in eius manibus corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta dei euangelia de præmiſſis citius notitiam non habuiſſe iurauit.Quare idem magiſter.N.procurator ab ipſo domino Auditore &c. & a repoſitione partis aduerſæ.

Comparuit procurator dixit ad ſuam notitiā veniſſe a tribus diebus, quod ex aduerſo procurator alias fuit repoſitus ſuper quo iurauit.

Die .n. comparuit in iudicio &c. magiſter .N. &c. procuratorio.

Et quia non fuit ſibi intimata repoſitio partis ſibi in huiuſmodi cauſa

Comparuit pro-

curator protestatus fuit de nullitate ut hic.

aduersæ vltimo facta, ipsa tamen pars aduersa ad aliquos actus nihilominus tamen processit de nullitate processus huiusmodi ac grauamine & appellando publice solenniter fuit protestatus & protestabatur expresse.

For. Aduoc. xvi. 40. & infr. liiij.

DE DILIGENTIA PROSECVTIONIS Appellationis

Cōparuit. N. & in cont. nō do. de diligētia prosecutiōis appellation. primo pro prima dilatione obt. ad ad idem secūdo & pro secunda dilation. ad. i. diem p. q. c.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis neque fidem debitam de diligētia prosecutionis appellationis alias a quadam diffinitiua sententia per Reuerendum patrem dominum. N. sacri palatij Apostolici causarum ac causæ huiusmodi in prima vel secunda eiusdem causæ instan. Auditorem pro parte sua & contra dictam partē sibi in huiusmodi causa aduersam, lata & in scriptis promulgata per eandem partem aduersam, seu eius nomine taliter qualiter interpositæ & interiectæ primo & pro prima dilatione facere curātis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partē aduersam vlterius ad idem secundo, & pro secunda dilatione per aliquem ex domini nostri Papæ cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum Auditorem vel Episcopum locumtenen. præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam citationem &c. concessit. Eamq; &c. vt supra.

Cōparuit. N. &c. & in cont. nō doct. de diligentia prosecutionis appellationis. secundo & pro secūda dilatione obtinuit ad idem. iii. ad. i. di. p. q. c.

Et partis &c. Neque fidem debitam de diligentia prosecutionis appellation. a quadam diffinitiua sententia supradicta alias in huiusmodi causa vt præfertur pro parte dicti magistri. N. procuratoris & contra dictam partem aduersam inscriptis lata & promulgata per eandem partem aduersam seu eius nomine interpositæ secundo & pro secūda dilatione docere siue facerere curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eandem partem aduersam vlterius ad idem tertio & pro tertia dilatione &c. per aliquē domini nostri Papæ cursorem citari, mandari, ad aliquem certum peremptoium terminum competentem per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus ut supra.

Comparuit. N. ꝓcurator & accusauit cont. non docent. iiii. & pro quarta dilatiōe.

Et partis &c. Neque fidem debitam de diligentia prosecutionis appellation. supradictæ a præfata diffinitiua sentētia pro parte dicti. M. N. procuratoris contra dictam partem aduersam vt præmittitur lata per eandem partem aduersam vt præfertur seu eius nomine taliter qualiter interpositæ & interiectæ quarto, & pro quarta dilatione docere, nec aliquā causam rationabilem si quam habeat quare præfata appellatio deserta, & vitio desertionis subiacuisse, dictaq; sententia diffinitiua in rem trāsiuisse iudicatam pronunciari non debeant allegare curantis, contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem.

Aliquando sic: Neque de prætensa appellatione pro parte sua a quadam diffinitiua sententia &c. vt prætenditur interiecta & interposita docere, eiusdemq; prætensæ appellationis prosecutionis diligentia fidem debitam

debitam primo &c. facere curantis contumaciam accusauit vt supra mu- tatis mutandis.

DE CONCESSIONE ET PROROGATIONE fatalium.

DIscretus vir. N. cursor &c. ad videndum & audiendum fatalia siue tẽpus ad prosequendum appellationem alias pro parte ipsius magistri N. procuratoris in huiusmodi causa interiectæ & interpositæ iuxta & secundum certæ bullæ facultatis per fe. re. Innoc. Pa. viij. editæ & collegio. R. P. D. Auditorum Rotæ attributæ atque concessæ vim, formam, & tenorem per dominum Auditorem surrogatum præfatum extendi & prorogari vel dicendum &c. per totam audien. &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque sibi partiq́ suæ fatalia siue ad prosequendũ appellationem pro parte sua in huiusmodi causa interpositam & interiectam: iuxta certe bullæ facultatis felicis recordationis Innocentij Papæ. viij. desuper editæ & collegio dominorum auditorum Rotæ concessæ extendi & prorogari videre seu audire. Neque etiam causam si quam habeat rationabilem, quare præmissa fieri non debeant allegare curant. contumaciam accusauit, ipsamq́ contumacem reputari. Et in eius contumaciam sibi partiq́ suæ fatalia ad prosequendum appellationẽ huiusmodi iuxta & secuudum dictæ bullæ vim, formam & tenorem extendi & prorogari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.

Procurator in cont. obtinuit ꝓrogari secũdum fatalia ĩ uim bullę quatenus non sit lapsum ad vj. menses, pñtibus.

Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris vel principalis instan. ante dictum fatale quatenus lapsum non sit ad. vj. menses proxime & immediate sequen, a fine eiusdem computandis iuxta & secundum prænarratæ dictæ bullæ facultatis siue constitution. domini Innocentij vim, formam, & tenorem extendendum ac prorogandum duxit prout extendit atque prorogauit super quibus &c. præsentibus &c.

Vel sic. Et partis sibi &c. non comparentis neque sibi partiq́ suæ fatalia &c. Iuxta & secundum supradictæ ipsi. D. Auditori vltimo vt præmittitur factæ & præsentatæ commissionis vim, formam &c. extendi, & prorogari videre seu audire &c.

Discretus vir &c. Ad videndum & audiendum secundum fatale siue secundum dilationem ad prosequendum appellationem pro parte dicti domini. N. in huiusmodi causa in partibus interpositam eidem magistro N. vel parti suæ decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilẽ quare secundũ fatale sibi concedi nõ debeat allegandũ.

Relatio pro secũdo fatale decernendo.

Comparuit &c. Et sibi partiq́ suæ secundum fatale siue secundam dilationem ad prosequendum appellationem alias pro parte sua in huiusmodi causa in partibus interpositam dari & concedi per dominum Auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc. D. Auditor dicto magistro. N. pro curatori instan. & peten. supradictum secundum fatale ad prosequendum appellationem antedictam si & inquantum de iure fuerit concedendum

Procur. cõparuit & obtinuit sibi decerni secundũ fatale præsentibus locis.

duxit atque concessit. Præsentibus ibidem discretis &c.

Procurator obtinuit sibi decerni secundum fatale p̄sentibus &c. ex causa p̄allegata.

Et sibi partiq; suæ secundum fatale ad prosequendum appellationem suam nuper in partibus a quadā diffinitiua per dominum.N.in hac causa contra se & partem suam prædictam & in fauorem.N.ex aduerso principalis alias vt præmittitur lata & promulgata sententia interposita, attento quod non stetisset per eum & partem suam quominus causa huiusmodi in prima fatali foret expedita decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Quod quidem fatale dominus Auditor memoratus prædicto magistro.N.procuratori instan.& peten.partiq; suæ ex causa præallegata ad prosequēdum vlterius dictam suam appellationem decreuit atque concessit. Præsentibus ibidem discretis viris &c.

Procurator præsente ex aduerso p̄curatore petijt decerni secundū fatale.

Ex aduerso.N. dixit vt hic.

Dominus auditis altrication.decreuit secundum fatale si & prout de iure.

Idem magister.N.procurator in supradicti magistri.N.ex aduerso procurato.præsentia sibi secundum fatale ad prosequendum appellationem suam nuper in partibus pro parte sua interpositam dari & concedi per dominum.&c. postulauit. Viceuersa vero magister.N.procurator ibidem adhuc præsens &c.comparens quod termini substantiales in huiusmodi causa tenti non essent quare secundum fatale ad prosequendum huiusmodi appellationem dari non debeat allegandum duxit & allegauit. Tunc dominus Auditor præfatus post diuersas hincinde procuratorum habitas altricationes dictum secundum fatale præfato.Ma.N.procuratori instanti & petenti, partiq; suæ in antedicti magistri.N.ex aduerso procuratoris præsentia si & prout de iure dandum & concedendum duxit, atque concessit. Præsentibus &c.

Procurator obtinuit sibi decerni secundum fatale si & in quantum de iure cum intimatione.p.q.c.p̄sentibus sociis.

Et sibi secundum fatale ad prosequendum appellationē pro parte sua in huiusmodi causa interiectam & interpositam dari & concedi per &c. postulauit. Memoratus tunc.D.Auditor ad præfati magistri.N.procuratoris instantiam secundum fatale proxime præpetitum ad supradictam appellationem pro parte dicti magistri.N.procuratoris interiectam & interpositam prosequendum eidem magistro.N.procuratori instanti & petenti, partiq; suę si & prout de iure dandum & concedendum duxit atque concessit. Ipsumq; fatale prout petitum extitit atque concessum dominus Auditor memoratus supradicto magistro.N.ex aduerso procuratori per quemcunque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitime requisitus fuerit, intimari voluit atque mandauit. Præsentibus ibidem &c.

Comparentibus N.&.N.procuratoribus. N.intimauit. N.q̄ dn̄s cōcessit sibi secūdū fatale si & in quātum de iure.

Comparentibus &c.magistris.N.&.N.&c.partibus ex altera idem magister.N.procurator in supradicti magistri.N.ex aduerso p̄curatoris præsentia quod.D.Auditor memoratus ad prosequendum appellationē alias per eum vt præmittitur in huiusmodi causa interiectam & interpositam si & in quantum sibi de iure debeat sibi concedendum duxit & concessit prælibato magistro.N.procuratori ex aduerso ibidē vt præmittitur præsenti intimandum duxit & intimauit.

Cōparentibus p̄cura.&c. petierūt & obtinuerūt hinc inde decerni secūdum fatale.

Comparentibus &c.seden.magistris.N ex vna &.N.ex aduerso procuratoribus prædictis nominibus eorum hinc inde quibus supra procuratorijs partibus ex altera hinc inde quod per eos siue eorum aliquem non staret, stetit, neque stabit quo minus causa huiusmodi expediretur infra tempus debitum protestantibus. Quare sibi secundum fatale dari & concedi

cedi per dominum &c. postularunt. Memoratus tunc dominus Auditor dictis procuratoribus hinc inde instantibus & petentibus secundum fatale proxime præpetitum in huiusmodi causa habendum dictis procuratoribus hinc inde instantibus & petentibus decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit. Præsentibus ibidem &c. & rogatis.

AD IMPVGNANDVM ET iustificandum.

Die lunæ &c. Discretus vir. N. domini nostri Papæ cursor &c. retulit &c. peremptorie citasse magistrum. N. ex aduerso procuratorem præ dictum Ro. &c. apprehensum ad impugnandum & iustificandum impugnariq; & iustificari videndum quicquid partes hinc inde verbo vel in scriptis in hac causa impugnare aut iustificare uoluerint ad primam diem &c.

Cursor retulit citasse magistrum N. ex aduerso procuratorẽ ad impugnãdum & iustificãdum ad .1. diem instãte. N. procuratore.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neq; quicquam verbo vel in scriptis in huiusmodi causa impugnare vel iustificare, aut ex aduerso impugnari & iustificari videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacẽ reputari. Et in eius contumaciã huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo appellationem pro parte sua interpositam & interiectam ex actis causæ huiusmodi quãtum melius potuit & debuit iustificauit. Necnon processum coram Reuerẽdo patre domino. N. Auditore (vel in hac causa) habitũ & factum, & sententiam latam etiam quantum melius & efficacius potuit & debuit, impugnãdum duxit & impugnauit actis ex eisdem. Et nihilominus pro parte sua bene fuisse & esse appellatum & prouocatum ac per eundem dominũ. N. Auditorem male fuisse & esse processum sententiatum & pronuntiatum, partemq; sibi in huiusmodi causa aduersam in expensis propterea in huiusmodi causa habitis & factis condemnari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor, dictam partem aduersam &c. contumacem.

Cõparuit. N. & cont. non impugnantis neque iustificantis iustificauit appellationem & impugnauit processum coram domino. N. Auditore ex actis causæ habitum.

Et partis &c. neque quicquam &c. vt supra in proximo actu vsque contumacem reputari. Et in eius contumaciam processum coram R. P. D. N. in huiusmodi causa habitum & factum, & sententiam latam ex actis causæ huiusmodi coram eo habitis & factis, in quantum melius potuit & debuit iustificauit. Necnõ appellationem pro parte aduersa interpositam quantum melius potuit & debuit impugnandum duxit & impugnauit actis ex eisdem. Et nihilominus bene fuisse & esse per dictum dominũ. N. Auditorem processum sententiatum & diffinitum necnon pro parte aduersa male fuisse & esse appellatum & prouocatum pronunciari, dictamq; partem aduersam in expensis propterea in huiusmodi causa habitis & factis condemnandum fore & cõdemnari per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. contumacem.

Compatuit. N. & in cont. non iustifican. nec impugnan. iustificauit processum corã dño Auditore habitum, & impugnauit appellationem partis aduersæ petens &c.

Et huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo quandam impugnationis & iustificationis papyri cedulam facto realiter & in scriptis

Procura. dedit cedulam iustifica-

tion. & impugnati. facto. infrascripti tenoris exhibuit, produxit atque dedit, dicens, impugnans, petens, protestans, aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum in eadem impugnationis & iustificationis papyri cedula. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur.

Tenor vero impugnationis & iustificationis papyri cedulæ vnde supra fit mentio, sequitur & est talis.

Procurator pro iustification. & impugnation. dedit articulos facto. Et huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo pro iustificatione processus coram Reuerendo patre domino. N. Auditore habiti ac impugnatione appellationis partis sibi in huiusmodi causa aduersæ alias coram domino. N. Auditore ab ipso & eius sententia interpositæ. Nonnullos positiones & articulos facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, produxit, atque dedit, iustificans processum. & impugnans appellationem prædict. prout & quemadmodum in quadam positionum & articulorum hdiusmodi papyri cedula. Cuius tenor inferius est.

Procurator in cõtumaciam nõ dicentis contra appellationem obt. ad iustificãdum & impugnãdum ad. i. diem. Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non cõparentis, Neque quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam appellationem pro parte sua vt præmittitur repetitam dicere siue excipere curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius coutumaciam eandé partem aduersam vlterius ad impugnandum & iustificandum, ac impugnari & iustificari uidendũ quicquid partes hinc inde in huiusmodi causa impugnare aut iustificare uoluerit per aliquem dñi nostri Papæ cursoré citari, mandari, ad aliquẽ certum peremptorium terminum competenté. Quem etiã sibi &c. utsupra. postulauit &c. Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius contumaciam &c. ad primam &c. Eundem etiã terminum &c. vtsupra.

nu.1.vol.2.& possidens potest petere sese tueri & confirmari in possessione Bart.in.l.carbonianum.§.missum in principio.ff.de carbo.de edicto.& possessio modici temporis non præiudicat longiori possessioni præsertim longe longiori in iudicio possessorio Paul.de Cast.consi.81. in causa quæ uertitur in princ.nu.1.uol.2.& possessores sunt fauorabiliores,& potiores in dubio pari.Paul.de Cast.consi.81.in causa quæ vertitur col.ii.nu.1.uolu.2.& possessorium & petitorium & illorum iudicium non possunt insimul tractari ratione contrarietatis,quia in possessorio asserit, se possidere seu possedisse, in petitorio uero videtur continere contrarium, quia illud non competit possessori possidenti omni genere possessionis Pau.de Cast. consi.110.in causa quæ vertitur in Pau.nu.1.uol.2.&.113.eo.vol. in causa quæ vertitur in prin.nu.1.tempore feriarum potest suspendi petitoriũ, Rot.in nou.de caus.possess.Dec.2.alias.140.tempore feriarum suspendẽs petitorium cum protestatione ꝙ ab illo nõ vult recedere nisi exprimatur Rot.in no.de caus. possessor.Dec.6.alias.150. si suspendens,& si se immiscuerit petitorio postquam suspendit uidetur recedere a suspensione ea. Dec.si suspendens petitorium non potest pluries suspendi in eadem instãtia ante conclusionem Rot.in no.dec.3.alias.382.fuit dubitatum de caus. possessio.a propriet.Petitorium licet inter duos litigantes suspensum fuerit coram suo iudice,si contingat per terminum coram alio iudice agi super eo. petitorio poterit suspendens tale petitorium uenire & agere pro suo interesse super petitorio corã secundo iudice, Rot.in anti.Dec.188.de caus.posses.& proprie eisdem anti.eo.titu. Dec.4.alias.69.nota ꝙ in causa. dicit nota ꝙ in causa appellationis potest suspendi petitorium licet in causa principali non possit post conclusionem, & petitorium non uenit sub possessorio. Rot.in ant.Dec.2.alias.23.nota ꝙ ubi dixi & petitorium licet Antonius suspenderit quoad Benedictũ non obstabit quominus ipse Benedictus debeat ad petitorii causam ab Antonio contra tertium collitigantem reassumi. Rot.in antiq.de restitu. spoliat.Dec.7.Riccardus.& in causa appellationis potest suspendi petitorium, licet in causa principali nõ potest suspendi post conclusionem,licet in.l.cum apud.ff.iudi.solu.dicatur ꝙ potest etiam in causa principali usque ad conclusionem causæ potest suspendi petitorium,Rota in anti.de causis posses. & propriet.Dec.4.alias 69.nota ꝙ in causa: & petitorii suspensio quoad unam partem duntaxat ut agatur in tantum in possessorio per clem.vnic.de caus.possess.& propri. ꝙ tunc etiam intelligitur suspensum petitorium quoad aliam partem sine eius petitione secundum dispositionem iuris communis ut in allegato.c. uno notat,& in c.ex conquæstione de restitu.spoliato. & hoc uerum est in eadem ratione secus in diuersis & ita seruat Rota, Rot.in antiq.de causis posses. & propriet. Dec.xii.alias.625.si. auditor & petitorium tempore feriarum non potest suspendi ut procedatur in possessorio.Rot.in antiq.de feriis Dec.1.alias.94.nota ꝙ tempore & in eisdem antiquis & eo.ti.Dec.4. alias 69.nota ꝙ in causa,dicit nota, ꝙ in causa appellationis potest suspendi petitoriũ licet in causa principali non possit etiam post cõclusionẽ & c. & suspensio petitorii ligat manus iudicis ita quod in petitorio se intromittere non possit nisi expedito possessorio,Rot.in no.de sequestra. posses.&

fructu: Dec. 5. alias 394. si suspensio nu. 1. & suspendens petitorium postea dedit libellum concludens in petitorio, & possessorio, licet protestatus fuerit nolle recedere a possessorio nihilominus videtur recedere a suspēsione Rot. in no. Dec. 6. alias 250. si suspendens de caus. possess. & proprie suspendere aliquem a beneficio est, & operatur q̄ est priuare suspensum a perceptione fructuum quod habet locum in suspensione quorūcunque beneficiorum, Gemin. in. c. cupientes. §. cæterum nu. 3. de electio. in vj. Petitoriū remanet sine præiudicio etiam quando sententia lata fuit in possessorio a qua appellari non potest. l. vnica. c. si de moment. possess. & ibi glos. in uers. momenta & eum de poss. & declaratur in glo. momento, eo quód posset possessio durare momento, & petitorium non dicitur litigiosum propter litem motam in possessorio tantum, Cass. de resctipt. Dec. in 6. suspensus ab ingressu ecclesiæ si celebrat in illa eccl. efficitur irregularis glo. in vers. ecclesia. in c. fin. de offic. ordinar. in 6. petitorium ac possessorium potest tentari nomine beneficii per illum confirmatus in beneficio nō tamē est adeptus possessionem, sic not. in princ. additio. 1. alias 4. Dec. Rot. in no. de restitu. spoliat. possessor & in princ. dictæ deci. suspensus Prælatus siue clericus a beneficio, si interim administret incidit in pœnā priuationis ipso facto. Gemin. in. c. cupiente. §. cæterum in prim. de electio. in. 6. possidens potest petere se tueri in possessione in qua est. Bar. in. l. carbonianum. §. militū in princ. ff. de carb. edicto, & possessio modici temporis non præiudicat in dub. longe longiori, in iudicio possesso. not. Paul. de Cast. consi. 81. & causā quæ vertitur in princip. nu. 1. vol. 2. & possessores sunt fauorabiliores & potiores in dubio Paul. de Castr. in consi. 81. in causa quæ vertitur col. 2. num. 1. volu. 2. & petitorium & possessorium in iudicio in simul tentari non potest ratione contrarietatis quam in possessorio non asserit se possidere seu possedisse in petitorio vero videtur cōmittere contrarium quia illud non competit possidenti ex omni genere possessionis, Paul. de Cast. consi. 110. in causa quæ vertitur in princ. 1. uol. 2. & 112. eo. volu. in causa quæ vertitur in princ. nu. 1.

Vel sic.

Comparuit in iudicio. N. procurator & dedit cedulam suspension. petitorij facto tenori.

Et quandam suspensionis petitorii papyri cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, dedit, atque produxit, suspendens, protestans, aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum in eadem suspensione papyri cedula. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur.

Resumptio petitorij iuxta formam commission. dependen.

Comparuit. N. ꝓcurator & pręsente ex aduerso principali cū replication. obtinuit resumi petitorium iuxta formā commission. Præsentibus &c.

Comparuit in iudicio &c. Et supradictum petitorium alias in huiusmodi causa intentat. iuxta dictæ commissionis dependen. eiusq; signaturæ vim, formam, tenorem, in dicti domini. N. principalis pręsentia resumi & pro resumpto haberi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Ex aduerso vero. N. principalis citra &c. comparens commissionem istam, vigore cuius mandatur petitorium resumi. Nec nō omnes & singulas commissiones pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa impetratas ad procedendum in vtroque scilicet petitorio & possessorio fore surreptitias & sufficienter reprobatas, quare nunc huiusmodi petito-

rium

rium resumendum non fore dixit,& allegauit . Et nihilominus cum huiusmodi petitorij resumptione vsque ad primam diem iuridicam &c.qua eundem dñm &c. sedere contigerit , supersedere per dñm &c. postulauit.

Tandē dominus Auditor memoratus post diuersas altricationes hinc inde inter partes prædictas habitas & factas ad dicti.N. principalis instantiam petitorium prædictum iuxta supradictæ commission. dependent. eiusq; signaturæ vim, formam & tenorem in forma solita & consueta dicto.N. ex aduerso principali ibidem adhuc vt præmittitur præsente audiente,& vt apparuit intelligente resumendum duxit atque resumpsit,habuitq; & haberi uoluit pro sufficienter resumpto . Præsentibus ibidem discretis viris &c.

Partes suspendunt causam.

Die.N. &c. compare. idem. N. ex aduerso principalis omnes & singulas causas coram præfato domino Auditore indecis. penden.in quibus nondum per præfatum .D.Audito.aliqua sententia est lata omnibus melioribus &c. & debuerunt & quilibet eorum potuit & debuit, & quantum in eis fuit in eo statu in quo nunc est , & vsque ad.xiij.diē mensis.N.proxime futuri exclusiue de ipsarum partium expresso hinc inde consensu suspenderunt volen. insuper quod in causa & causis huiusmodi termino peden.non procedatur &c .

DE ADMISSIONE PRO INTERESSE.

ET volens de interesse domini.N.principalis sui nonnullos positiones & articulos de iure partis suæ pro supradictæ ipsi domino Auditori vltimo factæ & præsentatæ commissionis verificatione ad effectum admittendi eundem suum principalem in huiusmodi causa pro suo interesse facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit. Et nihilominus prefatas partes sibi in huiusmodi causa aduersas vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis cōtradictos positiones & articulos dicere siue excipere voluerint inquātum articuli, nec non ad respodendum eisdem inquantum positiones existant siue esse censeantur per aliquem &c.vt supra in termino substantiali.

Comparuit.N.& pro uerificatione ultimæ commission. ꝓ interesse suo dedit articulos facto obtinēs ad dicendum cō tra ad.i.di.p.q.c.

Et volens docere de interesse nonullos positiones & articulos de iure partis suæ necnon iura & munimenta,videlicet quasdam literas Apostolicas per.S.D.N.papam.N.dicto principali suo gratiose concessas ad effectum admittendi eūdem principalem in huiusmodi causa pro suo interesse facto realiter & inscriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit.Et sese nomine pricipalis sui pro interesse ipsius admitti ad causam p̄sentem in eo statu in quo causa ipsa de præsenti pendet inter partes prædictas debita cum instantia postulauit.

Et tunc dominus Auditor dictum procuratorem nomine principalis pro interesse ipsius ad causam præsentem in eo statu in quo de præsenti pendet inter partes prædict. dummodo de intersse suo legitime constat admittendum duxit & admisit præsentibus ibidem &c.

Procur. uolēs docere de interesse principalis sui dedit articulos & iura inferius designata facto obtinens noīe principalis sui in hmōi causa ꝓ interesse admitti præsentibus sociis.

Veniens ad causam pro interesse & quod de eo constet non potest re

tardare expeditionem in causa inter duos primo litigantes quia tenetur primo docere saltem summarie de interesse antequam admittatur. Rot. in ant.de rescrip.Dec.1.Bisignet utrum quando,& in ant.de iud.Dec.11. alias.53.nota ꝙ ubi & Rot.in anti. Bisignet de iudic. Dec.4. tūc ueniet:& interesse alicuius probatur ex facto.l.quatenus.ff.de regu.iur.& in causa commissa inter A. & B. & C. reum superueniens pro suo interesse petat procedi ad ulteriora in causa ad faciendum finem de suo interesse producit statim omnia iura sua,& facit citare procuratorem ad dicendum contra & excipiendo proposuit se non habere mandatum & ex hoc themate insurgunt tria dubia,primum utrum in uim primæ commissionis obtentæ per A. & B. contra C. possit procedi cum dicto de nouo superuenienti contra C. & si dicatur ꝙ sic,utrum omnes termini de stilo palatij seruari soliti,sint seruandi & reiterandi inter dictum.C.& D.vel sit admittendus dumtaxat in statu in quo causam inuenit. tertium utrum procurator dicti.C. bene excipiat ita ꝙ sit idem.C. de nouo citandus ad hanc causam pendentem inter ipsum.D.et.C.Et ad primum dicebant aliqui domini & maior pars ꝙ attento ꝙ esset causa in curia semel commissa inter dictos primos tres & super vno & eo.beneficio,quæ commissiones sunt communes omnibus volentibus uenire ad causam in uim primæ commissionis, possit procedi etiam inter istos in D.& C.superuenientem pro suo interesse,pro quo allegat not.Innoc.pulcherrimam in.c.ueniens & primo de spōsal.quum notat Inno.ego credebam ueram & posse intelligi in illo superueniente de nouo ad causam non contra primum reum & possessorem sed contra actorem vel pro actore illis assistendo non agendo,contra quē intellectum siue opinionem meam fuerunt allegata duæ decretales in cōtra.uidelicet c.ueniens de resti.& c.cum super de re iudic. facit clem.constitutionem de electio.& notat. in decretali dispendia.§.reus quoque de rescrip.lib.6.quas decretales ego inducebam pro me & nota.in.c.p.&.g.& in c.cum olim de offic.delegat. & prædicto.§.reus qui loquitur in personalibus & non realibus actionibus, & loquitur in reo & non in actore & ideo fuit conclusum & consultum per omnes potius fore nouam commissionem cum potestate citandi dictum reum prædictum.D.obtinere,quia domini non reputabant mandatum procuratoris.C.contra A.& B. sufficiēs contra D.& sic cessat tertium dubium & etiam secundum, quia tunc expeditur causa inter A.& B.& C.& D.poterit pro suo interesse a sententia diffinitiua si feratur pro A. & B. appellare,& causam appellationis prosequi contra A.& B.iuxta.c.cum super,& ea quæ ibi notātur per Innoc.superius allegatum:sed si sic contingeret pulcherrimum dubium restaret de modo procedendi & sententiandi contra dictos A.& B.si dictus D.ad se probaret beneficium de quo agitur pertinere sed supposito ꝙ in uim primæ cōmissionis & cum procurator rem.c.uel pereuidentiam contra eum posset,& deberet procedi ad instantiam illius quomodo & qualiter sit procedendum,videlicet utrum sit incipiendus processus a capite uel ille D. sit admittendus in eo statu quo causam inuenit, in quo domini erant uarii, aliqui tenentes primum, aliqui secundum,primi vero asserentes de nouo inchoandum processum,mouebātur, quia mutatis personis &.C. cum in

tua

tua &.C.ueniens de testib. nouis.n.morbis,&.c.de iur.&.c. cæterum forte propter obiectus dandos per dictum.C.reum & possessorum contra dictū D.superuenientem de nouo, a quibus totaliter excluderetur si terminus ad ponēdum & articulandum ad dicendum contra articulos & dicen.cō tra producta:& quanquam opinio istorum dominorum sit æqua tñ ego credo secundam opinionem magis iuridicam per iura antiqua & noua,ui delicet d.c.ueniens de resti.ut lit.pend.c.si hi cōtra quos & clem.1.eo.ti.cū ibi notatis & per Innoc.in.c.quia uero de iudi. & in.c.dilecti de exceptio. Rot.in no.Dec.40.alias 456.de restit.in integ.si causa cōmittatur.

DE PRODVCTIONE IVRIVM PER COMPVLSVM.

ET discretum virū magistrum.N.clericum.N. diœce.causarum palatij Apostolici coram dño Auditore præfato notarium atq; scribam ibidē præsentem, astantem audientem & vt apparuit intelligentem ad producendum & exhibendum nonnulla iura & munimenta penes eum existentia & ad hanc causam facientia, sub excōmunicationis pœna cogi & cōpelli per eundem dñm Auditorem debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dñs Auditor ad dicti magistri.N. procuratoris instantiam prænominatum magistrum.N. notarium atq; scribam suum.N.ibidem ut præmittitur præsentem,astantem,audientem,& vt apparuit intelligentem ad producendum & exhibendum omnia & singula iura & munimēta penes eum existentia & ad hanc causam facientia sub dicta excommunicationis pœna compellendum duxit & cogendum,compulitq; pariter & coegit.Qui dum sic cōpulsus fuerat,statim & incontinenti ad mādatum ipsius domini Auditoris metu excommunicationis huiusmodi ut asseruit nonnulla iura & munimenta,videlicet quasdam literas.N.&c. facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit,dedit atque produxit.

Comparuit.N.ꝓcurator petiit & obtinuit compelli infra nomina. ad producēdum iura qui compulsus produxit iura hic designata facto tenoris &c. quę idem repetiit inquantum &c. obtinens ad dicēdum cōtra ad.i. diem p.q.c. Designatio iuriū.

Quæ quidem iura & munimenta sic ut præmittitur per cōpulsum producta in huiusmodi causa exhibita,dictus magister.N.procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens hic repetiit.Eaq; de nouo verbo solū & dumtaxat exhibuit atq; reproduxit,in quantum pro se & parte sua & contra partem sibi in hmoi causa ad uersam faciant,aut quomodolibet facere uideantur & nō alias aliter nec alio modo,de quo publice & solēniter protestatus fuit & protestabatur expresse.Et nihilominus dictam partem sibi in huiusmodi causa aduersam,(vel sic dictos citatos) ulterius ad dicendū & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi iura & munimenta sic ut præmittitur per cōpulsum producta data exhibita & repetita dicere siue excipere uoluerit,per aliquem domini nostri Papæ cursorem,vel sic per audientiam publicam literarum contradictarum citari &c.ut supra.

Qui dum sic &c.metu excommunicationis ductus, & non alias ut asseruit quand i regulam cancellariæ de publicandis acceptation.& prouisionibus,uigore gratiarum expectatiuarum factis, alias per sanctissimum in Christo patrem & dñm nostrum.D. Paulum diuina prouidentia Papam tertium editam & factam,alias in quadam causa colonien.canonicatus &

N.compulsus ꝓduxit regulā cancellariæ hic specificatam.

præben. sancti Andreæ coram. R.P.D. Raynaldo Petrucio ac vnius &c. locumtenen. originaliter editam & factam alias in quadam causa producτam & coram eo per duos testes fide dignos vt asseruit sufficienter recognit. cum protestatione quod dam regula huiusmodi per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum, apud acta causæ huiusmodi registrata fuerit sibi restituatur facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et tunc idem magister. N. procurator ibidem &c. comparens supradictam regulam Cancellariæ sic præmittitur &c. inquantum &c. repetijt. vt supra.

Procura. petiit & obtinuit compelli. N. ad producēdum iura qui ꝓmisit ī domo dare uelle &c. idem repetiit iura īquātum obtinens ad dicēdum contra ad. i. di. p. q. c.

Et honorabilem virum. N. vt supra. Qui dum sic compulsus fuerat metu excommunicationis huiusmodi vt asseruit, iura, munimenta, penes eum existentia & ad hāc causam facientia finita audien. in domo mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti producere velle promittēdum duxit atque promisit. Quæ quidem iura & munimenta sic vt præmittitur per compulsum producenda & in huiusmodi causa exhibenda dictus procurator ibidem adhuc præsens vt supra.

Cōstitutus in domo mei notarii. N. compulsus & produxit iura inferius designata facto tenoris.

Romæ &c. constitutus. N. clericus. N. diœce. alias ad producendum & exhibendum nonnulla iura & munimenta penes eum existentia & ad hanc causam sub excommunicationis pœna per. D. Auditorem præfatum ad instantiam. N. procuratoris (vel principalis) coactus, compulsus, monitus, & requisitus, metu excommunicationis ductus & non alias, vt asseruit. Nonnulla iura & munimenta videlicet duas bullas gratiæ expectatiuæ dicto domino. N. principali per sanctissimum dominū. n. d. Paulum diuina prouidentia Papam tertium factas & concessas, vel per felicis recordationis dominum Leonem Papam decimum gratiose factas & cōcessas, vnam gratiosam cum filis sericeis rubei croceiq; colorum aliam vero executoriam, cum cordula canapis, veris bullis plumbeis ipsius domini nostri Papæ, vel ipsius felicis recordationis domini Leonis more Romanæ Curiæ impenden. bullatas, sanas quidem & integras non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione vt prima facie apparuit caren. vna cum processu eiusdem gratiæ desuper per. R.P.D.N. Episcopum. N. vel venerabilem & circumspectum virum. N. canonicum vel præpositum ecclesiæ. N. iudicem & executorem fulminato & decreto, & per discretum virum magistrum. N cleric. N. diœce. N. auctoritate, vel auctoritatibus, notarium vt & prima facie apparuit signato & subscripto. Sigilloq; dicti Reuerēdi patris. N. Episcopi iudicis & executoris in capsula lignea ceræ rubeæ impresso cum cordula rubea sub impenden. sigillato. Necnon duo instrumenta publica unum acceptation. & prouision. beneficij de quo agitur aliud uero publication. earūdē in pergameno & latino uel in papyro & uulgari. N. script. & per discretos uiros magistros. N. &. N. cleric. N. &. N. dioc. notarios sub scrip. ut apparuit & signat. facto & realiter & inscriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit.

For. instr. 5. col. 3. & 94. colum. 1. & 143. col. 3.

Si mandatum de prouidendo.

Quandam bullam mandati de prouidendo. uel commendando: præfato domino. N. de parrochiali super qua agitur per sanctissimum dominum nostrū dūm. N. Papā. N. Sub data Romæ apud sanctum Petrum.

Anno

Anno Incarnation. dominicę.N.pontificatus sui anno.N.gratiose fact. uera bulla plumbea.Ipsius domini nostri papæ cum cordula canapis more Ro.cu.impenden.bullat.sanam &c.ut supra.

Quendam processum uigore certarum literarum compulsorialium generalium alias per dominum.N.Auditorem in huiusmodi causa ad partes decretarum & in partibus coram.N.iudice compulsore uigore clausulę.Vniuersis & singulis &c.electo & deputato habitum factum extractum clausum) eiusq; sigillo de cera rubea in capsula ferrea appenden. munitũ & sigillatum,ac per discretum uirum magistrum.N.clericum. N. diocec. N.auctoritatibus notarium ut prima facie apparuit subscriptum & signatum facto realiter & cum effectu exhibuit produxit atque dedit. Si pcessus in uim compulsoric.

Quandam literam misiuam domini.N.domino.H.de partibus.N.ad Ro.cu.directã (clausam) apertam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris &c.ut supra. Si litera misiua.

Tenor uero iurium & munimentorum per compulsum productorum unde supra fit mentio sequitur,& est talis.

Nota quod quando sunt producenda iurata aliqua causa ad euitandum periculum causæ,principalis, siue eius procurator datis prius dictis iuribus in manibus alterius ex notariis iudicis petit & obtinet per notarium causæ ex decreto iudicis obtinet illum cõnotarium compelli ad producendum iura facientia ad causam,quæ per illum notarium producuntur pœnes acta causæ, & notarius caus. notat & scribit, comparuit Antonius principalis & obtinuit per dominum compelli Cæsarem Quintilliũ ad producendum ad hanc causam facientia,& penes eum existentia,& notarius notat postmodum & dicit deinde,tali die dominus Cæsar Quintillius connotarius compulsus sub pœna censurarum producit iura: & hoc fit ne iudex & pars aduersa suspicentur dictis iuribus.

Et iura transumptata ex actis faciunt fidem in eadem causa quando instrumentum fuit productum & registratum & deinde deperditum,Bal. in.l.fin.col.xi.nu.42.C.de edict.diu.Adrian.& iura exemplata & publicata parte non citata dicuntur publica & authentica.Rot.in no.de fid.inst. Dec.1.Alias.10.fuit dubitatum in prin.q; procedit iuribus non publicatis per ipsummet notarium de eis rogatum & in iuribus tangentibus certam personam ut priuilegium & indulgentia sufficit edictum generale nisi publicentur per eum qui confecit,quia tunc non requiritur edictum nisi fuerint suspecta q; exemplatur.Rot.in additione ad d.Dec.primam.

Et iura existentia penes tertium ex causa debent edi duobus aliis colligantibus uera propria, quæ sunt petentis illa edi tertio penes quem sunt edi debeant contra fiscum.

Et iura existentia penes tertium an ex causa edi debeant duobus aliis collitigantibus dic q; non cogitur,potest tamen si uult edere non potest edere contra fiscum nisi iure si ut petentis, cogitur iudicis officio, & non alias ad tradendum iura publica,ut puta excommunicationes bannimenta & similia,non autem iura inter priuatas personas cõfecta, ut instrumẽta,Abb.in.c.1.col.5.nu.23.usque ad 24.de probatio.

Procurator produxit sumptum infra designatū facto & in contumaciā ꝑduxit.ii. testes qui cōpulsi uel admissi iurauerūt tact. super recognitione signeti & eo ipsis ostenso recognouerunt vt infra. Nomina testiū.

ET quoddam sumptum ex registro bullarum vel literarum apostolicarum domini nostri Papæ clausum filo albo circumligatum & signeto paruo de cera rubea desuper impresso vt moris est signatum facto realiter & inscriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus duos testes videlicet.N.&.N.ibidem præsentes & astantes vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione signeti huiusmodi sumpto appositi & impressi exhibuit atque produxit. Quos ad hoc admitti eorumq; solita iuramenta recipi & examinari per dominum Auditorem præfatū debita cum instantia postulauit.

Iuramēta testiū.

Quos quidem testes ibidem vt præmittitur præsentes & astantes vt & tanquam testes Dominus Auditor præfatus ad dicti.N.procuratoris instantiam ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione ante dicta admittendum duxit & admisit.Qui quidem testes dum sic admissi fuerant statim & incontinenti ad mandatum ipsius Domini Auditoris, & in eius manibus tactis per eos ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurauerunt & dixerunt,ac quilibet eorum iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram meram claram sinceram & omnimodam quam sciuerint & quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem de & super recognitione signeti hmōi,prece pretio fauore amore ira odio inuidia rancore timore & qualibet alia sinistra machinatione in premissis postpositis penitus & semotis . Subsequenter vero præfatus Dominus Auditor prædict.testibus ibidem adhuc vt præmittitur pręsentibus & astantibus sumptum huiusmodi ac signetum eidem sumpto appositum & impressum demonstrauit atque ostendit,eosq; an sigillum huiusmodi dicto sumpto vt præmittitur appositum & impressum recognoscerent vel ne interrogandum duxit & interrogauit . Volens atque mandans eisdem vt ad hanc suam interrogationem medijs eorum superius vt præmittitur præstitis iuramentis responderent,& quilibet eorum responderet.Qui quidem testes sic vt pręmittitur per dominum Auditorem interrogati, Visis tamē primitus per eos & eorum quemlibet ac diligenter inspectis sumpto ac signeto huiusmodi se dictum signetum bene recognoscere, & esse illius cuius inibi esse dicitur videlicet venerabilis & egregij viri domini. N. literarum apostolicarum registratoris sub eorum superius pręstitis iuramentis respondendo dixerunt,& vterq; eorum respondit atque dixit.

Recognitio testium.

Si auditor habet signetum pro recognito.

Aliquando sic.Et tunc Dominus Auditor præfatus ad dicti magistri. N.procuratoris instātiam vlteriorem:signetum huiusmodi pręfato sumpto vt præmittitur appositum & impressum habuit & haberi voluit pro sufficienter recognito,sumptumq; huiusmodi aperiri mandauit & haberi voluit pro aperto.

Quo facto idem in cont. obtinuit

Et partis sibi in huiusmodi causa non comparentis , neque sumptum de registro bullarum domini nostri Pape extractum clausum signatum & per testes sufficienter recognitum superius vt præmittitur pro parte di

cti.N.principalis in huiusmodi causa productum aperiri & pro aperto haberi mandari videre seu audire, nec etiam aliquam causam rationabilem quare huiusmodi sumptum aperiri non debeat allegare curantis, contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciã sumptum prędictum vt pręmittitur recognitum aperiri & pro aperto haberi mandari per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam dictum sumptum vt præmittitur pro parte. N. procuratoris in huiusmodi causa productum & recognitum per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum aperiri & pro aperto haberi voluit, iussitq; pariter atque mandauit. Ex tunc ego præsentis causæ Notarius atque scriba prædictus sumptum huiusmodi de mandato domini Auditoris præfati mihi desuper vt præfertur facto aperiendum duxi, & aperui realiter & cum effectu, præsentibus &c.

aperiri mandari sumptum quod ego nota. de mãdato aperui facto tenoris &c.

Quo facto idem magister. N. procurator ibidem adhuc vt præmittitur præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens, præfatum sumptum sic vt præmittitur superius datum & exhibitum atque productum ac recognitum hic repetiit, illudq; de nouo verbo solum & dumtaxat exhibuit atque produxit. In quantum tamen pro se & dicta parte sua & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciat seu quomodolibet facere videatur & non alias aliter nec alio modo, de quo protestabatur & protestatus fuit expresse. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra huiusmodi sumptum ut præmittitur datum exhibitum recognitum & repetitum dicere siue excipere uoluerit, per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum Auditorem præfatum debita &c. vtsupra.

Tandé dictus ꝓcur. repetijt sumptum in quantũ &c. obtinẽs ad dicendum contra ad. i. diem. p.q.c.

Et quoddam sumptum supplicationis cedulæ de registro supplicationum domini nostri Papæ extractum, clausum & signatum facto realiter & in scriptis infrascripti &c.

Et quoddam sumptum regulæ siue cõstitutionis Cancellariæ apostolicæ de eadẽ cancellaria & eius libris extractum clausum & sigillatum &c.

Procu. ꝓduxit sũptum ex registro bullarũ clausum fcõ & ꝓduxit. ii. testes super recognit. signeti qui admissi tact. &c. iurarunt.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes in huiusmodi causa recipi produci & iurari & ad iurãd. admitti de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione signeti præfato sumpto appositi & impressi. Neque sumptum huiusmodi postquã recognitum fuerit aperiri videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam duos testes ibidem præsentes & astan. videlicet venerabiles viros dominos. N. &. N. vt & tanquam testes ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione signeti antedicti exhibuit atque produxit. Quos ad hoc sub pœna excommunicationis cogi & compelli eorumq; sol ta iuramenta recipi, necnon interrogari & examinari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. cõtumacem.

Procur. produxit sumptum suppli cation.

Procur. in cõt. ꝓduxit. ii. testes super recognition. signeti qui cõpul si iurarunt.

Et in eius contumaciam ad ipsius.N. procuratoris instantiam præfatos testes ad iurandum de perhibendo testimonium in huiusmodi causa ueritati de & super recognitione antedicta sub dicta excommunicationis pœna compellendum duxit & cogendum, compulitq; pariter & coegit. Qui quidem testes dum sic compulsi fuerant statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eos ob hoc corporaliter &c. ut supra.

Si per audientiam contradict. proceditur.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium neque &c.

Vel sic, quando compellitur ex aduerso procurator ad recognoscendū.

Magr. N. procur. obtinuit cōpelli N. ex aduerso procuratorem præsentem ad recognoscendum uel medio suo iuramento negand. signetū sumpti uel sigillum processus de partibus sub pœna excoīcationis qui cōpulsus metu &c. recognouit in forma non tn̄ confitendo seu approbando cōtenta in eo.

Et quoddam sumptum de registro literarum apostolicarum extractū & emanatum clausum ut moris est & signatum, facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus supradictum magistrum. N. ex aduerso procuratorem præsentem audien. & ut apparuit intelligen. ad recognoscendum signetum huiusmodi sumpto (uel sigillum processus de partibus) appositum & impressum uel medio suo iuramento præstando negandum sub excoīcationis pœna cogi & compelli eiusq; solitum iuramentum recipi & examinari desuper ac interrogari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri. N. procuratoris instan. præfato magistro. N. procuratori ibidem ut præmittitur præsenti audienti & ut apparuit intelligenti sumptum huiusmodi ac signetū eidem sumpto (uel sigillum dicto processui) appositum & impressum demōstrauit atque ostendit. Eumq; an signetum dicto sumpto uel sigillum dicto processui appositum & impressum recognosceret uel ne interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eidem ut ad hanc suā interrogationem medio suo iuramento responderet eumq; ad hoc sub excommunicationis pœna cogendum duxit & compellendum, compulitq; pariter & coegit. Qui quidem magister. N. ex aduerso procurator ibidem ut præmittitur præsens & interrogatus uiso primitus per eum ac diligenter inspecto signeto huiusmodi sumpto impresso uel sigillo dicto processui apposito statim & incontinenti metu excommunicationis ut asseruit ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit, & dixit signum huiusmodi dicto sumpto uel sigillum dicto processui appositum & impressum bene recognoscere & esse illius cuius inibi esse dicitur, uidelicet domini. N. literarum apostolicarum registratoris uel uenerabilis uiri domini. N. iudic. &c. non tamen per hoc contenta in eodem sumpto uel processu confitendo seu approbando, de quo solenniter protestatus fuit & protestabatur expresse. Et tunc dominus Auditor præfatus ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam ulteriorem signetum: uel sigillum: huiusmodi præfato sumpto uel processui ut præmittitur appositū & impressum habuit & haberi uoluit pro sufficienter recognito. Sumptumq; uel processum huiusmodi aperiri mandauit & haberi uoluit pro aperto. Ex tunc Ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus dictum sumptum: uel dictum processum: superius ut præmittitur recognitū huius-

huiusmodi de mandato mihi per dominum Auditorem desuper facto aperiendum duxi, & aperui, præsentibus &c.

Et discretum virum. N. sacri palatij apostoloci causarum notarium ibidem præsentem & iudicialiter repertum ad producendum & exhibendum nonnulla iura & munimenta &c. facientia sub excommunicationis pœna cogi & compelli per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad supradicti magistri N. procuratoris instantiam supradictum. N. notarium ibidem præsentem & iudicialiter repertũ ad producendum & exhibendum huiusmodi iura & munimenta penes eum existentia, ad hanc causam facientia ad statim videlicet ad hanc horam audientiæ causarum præsentis diei antequã ipsum. D. Auditorem de loco suo iudiciali recedere contingat &c. sub dicta excommunicationis pœna coegit, compulit, monuit & requisiuit. Qui quidem notarius dum sic vt præmittitur per dominum Auditorem præfatum monitus, requisitus ac compulsus fuerat metu excommunicationis ductus & non alias vt asseruit, nonnulla iura & munimenta, videlicet quoddam sumptum gratiæ expectatiuæ de registro bullarum domini nostri Papæ apertum facto &c. tenoris &c. atque dedit. Quod quidẽ sumptum dictus. N. notarius alias in quadam causa. N. coram domino suo N. productum fuisse clausum & signatum ac per sufficientes testes recognitum fore allegando dixit & allegauit. Et nihilominus idem notarius quod postquam huiusmodi sumptum apud acta præsentis causæ registratum fuerit sibi restituatur solenniter protestatus fuit & protestabatur expresse. Quæ quidem iura idem magister. N. procurator ibidem adhuc præsens &c. vt supra, mutatis mutandis.

Procur. obtinuit cõpelli. N. notariũ ad ꝓducẽdũ iura &c. qui compulsus produxit sumptum hic descriptum allegãs esse recognitũ ꝙ sumptũ ipse. N. procura. repetiit in quantum &c. obtinens ad dicẽdum contra ad .i. diem.

Fides de recognitione.

DE PRÆFIXIONIBVS.

ET præfato ma. N. ex aduerso procuratori (uel præfato. N. ex aduerso principali) ibidem præsenti audien. & vt apparuit intelligen. Ad dicẽdum & excipiendum &c aliquem certum peremptorium terminum competen. præfigi statui & assignari per. D. Auditorem præfatum debita cũ instantia postulauit. Quem quidem terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum. D. Auditor præfatus ad ipsius magistri N. procuratoris, vel ipsius. N. principalis instantiam præfato magistro. N ex aduerso procuratori (vel præfato domino. N. ex aduerso principali) ibidem adhuc vt præmittitur præsenti, audienti, & vt apparuit intelligẽti ad primam diem iuridicam &c. (vel ad hodie per totum diem) qua eundem dominum Auditorem Romæ &c. sedere contingerit duxit peremptorie præfigendum, statuendum & assignandum, præfixitq́ pariter & assignauit.

Procurator obtinuit ex aduerso procuratori uel principali præfigi terminum ad dicendũ &c. ad. i. vel per totam audientiam.

Vel sic. Sedere contigerit sub pœna repulsion. seu reiectionis iurium & munimentorum producendorum huiusmodi præfigendum duxit & assignandum, præfixitq́ pariter & assignauit.

Et præfato magistro. N. ex aduerso procuratori ibidem præsenti audien. & vt apparuit intelligenti ad videndum & audiendum nonnullos

Procur. obtinuit ex aduerso procu

ratori pręfigi terminum ad uidēdū iurare testes per totā audientiā & postquā iurauerit ad dādū interrogato. per istam & sequentem diem.

testes in huiusmodi causa produci &c. admitti per totam audiētiam causarum apostolicarum &c. contigerit & abire. Et postquam testes huiusmodi iurauerint ad dandum & exhibendum interrogatoria &c. voluerit per istam & sequent. dies &c. assignauit.

Et sibi partiq; suæ. Necnon dicto magistro. N. procuratori ex aduerso pręsenti audien. & vt apparuit intelligenti ad dicen. &c. aliquē certum peremptorium terminum competen. prefigi statui & assignari per dominū auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Quem quidem terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum dominus auditor præfatus dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti. Necnon dicto magistro. N. ex aduerso procuratori præsenti audienti & vt apparuit intelligenti partibusq; suis ad primam diem iuridicam &c. sedere contigerit peremptorie præfigendum duxit statuendum & assignādum præfixitq; pariter statuit & assignauit.

Procurator obtinuit sibi &. N. ex aduerso procuratori præsenti pręfigi terminū ad dicendum &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparent. neque &c. Et in eius contumaciam præfato magistro. N. ex aduerso procuratori superuenienti vlterius ad dicend. &c. aliquem certum peremptorium terminum competen. sibi partiq; suę eundem terminum ad consimilem actum faciendum præfigi statui pariter & assignari per dn̄m auditorem prefatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dn̄s auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam terminum proxime præpetitum ad prænarratū actum faciendum dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ. Necnon parti sibi in huiusmodi causa aduersæ absenti ad primam &c. & assignauit Eidem magistro. N. ex aduerso procuratori asserto ibidem adhuc præsenti audienti & superuenienti &c.

Procurator in cōt. &c. obtinuit præfigi ex aduerso procuratori superuenien. terminum ad dicendum. &c.

Et præfato magistro. N. ex aduerso procuratori licet absenti ad verificandum. &c. postulauit. Quem quidem terminum &c. præfixit, pariter statuit & assignauit. Quam quidem termini præfixionem dominus Auditor præfatus dicto. N. ex aduerso procuratori absenti per quēcunq; domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitime requisitus fuerit, intimari voluit, iussitq; pariter & mandauit.

Vel sic, ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis quicquid ipse magister. N. ex aduerso procurator in huiusmodi causa probare voluerit &c.

Procurator obtinuit ex aduerso procuratori absenti præfigi terminum ad uerificandum ad primā diem cum intimatione p.q.c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque sibi aliquem certum peremptorium terminum competentem ad probandum & probatum habendum per omne genus probation. necnon ad producendum quicquid ipse magister. N. procurator in huiusmodi causa probare & producere voluerit sub pœna repugnationis iuxta & secūdum supradictæ ipsi domino Auditori vltimo vt præmittitur in huiusmodi causa factæ & præsentatæ commissionis vim formam, continentiam, & tenorem præfigi statui, & assignari, videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam dictæ parti aduersæ, siue dicto magistro. N. ex aduerso procuratori licet absenti aliquem certum peremptorium terminum competentem ad proband. & probatum habend. vt su. prefigi statui & assignari per dominum

Procurator ī cōtumaciam partis aduersę obtinuit ex aduerso procuratori pręfigi terminū ad probandum & producēdū iuxta formā cōmission. ad ij. diē cum intimatione p.q.c.

auditorem præfatum &c.postulauit.Memoratus &c.contumacem & in eius contumaciam ad dicti magistri.N.procuratoris instantiam terminum proxime præpetitum &c.dictæ parti aduersæ siue dicto magistro N.ex aduerso procuratori licet absenti iuxta & secundum supradictæ ipsi domino auditori vltimo vt præmittitur in huiusmodi causa factæ & præsentatæ commissionis vim formam continentiam & tenorem ad secundam diem iuridicam proxime immediate sequentem qua eundem dominum Auditorem &c.sedere contigerit duxit peremptorie præfigendum statuendum &assignandum,præfixitq; pariter statuit & assignauit.

Quam quidem termini præfixionẽ Dominus Auditor præfatus dictæ parti aduersæ absenti &c.per quemcũque Domini nostri Papæ cursorem &c.intimari voluit, atque mandauit vtsupra.

DE PROROGATIONIBVS.

ET sibi partiq; suæ præsentis diei terminum videlicet ad dicend.&c.ad aliquem certum peremptorium terminum competen.prætextu copiæ nondum habitæ prorogari per dominum &c.postulauit. Quem quidem terminum proxime præpetitum ad prenarratum actum faciendum Dominus Auditor memoratus eidem magistro.N.procuratori instanti & petenti partiq; suę hinc ad primam diem iuridicam proxime & immediate sequen.qua eundem &c.sedere contigerit peremptorie prorogandum duxit & prorogauit.

Comparuit magister . N. obtinuit sibi prorogari terminũ ad dicendum cõtra ad primam &c.

Vel sic.Et sibi copiam iurium & munimentorum pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa productorum,nondum habuisse neque alias habere potuisse allegando dixit & allegauit.Quare sibi partiq; suæ terminum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis contra iura &c.aliquem vlteriorem terminum competentem prorogari per Dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit.Quem quidem terminum &c.vtsupra.

Die &c.R.P.D. auditor præfatus propter infirmitatẽ suã Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico &c.pro tribunali non sedebat.Quare idẽ Dominus Auditor omnes & singulos terminos in quibuscunque causis sibi commissis ad hanc diem pẽden.suo ex officio hinc ad primam diem iuridicam &c. qua eundem &c. sedere contigerit prorogandum duxit & prorogauit.

Dñs auditor prorogauit oẽs terminos causarum suarũ hĩc ad primã propter infirmitatem suam.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersę non comparentis,neque præsentem terminum videlicet ad dicend.& replicand.quicquid verbo vel in scriptis contra exceptiones articulatas superius vt præmittitur pro parte ipsius magistri .N. procuratoris in huiusmodi causa datas exhibitas & productas dicere siue replicare vellet alias eidẽ magistro.N.procur. partiq; suæ prefixũ & assignatũ prorogari videre seu audire curantis contumaciã accusauit ipsamq; contumacẽ reputari.Et in eius cõtumaciã huiusmodi terminum alias sicut pręmittitur eidẽ ma.N.procuratori,partiq;

Cõparuit.N.procur.& in cõt.obtinuit prorogari terminũ ad replicand.hinc ad primam.

ſuæ pręfatę præfixum & asgſinatum ſibi ad aliquem certum vlteriorem peremptorium terminum competē.prætextu copiæ exceptionum prædictarum nondum habitæ prorogari per Dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit.

Memoratus &c.dictam partem aduerſam &c.contumacem.Et in eius contumaciam terminum proxime præpetitum ad prænominatum actū faciend.eidē magiſtro.N.procuratori inſtanti & petenti partiq; ſuæ hinc ad primam diem iuridicam &c.ſedere contigerit peremptorie prorogandum duxit,atque prorogauit.

Prorogatio in iuriſdictionem iudicis per errorem facta non eſt valida.l.qui per errorē & ibi Bar. in prin.ff.de re iudica.& l.cōſenſiſſe in prin. ff.de iudic.& promulgare eſt ponere ſub compendio ab alijs inuenta licet ſparſim poſita:& promulgare eſt de nouo conſtituere gloſ.in ver.compoſitū in proœ. digeſtorum Promulgatoriæ literæ ordinarij dicuntur quæ promulgant,ſiue diſponunt ut in literis promulgantibus excomunicationes.Ab.in.c.per ceſſionem col.7.nu.5 de probation.& prorogabitur.c. de his qui in metallum damnantur l.pri.lib.x.& prorogamus ex de regu. iur.c.conſtitutionem lib.6.& vide ibi & prorogando ſtatuimus de clandeſt.deſp.c.vltimo prorogatio & reuocatio ſunt idem Bar.iul.in rebus.§. pri.ff.de precario:prorogatio quot modis fiat Bar.& Pau.de Caſtr.l. ſecunda.§.fin.ff.de iudic.prorogatio quomodo cognoſcatur quando fiat tā in iudicem iur.tanquam in arbitrum l.pri.ff.de iud.prorogatio iuriſdictionis per quos actus & modos dicatur fieri Bar.& alij in l.ſi conueniri.ff.de iur.omni.iudic.in quibus caſibus poſſit prorogari iuriſdictio & in quibus non:docto.in l.2.c.qui pro ſua uriſdictione:& iuriſdictio delegata poteſt prorogari.doct. in l.pri.de iudic.in quibus autem caſibus & per quas perſonas poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis delegatæ,ſiue ordinarij & quę requirantur in ea,uide plene & notabiliter per doctores in c.p.& glo.de offic.delega.& nota q̄ prorogatio poteſt fieri tacite in alienum iudicem adeundo coram eo litigando , nec requiritur expreſſus conſenſus,ut notat Bart.in del.2.de iudic.& docto.in.c.ſignificaſti defor.competen.& in.c.ad petitionem de accuſat.præſertim.Ab in ſecunda colum.notat tamen q̄ ſola patientia in ſubſtinendo alium iudicem procedere non prorogat iuriſdictionem iudicis,ſed oportet q̄ interueniat ex parte illius aliquid facti:facit q̄ not.Innoc.in.c.olim &.3.de reſtit.ſpoliat. & Abb.in allegato.c.ad petitionem.Item nota q̄ prorogatio non habet locum in his quæ ſunt meri & mixti imperii.unum etiam aduerte quod prorogatio termini intelligitur ſcilicet cum omnibus ſuis qualitatibus.l.labeo la prima in principio, & ibi Bart.de arbitr.& Alexander in.l.lecta.ff.ſi cer.petat:an uero quando iuris error impedit prorogationem,uide per Alexandrum & alios in.l.per errorem &.l.ei conuenerit de iuris . omn.iudic. & per doctores in.l.2.ff.de iudic.& in.1.eo.tit.de iudic.& per Abb.in allegato.c. ad petitionem prorogationis materiam ætati iuriſditioni prorogare poſſit quem pœnitere & quid operetur patientia de reſpondendo coram iudice plene, per doct.eo. c.pri.de iud.& per Abb.col.2.&.7.de qua materia uide l.ſed ſi manente de præcar,& omnino Bald.in.l,ſi cum dies de arbitr,& conſi.Oldra.incip.an

ſi capi-

si capitulum,& ponuntur xv.aut.xvi.quæstiones quotidianę in hac materia per specul.titu.de comp.iudic.ad.§.pri.uers.quid si duo, & sequitur per unam columnam,& vltra uero doctrina de prorogando causas tangitur per eundem titulum de exceptio. & replication.§.4.uer.item de prorogatione iudicis ad alium iudicem.item de tempore ad tempus de loco ad locum, uide per Feli.in.c.inquisiui.§. fin.in 6.col.de accusatio. Vltimo nota ꝙ prorogatio temporis debet fieri ante tempus finitum per eum d.c.causam col.ulti.in fin.de re.iudica. remissiue & ibi ꝙ consensus iudicis qui in dicta prorogatione est necessarius, non potest præstari post terminum.l. Bapt.Castel.& prorogare aliquando idest. idest promittere.ff.de pactis.l. sumptus,aliquando idest appropriare.ff.de orig.iuris.l.1.§.deinde,aliquando extendere ff.de procuratoribus, sed si manente aliquando soluere.ff. locat.&.l tibi ibi prorogasti, idest soluisti, & uide de significatione huius dictionis extra foro competen.c.Romana lib.6.& de proregatione iurisdictionis uide de iudic.lege pri.&.c.de Episc.audien.l.episcopale de iurisd. omn.iudic.l prælatorum & prorogare idest extendere:ex quo infertur ꝙ si quis nõ habet alias iurisdictionem,illa extendere non ualet ut.c.ad dissoluendum de sponsal.impub.&.l.dotem.ff.de uer.oblig. quod etiam procedit quo ad forum pœnitentiale.not.Abb.in.c.significasti de elec.& prorogando statuimus de clandestino desponsat.c.ulti. prorogatio & reuocatio sunt idem,Bart.& Pau.de Castr. in.l.1.§.fin.ff.de iudic. Prorogatio quomodo cognoscitur quando fiat tam in iudicem & prorogatio quomodo cognoscitur quando fiat tanquam in iudicem & tanquam in arbitrũ l.i.eo.tit.de iud.in quibus casibus possit prorogari iurisdictio & in quibus non. docto l.2.c.qui pro sua iurisdictione, prorogatio iurisdictionis per quos actus & modos dicatur fieri Bart.& alij in.l.si conuenerint.ff.de iurisdictione omni.iudic.& iurisdictio delegata potest prorogari.docto.in.l. pri.de iudic.prorogatio in iudicem uero uidetur facta per satisfactionem de iudicio si isti.

DE RELATIONIBVS CVRSORVM.

Discretus vir.N.domini nostri Papæ cursor retulit in iudicio corã domino Auditore præfato Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientiæ causarum consueta ad iura reddendum & causas audiendum in loco suo solito & consueto pro tribunali seden. *Relatio ĩ iudicio coram auditore.*

Mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto se de ipsius domini Auditoris mandato sibi super hoc vt asseruit legitime facto. Et ad supradicti domini.N.principalis vel magistri.N.procuratoris vel asserti procuratoris in.l in. Statim,hodie, & heri &c. peremptorie citasse prouidum virum magistrum.N.ex aduerso procuratorem prædictum Romæ personaliter inuentum & apprehensum ad dicẽdum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis,vt infra in clausulis generalibus.

Discretus vir &c. Retulit in iudicio coram domino Episcopo iudice & commissario præfato Romæ in domo habitation. suæ in qua iura reddi *Relatio coram commissario.*

solent hora vesperorum & audientiæ causarum more cōmissariorum cō sueta ad iura reddend. & causas audiend. in loco suo solito & consueto pro tribunali seden. mihi presentis &c.

Relatio in eodē iudicio.

Discretus vir &c. Retulit in eodem iudicio coram domino Auditore præfato Romæ ibidē adhuc prout vbi supra loco & hora præallegatis ad iura reddēdum & causas audiēdū pro tribunali seden. mihi &c. vt supra.

Relatio ante audien.

Discretus &c. Retulit Romæ apud sanctum Petrum ante locum & horam audientiæ causarum apostolicæ præsentis diei mihi &c.

Discretus vir &c. Retulit Romæ in basilica principis apostolorum de vrbe pro loco causarum audientiæ apostolico specialiter deputato mihi præsentis &c.

Discretus vir &c. Retulit in dicta audientia causarum postquam dominus auditor de loco suo iudiciali surrexit mihi &c.

Discretus vir &c. Retulit Romæ in domo domini auditoris præfati mihi &c.

Discretus vir. &c. Retulit Romæ in campo flore vel prope campum flore mihi &c.

Relatio ī domo domini.

Discretus vir &c. Retulit in palatio Reuerendissimi in christo patris & domini domini Ro. sancti Nicolai in carcere tuliano dyaconi cardinalis sacrosanctæ R. eccle. Vicecancellarij mihi &c. vt infra.

Discretus vir &c. Retulit Romæ apud sanctum Petrū in introitu causarum audientiæ quando ostium aperiabatur mihi &c.

Vel sic. Se de ipsius domini Episcopi iudicis & commissarij mandato sibi super hoc vt asseruit legitime facto.

Et ad uenerabilis viri domini. N. principalis in prefata ipsi domini auditori facta & præsentata commissione principaliter nominati instantiā statim hodie heri die decima huius mensis vt infra.

Et ad prouidi viri magistri. N. in Ro. cu. causarum ac venerabilis vel honorabilis viri domini. N. principalis in præfata ipsi domino auditori facta & præsentata commissione principaliter nominati procuratoris instantiam. De cuius procurationis mandato in priori huiusmodi causæ instan. legitimis. Vel: In prioribus huiusmodi causæ instantia & actis legitimis dicitur constare documentis.

Et ad prouidi viri magistri. N. in Ro. cu. causarum a prouido viro magistro. N. in eadem ro. cu. similiter causarum & honorabilis viri domini N. principalis predicti procuratore constituto procuratoris substituti instantiam statim heri &c.

Si procur. non est nominatus prius.

Statim & incontinenti (hodie heri die. N. proxime præterita) peremptorie citasse magistrum. N. ex aduerso procuratorem prędictum vel dominum. N. ex aduerso principalem prędictum Romæ personaliter inuentum & apprehensum. Vel: Necnon etiam similiter peremptorie citasse duos testes affuturos videlicet honorabiles viros. N. &. N. vt tanquam testes affuturos vt infra.

Si principalis prius non est nominatus.

Premptorie citasse prouidum virum magistrum. N. in Romana curia causarum & honorabilis viri domini. N. ex aduerso principalis in eadem præscripta ipsi domino auditori facta & præsentatacommissione ex aduerso

uerso principaliter descriptum procuratorem Romæ &c.

Peremptorie citasse honorabilem virū dominum.N.ex aduerso principalem in pręfata ipsi domino auditori facta & præsentata commissione ex aduerso principaliter descriptum in Romana curia personaliter inuentum repertum & apprehensum ad dicendum &c.

De quorum hincinde procuratorum procurationum mandatis apud acta causæ huiusmodi in priori instanti legitimis dignoscitur constare documentis.

Per discretum virum dominum.N.domini nostri papę cursorem ibidem pręsentem & astantem audientem & vt apparuit intelligentem peremptorie fieri voluit iussitq; pariter & mandauit. Eundem etiam terminum ad prænarratum actum &c. vt supra. Qui quidem cursor ibidem vt præmittitur præsens & onus siue mandatum citationis huiusmodi in se sponte suscipiens mox iens & paulopost rediens retulit in eodem iudicio coram domino Auditore præfato Romæ ibidem adhuc prout vbi supra loco & hora præallegatis ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sedente mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto se de ipsius domini Auditoris mandato sibi super hoc vt præmittitur legitime facto: Et ad supra dicti magistri.N.procuratoris instantiam statim & in continenti peremptorie citasse magistrum.N.ex aduerso procuratorem prædictum ibidem in audientia personaliter inuētum, repertum & apprehensum ad actum & terminum prænominatos, prout & quemadmodum idem cursor habuit vt præfertur ab eodem domino Auditore specialiter & expresse in mandatis. — Relatio de proximo.

Discretus vir.N.domini nostri Papæ cursor retulit in iudicio coram domino Auditore præfato Romæ in domo habitationis suæ mane hora tertiarum & audien.causarum more auditorum consueta ad iura reddēdum & causas audiendum pro tribunali seden.mihi præsentis causæ notario &c.ad primam diem &c.qua eundem dominum Auditorem Romæ in domo habitation.suæ mane,hora tertiarum & audien.causarum more auditorum consueta ad iura reddendum &c. contigerit prout & quemadmodum &c. — Relatio quando tenetur iudiciū ī domo domini in uacātijs ferijs nō obstan.

Vel sic,ad horam.N.Vel.N.pręsentis diei prout & quēadmodum &c.

CLAVSVLÆ GENERALES.

AD dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptus contra præfatam ipsi domino Auditori factam & præsentatam commissionem dicere siue excipere uoluerit ad.i.diem iuridicam proxime & immediate sequentem,qua eundem.D.Auditorem Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum Apostolico in quo iura reddi solent mane hora audientiæ causarū consueta ad iura reddendum & causas audiendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedere contigerit, prout & quemadmodum idem cursor habuit vt asseruit ab eodem domino Auditore specialiter & expresse in mandatis. Cuius quidem cursoris relatione sit ut præmittitur facta Comparuit in iudicio &c.ut supra. — Ad dicendū contra cōmissionē.

Ad dicendum cō tra commissionē & citationem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra su pradictam ipsi domino Auditori factam & præsentatam commissionem citationemq́ una cum eius inhibitione inserta eiusdem commissionis uigore superius in causa huiusmodi ad partes decretam. Necnon eiusdem citationis executionem in eisdem partibus factam & de eis reportatam ac ut præmittitur iudicialiter reproductam dicere siue excipere uoluerit ad primam &c.

Contra commissionem & iura ꝑ deuolutione causæ.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra su pradictam ipsi.D.Auditori,uel vltimo ut præmittitur in huiusmodi causa factam & præsentatam commissionem.Necnon iura & munimenta ꝑ deuolutione causæ huiusmodi ad Ro.cu.facientia vt præmittitur vltimo in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri.N.data & exhibita & producta dicere siue excipere uoluerit ad.i.diem.

Contra commissionē dependen. uel generalem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra su pradictam ipsi domino (uel vltimo ut præmittitur in huiusmodi causa factam & præsentatam commissionem depēden. uel generalem dicere siue excipere voluerit ad primam &c.

Ad libellandum.

Ad dandum & recipiendum dariq́ & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem ad i.vel ad.ii.vel.viii.utsu.

Ad articulandū.

Ad ponendum & articulandum poniq́ & articulari uidendum in huiusmodi causa ad xii.diem &c.utsupra.

Dicendum cōtra articulos.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra positiion.& articulos prædictos ut præmittitur in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri.N.procuratoris vltimo datos,exhibitos,& productos dicere siue excipere uoluerit inquantum articuli, necnon ad respōdendum eisdem inquantum positiones existant siue esse censeantur ad.ii.diem &c.

Contra articulos repetitos.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis cōtra prædictos positiones & articulos superius vt præmittitur pro parte dicti magistri.N.procuratoris repetitos & productos dicere &c.utsupra.

Contra articulos correctionales.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in script. contra supradictos positiones & articulos correctionales superius ut præmittitur ꝑ parte dicti ma.N.procur.datos exhibitos & productos,dicere siue excipere uoluerit in quantum articuli,necnon ad respondendum eisdem inquātum positiones existant siue esse censeantur ad.i.diem &c.

Contra articulos pro uerificatione commission.

Ad dicendum & excipiendum quicquid uerbo uel in scriptis,contra positiones & articulos supradictos pro uerification. commission.ipsi.D.Audito.superius ut præmittitur pro parte ipsius magistri. N.procutatoris datos exhibitos & productos dicere &c.in præceden.

Ad producendū omnia.

Ad producendum & exhibendum produciq́ & exhiberi uidēdum omnia & singula acta actitata literas scripturas processus instrumenta priuilegia iura & munimenta quęcunque quibus partes hinc inde in huiusmodi causa uti & se iuuare uoluerint ad.ii.diem &c.

Ad dicendum cō tra producta.

Ad dicendum &excipieudum quicquid uerbo uel in scriptis cōtra iura & muni-

& munimenta sic vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. ptocuratoris data, exhibita & producta dicere siue excipere voluerit. Vel sic in termino substantiali data exhibita &c.

Dicere de clausulis generalibus est longa materia & multa dici possent, sed de materia habeo unam collectionem in meo repertorio, quod ego cōpilaui, scilicet clausulæ generales derogatoriæ uidelicet nō obstantibus quibuscunque & quid operentur dic, quod auferunt uel saltem dilatant omnia statuta leges & consuetudines in contrarium facientes. s. statuta generalia ut puta respicientia omnia beneficia etiam si in eis caueatur beneficium nō posse detineri nisi per constitutum in sacerdotio & impetretur per non constitutum in sacerdotio, dummodo impetrans tempore impetrationis fuerit in ætate ꝙ infra annum potuerit sufficere promoueri: nihilominus Rot. in anti. de cōcessio. præben. dec. 4. alias 465. nota ꝙ statuta. dicit & tenet ꝙ statuta ecclesiarum actu sacerdotium requirenti per clausulas generales derogatorias in literis papalibus positas sublata uel saltem dilatata & censentur ita ꝙ impetrantes apostolici possunt hmōi beneficia accipere licet non sint in sacerdotio constituti, dūmodo tamen sint ætatis talis ꝙ in proximis quatuor temporibus possint ad sacerdotium promoueri iuxta nota. per Ioan. Andr. in. c. si pro clericis: pauperibus de præben. in 6. & Io. And. in. c. ei cui eo. ti. licet Archidia. ibidem & in. c. cum aliquibus de rescript. videatur tenere contrarium & hoc satis innuunt uerba in dictis non obstantibus posita, si bene inspiciatur clausula tamē prædicta non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris in suo testamento ꝙ huiusmodi beneficium non conferatur nisi actu sacerdoti: quia sicut Papa non uoluit præiudicare in præsentatione ita nec tollendo ordinationem uel ultimam voluntatem earundem. & pro hoc uide glo. in clem. de hi qui de ætate & qualitate, Rot. in anti. de commissione p̄ben. dec. 41. alias 465. nota ꝙ statuta, secus quo ad statuta singularia & super certo beneficio per fundatorem seu alium in fundatione beneficij apposita nisi de eo fieret expressa mentio. Bart. in extrauag. ad reprimēdum. §. non obstantibus in princ. fallit tamen in gratia in for. pauperum in qua non tolluntur statuta & consuetudines scilicet in beneficiis requirentibus sacerdotium alium sacrum ordinem actu, secus si requirat sacrum ordinem, uel sacerdotium aptitudine, tollunt etiam ordinationes & statuta facta per ordinarium etiam de certo beneficio. Rot. in no. de præben. Dec. pri. alias 3. si statutum non derogant tamen in dubio iuri cōmuni d. Dec. 1. in fin. nec tollunt etiam statutum consuetudinem siue pactum iuratum Roman. singul. 7. & ibi latæ in additio. clausula generalis restringitur per speciem præcedentem vide late Felin. in. c. sedes col. 2. de rescript. Milis in reperto. in vers. additio & quando clausula, clausula generalis non obstātibus priuilegiis quibuscunque derogat dumtaxat priuilegijs non incertis in corpore iuris inserti sunt ut patet ex textu, & glos. ff. de iud. l. si hæres absens in princ. & c. ubi de crimine agi oportet autem quia in prouincia ut not. Bart. in extrauaganti ad reprimendum super uerbo non obstantibus & clausulæ huiusmodi generales sunt ciuiliter intelligendæ ut. l. fin. §. dulcia. ff. de uin. trit. oleoq; legato. Rot. in no. de procuratoribus Dec. 28. alias

256.si quis constituat si in fine articulorū ponatur clausula non se astringens, sed ad utrunque probandum est ut notatur in dicto.c.licet causam & uide per Hostien. in summa de rescriptis §.& de ipsius verbo:sub generali clausula non ueniunt maiora licet similia in.c.quid agen. iuncta clē. non potest Rot. in nou.de procurato. Dec.27.alias 375. fuit dubitatum in fin. & citatus uigore clausulæ generalis quorum interest in citatione posita quid operetur & includat dic ꝙ possit contra illum procedi per audientiam.Rot.in no.de dol.& contu.Dec.18.alias 413.si impetretur commissio & clausula consueta poni in confirmationibus dummodo ex ordine debeatur beneficium non intelligitur utrum tantum de ordine datæ, sed inceptationes: Rot.in anti. Dec.Rot.in anti.23.alias 494. nota ꝙ ubi de conces.præben.& quando fit per uerba generalia dicitur fieri simpliciter: Io. Antonius de rubeis: Alex.in rub.de liber.& posthumis col.3.vers. Archidiaconus.& generalitas specificanda est in procuratorio quæ debetur ratione uisitationis secundum vires ecclesiæ dari debet, nec debet amplius exigi ab una quàm exigatur ab alijs in procurationibus faciendis,& eodem iure quantum ad hoc omnes eidem debeat esse:glo.in uerbo,nota ꝙ generalitas,in.c.conquerente de offic.ordinar. in quo.c.est repetitū bis uer.specificare in.c.significantibus de libelli oblat. & ibi glo.& claus.quouis alio modo in gratia in qua erat, una persona exprimitur ad illam restringitur,idem si duæ exprimuntur quia ad illas duas fit restrictio.Bellem.conclus.610 de præben. licet palatium & ualet generalitas processus executoris videlicet in quo committatur omnibus & singulis præsbyteris certæ diœcesis.Bellem. de officio deleg. conclus.269.fol.19. ualet & clausula generalis non obstantibus iuribus & statutis in contrarium quæ poni consueuerunt in gratijs apostolicis non operatur quòd Papa uideatur in dubio dispensare & contra ius canonicum quòd autem dicit clausula operetur quoad statuta Roman.consil.3.item dicta clausula non tollit iurata statuta vel per sedem apostolicam confirmata nisi hoc exprimatur: Ioan. Andr.de fili.præsbyte.& pri.in nouella super glos. quam notat Millis in repertorio vers. clausula generalis in princip.

Clausula generalis uel specialis an requiratur de rogatoria derogatoria ꝓcedentis dispositionis qn̄ agitur de tollendo rescripto uel priuilegio præsbyteri etiam motus proprius sint certa scientia habent uim specialis clausulæ derogatoriæ not.Archi.25.quæst.2.ultima volūtas:& Gaspar,de rescript.c.nonnulli: Io. Andreas & Anto.de offic. ordinar.c.ex parte col.2. Bal.in proœ.de usus.6.feudo.uer. quæro in corporalibus per Bar. & Bal. in.l.pacta nouissima.c.de pactis,& per Bal.in auth. hoc inter liberos.c.de testamen.uer.quid ergo,& vers.quæro quidam:ubi uide omnino in.l.humanum.c. de legiti. ulti.col.& per Federi.desen.consi.45. & plenius 322. Io.Anani.in.c.pri.excessi.prelato.lib.6.in nouella,& per Zabarel.in clem. pri.de sepultu.& per Cin.in.l.prim.C.quando imperator inter pupil.& uidu.& Bart. in.l.si quis in princ.de leg.3. & extrauag.ad reprimendum sub versi.non obstante:& vide per Antonium in.c.in ecclesiarū de constitutio,c.pri,eo.titu.in 6.& vide super uers.scientia: & uide omnino Lapum

in

in.c.quamuis,& in c.si propter: & in c.si eo. tempore de rescrip. & de præbend.c.cui libro sexto,& de electio. cum ex eo & lib.6.c.Iacobus de simoni.quæst.ultima.& vide omnino in.§.proximo & in uer.si & inde Io.Andre.post Archidiac. de præben.& in illis principio super verbo prouideri libro 6. in nouella Millis in repertorio verbo clausula generalis,& Abb. in allegato.c.ad petitionem,item nota quod prorogatio nõ habet locum in his quæ sunt meri & mixti imperij unum etiam aduerte quòd prorogatio termini intelligitur cum omnibus suis qualitatibus.l.labeo la prima in princip.& ibi Bar.ff.de arbitris & Alexan. in dicta.l.lecta.ff. si cer. petat.& quando iuris error impediat prorogationem uide Alexan.& alios in.l.si per errorem &.l.si conuenerit de iurisdictio.omni.iudicum. & per doctores in .l.2.ff.de iud.& in.c.primo eo.tit.de iudic. & per Abbat.in allegato.c.ad petitionem prorogationis materiam ætati iurisdictionis possit prorogari quem pœnitere & quid operetur pactum de respõdendo coram iudice plene per docto. in dicto.c.pri.de iudic. per Abb.2.& 8.col.de qua materia uide sed si manente deprecari:& omnino Bal.in.l.si cum dies de arbitris & consil.Oldrad.incip.an si capitulum & ponentur 15. uel 16. quotidianæ quæstiones in hac materia per specula.de compo. iudic.d.§. primum versi.quia si duo,& sequitur per unam colum. & ultra uero doctrinam prorogandi causas tangitur per eundem titulum de exceptio.& replication.§.4. versic. item nota de prorogatione in.c. inquisiui.§.finali in 6.colum.de accersi.ultimo nota quod prorogatio temporis debet fieri ante tempus finitum per eundem in.c.causam colum.ultima in fine de re iudicata remissiue & ibi consensus iudicis qui in dicta prorogatione est necessarius:non potest præstari post terminum Io. Baptist. Castel.prorogare aliquando idest permittere.ff. de pact.l. sumptus, aliquando idest appropriare . ff. de origin. iuris.l.2.§.deinde aliquando , idest extendere , ex quo infertur quòd si quis non habet alias iurisdictionem illa extendere non ualet ut in.c. ad dissoluendum de sponsalit. impuber. &.l.decem de for. competen.i.colum. Ioan. Baptist. Castell. quando fit per verba generalia dicitur fieri simpliciter , Ioan. Antonius de rubeis , Alexandr. in rubr. de liber. & posthum. colum.3.uersic. Archidiaconus. & clausula generalis restringitur per speciem præcedentem uide late per Felin. in.c. sedes secunda colum.de rescrip.Millis.l.reperto.in uersic. additio & quando clausula: & clausula generalis non obstantibus priuilegiis quibuscunque derogat dumtaxat priuilegijs non incures in corpore iuris inserta sunt ut patet ex textu & gloss.ff. de iudic. si hæres absens in princip. &.c. ubi de crimine agi oportet authen. qua in prouincia ut notat Barto. in extrauaganti ad reprimendum super uersi. non obstantibus Millis in repertorio super uer.clausula generalis, clausulæ generales huiusmodi sunt ciuiliter intelligendæ, ut.l. fin..§. cum dulcia.ff. de uin. trit. ꝙ & oleo legat. Rot. in no. de procuratio. Dec. 28. alias 256. si quis constituat & sub generali clausula prædicta non ueniunt maiora sed similia at in.c. quid agendum iuncta clement. non potest , Rot. Innocent. de procuratori. Dec. 27, alias 375, fuit dubitatum in fine & citatus iugo: & clausulæ

generalis & quorum interest in citatione posita quia operetur & in clausula non pôt contra illum procedi per audien. Rot.Inn.de dol.& contuma. Dec.18.alias 419. si impetretur commissio & clausula seu quouis alio modo respicit omnem modum uacandi ex ea persona,secus si per diuersas secundum lapum ibidem Rot.Inno.de rescript.Dec.1.alias 28.si mandetur alicui prouideri de certo beneficio certo modo uacante puta per constitutionem execrabilis adiuit clausula seu quouis alio modo uacauerit si non uacet prædicto uel alio modo puta per constitutionem.c.de multa uel de non promouẽdo ad ordinem præsbyteratus vt in.c.licet canon de electio.lib.vj.uel per contractum matrimonij ut in.c.i.de cleri.coniugatis vel per ingressum religion. de regular.c. beneficium in 6. fuit dubitatum utrum de isto beneficio sic alio modo quàm expresso in gratia uacante posit prouideri impetranti super q. domini erant varij propter.c.susceptum de rescrip.in 6.pro quo domini inclinabant in partem negatiuam quia uno modo expresso vacandi non venit alius,Rot. de rescript. Dec. pri.alias 28.si mandetur in princ.

Ad dicendum contra vltimo producta & repetita.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra iura & munimenta sic vt præmittitur pro parte ipsius magistri.N.procuratoris vltimo in huiusmodi causa data exhibita producta & repetita dicere siue excipere voluerit.

Ad declarandũ.

Ad declarandum ac ex aduerso declarari videndum quicquid verbo vel in scriptis partes hincinde in huiusmodi causa declarare voluerint.

Ad iurandum de calumnia.

Ad iurãdum de calumnia.

Ad iurandum & deliberandum iurariq; & deliberari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibns & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis de & super tota causa præsenti ad primam &c.

Ad respondendum libello primo secundo & tertio.

Ad respondendum supradicto libello pro parte ipsius domini.N.principalis vt præmittitur in huiusmodi causa dato,oblato,& producto,litéq; desuper contestandum & ex aduerso contestari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis,tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa præsenti primo & pro prima dilatione & sub excomunicationis pœna ad.i.diem.

Ad respondendum libello quarto.

Ad respõdendũ libello.

Ad respondendum libello supradicto pro parte magistri.N.procuratoris vt pręmittitur in huiusmodi causa dato,exhibito,producto & oblato,litemq; desuper contestandum & contestari videndum: Necnon ad iurandum & deliberandum, iurariq; & deliberari videndum de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa præsenti quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti ad omnem eius malitiam cõuincendam. Alioquin ad videndum & audiendum se in scriptis excommunicari ex-

communi-

communicatumq; & ut talem publice denunciari, mandari, literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum &c. ad. i. diem.

Ad concludendum & audiendũ sententiam

Ad concludendum.

Ad concludendum & ex aduerso concludi videndum vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare in huiusmodi causa concludi non debeat allegandum ad statim &c.

Ad audiendum sententiam.

Ad videndum & audiendum diffinitiuam, interlocutoriam in huiusmodi causa ferri & in scriptis promulgar: sententiam ad statim.

Ad concludendum & concludi videndum in huiusmodi causa uel dicendum & causam si quam habeat rationabilẽ quare in huiusmodi causa concludi non debeat allegandum. Necnon ad videndum & audiendum diffinitiuam in huiusmodi causa ferri & promulgari sententiam ad statim &c.

Ad vidẽdum taxari expensas.

Ad videndum taxari expensas.

Ad videndum & audiendum omnes & singulas expensas huiusmodi causa factas taxari & moderari, vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare expen. huiusmodi taxari non debeant allegandum ad primam diem.

Ad videndum taxari expen. in prima, secunda, & tertia instan. factas iuxta tenorem commission. dependen.

Ad videndum & audiendum omnes & singulas expensas pro parte dicti magistri. N. procuratoris, tam coram Reuerendis patribus dominis N in prima &. N. in secunda quàm coram eodem domino Auditore in tertia huiusmodi causæ instantijs habitas & factas iuxta & secundũ præfatæ commissionis dependen. ipsi domino Auditori vltimo in hac causa factæ & præsentatæ vim, formam, continentiam, & tenorem taxari & moderari. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare id fieri non debeat allegandum ad statim.

Clausula seu quouis alio modo respicit omnem modum uacandi ex eadem persona secus si per diuersas secundum Lapp. ibidem Rot. in no. de rescrip. Dec. 1. alias 28. si mandetur. Taxatio decimæ cum quo fieri debeat dic cum illo qui colligit fructus. Caccialu. de pension. c. 17. col. 3. nu. 9. quod etiam procedit si prædium fuerit decimatum ut ibi & expensæ litis an sint reficien. per uictum qui habet iustam causam litigandi si expensæ fuerint promissę aut ꝙ statutum disponit ꝙ uictus uictori cõdemnetur aut ꝙ ueniant reficiendæ ratione contumaciæ. Alexander in l. properandum. §. sin autem col. i. nu. 2. usque ad nu. 9. c. de iudic. & quod reficiantur contumaciales, not. Cassad. de appellatio. Dec. 3. nu. 3. etiam ꝙ qualem causam litigandi habuerit, & taxari. i. numerari. c. de silen. l. 1. lib. xij. expensas non tenentur reficere illi qui habent iustam causam litigandi, Millis in reperto. allegat. Rom. consi. 251. & expensarum condemnationem nõ euitat quis in secunda instantia, quando sententia prima pro eo lata reuocetur ex eisdem actis, secus si in prima instãtia ex nouis reuocetur, scdum Innoc. & Io. Andr. not. Roman. consi. 251. expensæ & fructus in quibus



spolium possessorium recuperan.conuentus fuit condemnatus debet solui & restitui antequam ipse condemnatus fuerit.Millis in repertor.uersi. expensæ & fructus expensæ litis an sint reficiendæ per uictum qui habuit iustam causam litigandi & si expensæ fuerint promissæ aut statutum disponat ꝙ uictus victori in.l.properandum.§.sin autem el.2.col.pri.nu.2. usque ad 9.c.de iudic.& ꝙ reficiantur contumaciales not.Cassod.de appellat.Dec.3.nu.3.etiam ꝙ qualem causam litigandi habuerit.

Ad videndum decerni literas executoriales iuxta tenorem commissionis dependen.

Ad videndum decerni executoriales.

Ad videndum & audiendum sententiam diffinitiuam supradictam superius vt præmittitur in huiusmodi causa latam ac expensarum taxationem similiter vt præmittitur in huiusmodi causa factam exequi, & debitæ executioni demandari,literasq; siue processus executoriales desuper necessarias & opportun.iuxta & secundum præfatæ commission.dependen.ipsi domino Auditori desuper ut præmittitur vltimo factæ & præsentatæ vim,formam,continentiam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi vel dicendum &c.

Ad videndum taxari expen.& decerni literas executoria.

Ad videndum & audiendum omnes & singulas expen.pro parte dicti magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa habitas & factas taxari & moderari.Necnon sententiam diffinitiuam supradictam vt præmittitur in huiusmodi causa latam & expensarum taxationem huiusmodi exequi & debitæ executioni demandari,literasq; siue processus executoriales desuper necessarias & opportun.iuxta & secundum præfatæ commission. ipsi domino Auditori factę & præsentatæ vim formam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi.Vel dicendum & causam &c.allegandum vt sup.in præcedenti ad.i.di.

Ad docendum se paruisse literis executorialibus primo,secundo,tertio,& quarto.

Ad docendum paruisse executorialibus.

Ad docendum,& clare demonstrandum se (vel principalem suum) paruisse literis executorialibus per dominum Auditorem præfatum pro parte supradicti.N.in huiusmodi causa alias decretis (vel sic,dudum super dicta.N.dictæ ecclesiæ.N.diœce.) decretis,executis & iudicialiter reproductis iuxta & secundum earundem literarum continentiam & tenorem in omnibus & per omnia paruisse ac eisdem realiter & cum effectu obediuisse & obtemperasse primo & pro prima dilatione (vel secundo & pro secunda dilatione,vel tertio & pro tertia dilatione,vel quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti) alioquin ad videndum & audiendum se & eorum quemlibet pœnas & censuras ac sententias in eisdem literis siue processibus executorialibus contentas temere incidisse declarari,literasq; desuper necessarias in forma solita & consueta decerni & cō cedi,vel dicendum &c.

Ad docendum de prosecutione appellationis a dictis literis executorialibus.

Necnon ad docendum & fidem legitimam faciendum de prosecutione appellation.eiusdem ab execution.dictarum literarum siue processum

vt

vt dicitur interpositæ. Alioquin ad videndum & audiendum supradictã appellationem desertam pronunciari, vel dicendum &c.ad.i.diem.

Ad dicendum contra literas executoriales & earum executionem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra literas executoriales in huiusmodi causa pro parte sua decretas & debitè executas ac earum executionem in partibus factam & ad Ro.cu.deportatas & apud acta causæ huiusmodi facto realiter & cum effectu reproductas dicere siue excipere voluerit ad statim.

Vel sic, ac earum executionem in partibus factam & apud acta causæ huiusmodi verbo solum & dumtaxat reproductas cum debita protestatione de reproducendo easdem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore opportunis & repetitas dicere siue excipere voluerit.&c.

Ad videndum dari apostolos.

Ad recipiendum & dari videndum apostolos tales quales sibi de iure de & super appellation.sua per eundem magistrum.N.vltimo in hac causa vt præmittitur interposita & interiecta dari debeant & concedi ad primam diem.

Ad docendum de appellatione in partibus facta.

Ad docendum & fidem debitam & legitimam faciendum de appellatione (Vel sic.De diligentia prosecution.appellation.vltimo in hac causa interpositæ) si qua pro dicta parte sua aduersa in partibus interposita fuerit. Necnon ad docendum vt infra. Ad docẽdum de appellatione & eius diligentia.

Ad docendum de diligentia prosecution.appellationis primo secundo & tertio.

Ad docendum & fidem debitam faciendum de diligentia prosecutionis appellationis a sententia diffinitiua per præfatum dominum Auditorem lata & promulgata pro parte sua vel ipsius magistri.N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa interpositæ & interiectæ primo & pro prima dilatione, vel secundo pro secunda diletione, vel tertio pro tertia dilatione, ad primam diem.

Ad docendum de eadem diligentia quarto & ex superabundanti.

Ad docendum & fidem debitam de diligentia prosecutionis appellationis supradictæ a præfata sententia diffinitiua alias vt præmittitur per prę̃fatum dominũ.N.Auditorem, vel sic per R.P.D.N.sacri palatij Apostolici causarum & causæ huiusmodi prima vel secunda instantia auditorem præfatum pro parte dicti magistri.N.procuratoris & contra dictum magistrum.N.ex aduerso procuratorem seu eius partem, lata per eundem magistrum.N.ex aduerso procuratorem seu pro eius parte interpositæ & interiectæ faciendum quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare dicta appellatio deserta & vitio desertionis subiacuisse ac præfata diffinitiua sententia per præfatum dominum.N.Auditorem ut præfertur lata in rem iudicatam pronunciari non debeat allegandum &c.

Ad dicendum contra appellationem.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra appellationem alias pro parte magistri.N. procuratoris in partibus in

huiusmodi causa interpositam & interiectam dicere siue excipere uoluerit ad primam diem. Vel interpositam interiectā & repetitam dicere &c.

Ad impugnandū & iustificādū.

Ad impugnandum & iustificandum impugnariq; & iustificari uidendum quicquid partes uerbo uel in scriptis in causa huiusmodi impugnare & iustificare uoluerint ad .i. diem &c.

Ad dicendum contra iura per compulsum producta.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo uel in scriptis contra su pradicta iura & munimenta pro parte ipsius magistri. N. procuratoris ultimo in huiusmodi causa per compulsum data exhibita atque producta dicere siue excipere uoluerit ad .i. diem.

Ad dicendum contra bullam siue gratiam mandati de prouidendo. Vel de surrogando. Vel si neutri. Vel si nulli.

Ad dicendum & excipiendum quicquid iuerbo uel in scriptis cōtra bullam siue gratiam mādati de prouidendo. Vel de surrogando. Vel contra bullam gratiæ si neutri. Vel contra bullam gratiæ si nulli pro parte dicti domini. N. principalis. Vel pro parte ipsius magistri. N. procuratoris superius vt præmittitur in huiusmodi causa datam exhibitam atque productam dicere siue excipere voluerit ad primam diem.

Ad videndum surrogari in ius surrogantis siue denunciantis.

Ad uidēdum surrogari.

Ad uidendum & audiendum præfatum .D. N. principalem suum in omni iure & ad omne ius quod pręfato. D. N. ex aduerso principali in seu ad dictam ecclesiā parrochialem super qua in præsenti causa agitur ante renunciationem resignationem & cessionem de ea quomodolibet competebat siue expetere poterat surrogari, ac illud ius & dictam parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus & pertinentijs suis conferri & assignari ac de illis prouideri. Necnon ipsum ad ipsius iuris ac litis & causæ huiusmodi prosecutionem & defensionem in eo statu in quo dictus. D. N. ex aduerso principalis ante resignationē renunciationem & cessionē huiusmodi fuit & erat siue si eas non fecisset admitti poterit iuxta & secūdum dictarum literarum Apostolicarum mandati de surrogando ipsi domino auditori desuper factarum & præsentatarum uim formam continentiam & tenorem admitti, processumq; desuper in forma debita & consueta decerni & concedi, uel dicendum & causam &c.

Ad uidendum surrogari in ius defuncti.

Ad uidendum & audiendum præfatum dominum. N. principalē suū in omni iure & ad omne ius quod præfato quondam domino. N. ex aduerso principali in seu ad dictos canonicat. & præben. super quibus in pręsenti causa agitur ante ipsius obitum competebat seu quomodolibet competere poterat surrogari illud quoque ius & dictos canonicat. & præben. cum omnibus & singulis suis iuribus & pertinen. sibi conferri & assignari ac de illis etiam sibi prouideri. Necnon ipsum ad ipsius iuris litis & causæ huiusmodi prosecution. & defension. in eo statu in quo dictus quondā dominus. N. principalis ante tempus & tempore obitus sui prædicti fuit & erat, & dum uiueret admitti poterat iuxta & secundum literarum apostolicarum mandati de surrogando ipsi domino Auditori desuper factarum & præsentatarum uim formam continentiam & tenorem admitti

pro-

processumq; desuper in forma debita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa mini me fieri debeant allegandum ad.i.diem.

Ad dicendum contra regulam cancellariæ.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra dictam cancellariæ regulam superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte ipsius magistri.N.procuratoris datam,exhibitam atque productam,dicere siue excipere voluerit ad.i.diem.

Ad dicendum cõtra iura.

Ad dicendum contra iura de vulgari in latinum interpretata.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra su pradicta iura ac munimenta superius vt præmittitur de vulgari Alamanico,Italico,Gallico,&c.in latinum interpretata & apud acta causæ reproducta dicere siue excipere voluerit ad.i.diem.

Ad dicendum contra processum in partibus habitum.

Ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictum processum in partibus habitum & factum & apud acta causæ huiusmodi superius vt præmittitur exhibitum & productum dicere siue excipere voluerit ad.i.diem.

Ad videndum admitti articulos.

Ad uidendũ admitti articulos.

Ad videndum & audiendum supradictos positiones & articulos siue materias articulatas,superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro par te ipsius magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa datos exhibitos & productos ac se & partem suam ad probandum eosdem in Ro.cur.extra eam & ad partes admitti remissionemq; desuper in forma solita & consueta decerni & concedi.Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum ad.i.diem.

Ad videndum admitti exceptiones replicationes duplicationes triplicationes quadruplicationes.

Ad videndum & audiendum supradictas exceptiones,replicationes du plicationes triplicationes quadruplicationes, superius vt præmittitur pro parte dicti magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa datas exhibitas & productas ac se & partem suã ad probandum easdem si opus fuerit extra Romanam cur.& ad partes admitti remissionemq; in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum &c. allegandum ad primam diem.

Ad respondendum singulariter singulis positionibus & articulis primo vel secundo.

Ad respondendũ singulariter singulis.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis positionibus & articulis pro parte dicti magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa datis exhibitis & productis, primo & pro prima dilatione ad primam diem &c. Ad idem secundo & pro secunda dilatione ad primam diem. Nota ꝙ hoc fit de stilo Ro.cu.ne articulans possit reuocare articulos per se datos.

Ad idem tertio alioquin &c.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis positionibus & articulis pro parte dicti magi-

gistri.N.procuratoris in hac causa datis exhibitis & productis primo & pro prima dilatione. Alioquin ad videndum se ob non responsionem singulariter singulis positionibus & articulis antedictis in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publice denunciari mādari, literasq; excommunicatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum &c. allegandum &c.

Ad idem quarto & ex superabundanti alioquin &c.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis positionibus & articulis pro parte dicti magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa dat.exhibit.& productis quarto & pro quarta dilatione ex superabundanti. Alioquin ad videndum se ob non responsionem singulorum positionum & articulorum antedictorum in scriptis excommunicari, excommunicatumq; & vt talem publice denunciari mandari, literasq; excommunicatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicēdum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa fieri non debeāt allegandum ad.i.diem.

Ad audiendum voluntatem domini Auditoris.

Ad audiendū uoluntatē domini. Ad audiendum voluntatem siue ordinationem domini Auditoris de & super admission.siue repulsion.positionum & articulorum pro parte ipsius magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibitorum & productorum ad statim.

Vel sic de & super desertione appellation.pro parte sua in huiusmodi causa interpositæ.

Vel sic de & super articulo grauaminis in huiusmodi causa intentato.

Vel sic. De acceptando vel refutando onus procurationis in huiusmodi causa attento quod ipse alias vna cum.N.mandatum procurationis produxit in quo tamen ipse.N.procurator nullatenus sed ipse.N.tanquā procurator nominatus fuerat ad statim.

Ad audiendum voluntatem siue ordinationem domini Auditoris de & super admission.positionum & articulorum alias pro parte ipsius magistri.N. procuratoris in huiusmodi causa datorū exhibitorum & productorum. Necnon remissionem quatenus opus fuerit desuper in forma solita & consueta decerni & concedi. Iam per prius in loco ipsius iudicij in Ro.curia admissorum nunc extra Ro.Cu.& in partibus admitti &c.

In hac materia ad audiendum voluntatem domini Auditoris est aduertendum quod in actu diffinitiuę sententiæ citatio ad audiendum voluntatem domini est penitus inualida & sententiam inualidat & necessarium est specificare ad sententiam Rom.consl.367.citatur quis in fin. &.366.circa primū col.2.nu.8. Rot.in no.de re iudicat.dec.17 alias.342. Retentio,& quod citatio requirat clausulam peremptorie notat Mathesi. singul.8.& sententia lata per iudicem super competentia iudicis potest per ipsum iudicem reuocari etiam de consensu partium si est iudex ordinarius, Roman.singul.129 & sententia lata contra notorium ipso facto est nulla Imol.in.c.odoardus col.2.nu.17.de solution. Nam citatio partis requiritur propter læsionem partis Bal.in,l.pri,col,2.nu.5.c.qui admitti

admitti & citatio habet in se tres partes scilicet quod decernitur, item quādo exequitur, & deinde de ea fit relatio, Bal. in. l. omnes qui. §. in uero, col. 2. n u. 2. c. de episco. & cleri.

Ad replicandum.

Ad dicendum & replicandum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictas exception. & articulos pro parte dicti magistri. N. procuratoris superius vt præmittitur in huiusmodi causa vltimo datas exhibitas & productas dicere siue excipere voluerit.

Ad replicādum. For. Aduo. clxiii. 42.

Ad duplicandum.

Ad dicendum & duplicandam quicquid verbo vel in scriptis contra replication. præfatas vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datas exhibitas & productas dicere siue duplicare voluerit ad. i. diem.

Ad triplicandum.

Ad dicendum & triplicandum quicquid verbo vel in scriptis contra præfatam duplicationem articulatam ut præmittitur pro parte dicti magistri. N. procuratoris in hac causa vltimo dat. exhibit. & product. dicere siue triplicare voluerit ad. i. diem.

Ad quadruplicandum.

Ad dicendum & quadruplicandum quicquid verbo vel in script. contra triplication. sic vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in hac causa vltimo exhibitas & productas dicere siue quadruplicare voluerit &c.

Ad videndum inhiberi.

Ad videndum & audiendum Reuerendo patri domino. N. sacri palatij apostolici causarum auditori cæterisq; eiusdem palatij causarum auditoribus. Necnō præfato domino. N. ex aduerso principali omnibusq; aliis & singulis quorū interest intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum in huiusmodi causa more solito inhiberi literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum ad statim &c. vel ad primam &c.

Ad uidendum inhiberi.

Ad videndū & audiendum in huiusmodi causa more solito inhiberi literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportun. extra Ro. cu. & ad partes in forma solita & cōsueta decerni & cōcedi vel dicēdū &c. ad statim &c.

Ad videndum & audiendum in huiusmodi causa extra Romanam cu. & ad partes sub excommunicationis aliisue sententijs & pœnis ecclesiasticis iuxta & secundum præfatæ ipsi domino auditori factæ & præsentatæ cōmissionis vim, formam continentiam & tenorem inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam &c. ad primam uel ad statim.

Ad videndum & audiendum Reuerendo in Christo patri & domino domino Petro Paulo Parisio curiæ causarū cameræ apostolicæ generali auditori. Necnō magnificis & nobilibus uiris dominis almæ Vrbis senatori præfato ac Ro. cu. Collateralibus cōmissarijs Marescallis, Capitaneis, mandatarijs, officialibus, Gubernatoribus, rectoribus, Vicarijs, prioribus,

potestatibus domicellis nobilibus capitaneis Castellanis seranen. disbirris cæterisq; personis iurisdictionem spiritualem & temporalem,& ordinariam pro tẽpore habentes per almam Vrbem Romanamq; curiam eiusq; districtum. Necnon præfato. N. principali &c. Inhiberi &c.

Ad videndum moderari inhibitionem.

Ad videndum & audiendum supradictam inhibitionem ut præmittitur pro parte ipsius d. N. ex aduerso principalis decretam & concessam iuxta supradi ctæ &c. commisiīonis formam &c. per dominum auditorem præfatum moderari & illam ad viam iuris reduci vel dicendum &c.

Ad videndum decerni intimationem litispenden.

Ad videndum & audiendum literas intimatorias litispenden. causæ huiusmodi extra Ro. Cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi ad. i. diem.

Ad videndum decerni compulsorias generales.

De compulsoriaibus.

Ad videndum & audiendum nonnullas literas compulsorias generales extra Ro. cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam &c. ad videndum & audiendum nonnullas literas compulsoriales speciales extra Ro. Cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi. Necnon ad concordandum & conueniendum de loco in quo, termino infra quem, & iudice coram quo, nonnulla iura & munimenta in dictis partibus in vim dictarum literarum compulsorialium specialium huiusmodi in dictis partibus extrahi debeant & trãsumi vel dicendum & causam &c. ad. i. diem.

Ad producendum mandatum si quod habet.

Ad producendum & exhibend. mandatum suę procurationis si quod habeat pro dicto domino. N. principali ex aduerso ad huiusmodi causam facien. & eandem concernen. ad statim &c.

Ad videndum restitui mandatum.

Ad videndum & audiend. mandatum procuration. generalis alias ut præmittitur per dictum magistrum. N. in huiusmodi causa iudicialiter datum & productum eidem restitui vel dicendum &c.

Ad videndum prouideri de curatore.

Ad videndum & audiendum dicto domino. N. ex aduerso principali de aliquo curatore idoneo ex officio ipsius. r. p. d. auditoris ca. prouideri & ad lites siue ad hanc causam deputari, vel dicendum &c.

Ad producendum iura.

Ad producendum & exhibendum omnia & singula iura & munimenta quæ in huiusmodi causa producere intendit. Necnon penes eum existentia & ad hanc causam facientia ad statim &c.

Ad videndum sibi statui terminum ad producendum iura.

Ad videndum & audiendum sibi aliquem certum peremptorium terminum competen. infra quem omnia & singula iura & munimenta partis suæ ad hanc causam facientia debeat produxisse præfigi statui & assignari.

De dilation. ad partes.

Ad uidendum dari dilationem ad partes pro iuribus.

Ad vidend. & audiend. dicto. d. N. principali dilationem & terminum

perempto-

peremptorium extra Ro.cu.ad partes pro iuribus & munimentis adhuc in dict.partibus existen.sibi pro huiusmodi causæ defensione necessarijs & opportun.& eadem Ro.cu.mittend. & portand.dari & concedi,vel dicendum &c.

De dilatione ad partes concedenda pro iuribus habendis latissime ponit Rot.in no.dec.etiam alias.30.fuit dubitatum de sequestrat.possessio. & fructu.vbi dicitur fuit alias dubitatum,& in publicis relationibus positum vtrum in causa criminali etiam ciuiliter intentata articuli post terminum dari possint & deberent admitti, in quo dubio domini auditores erant uarij & quasi diuisi per medium aliqui enim dicebant quod sic saltem ex benignitate & de ęquitate palatij maxime si ius partis diuersæ non multum in hoc lædetur,quia probationes non sunt angustandæ 4. quest.2.quanquam ut lit.non contest.c.quoniam frequenter præsertim si pars exhibens articulos vellet iurare materiam ad sui notitiam de nouo deuenisse arg.c.pastoralis de exceptio.& de testib.c.peræsentium.ff.de no.oper.nuntia.l.de.pupillo &.c.ut circa de electio. lib.6.Allegabāt etiam prædicti domini pro se not. Ioan. Andr.in cle.sæpe de verbo.signif.super vers.non obstante & nota.in l.si ea.c.de accusatio.& specul.titulo de exception.§.sciendum uers.sed pone datus est terminus peremptorius, quas notas etiam domini alij tenentes contrarium allegabant pro se dicentes prædictos articulos de iure communi nullo modo admittendos : Ratio, nam licet in causis beneficialibus & matrimonialibus in quibus proceditur lite non contestata sed simpliciter & de plano ut in clem. dispendiosam de iudicijs iuncta clem.sæpe de verb.significatio.etiam articuli dari post terminum & etiam instrumenta post conclusionem admittūtur ex ęquitate canonica & stilo palatij tamen in profanis & criminalibus causis talis stilus siue ęquitas non procedit tum propter odiositatem materię tum qnia non est in his tantum periculum, tum quia dantur longiores dilationes,non quia materia dilationum sit amputanda c.de dilationi.l. pri.de resti.c.significauerūt,&.c.vltra tertiam de rest.spoliato.c.frequens lib.6.& facit optime pro hac parte .l.quinquaginta.ff.de excu.tutor.&.l. diffamari.C.de ingen. & manum : de procuratori.c.tuæ de accusati.c.licet,de probation.c.licet,& specul.titulo de dilation.§.nunc uideamus in fi. vers.præterea,cum causarum usus & iura usum peremptorij inuenerunt vt esset litium finis,& si post illud quis in talibus audiretur uix lis finem haberet quem iura volunt imponi de dol.& contuma.c.finem & malitijs & periurijs uia daretur quid non est faciendum de iure iuran.not.specul. eo.tit.& ubi supra vers.præterea cum causarum , sed quia omnes termini in palatio apostolico post litem contestatam sunt perēptorij licet non exprimatur not.specul.in titulo de citation.§.viso sed dicunt etiam & notāt in.c.primo de exceptio.in clem.per Io. Andr. pro qua conclusione facit.c. coram.de restitut.in integrum & ibi notat.Inno.qui dicit ꝙ omittens peremptoriam exceptionem opponere non auditur si n restitutione in integrum: quia cum assignatio istius termini sit interlocutoria.ff.de arbitr.l. qualem & per eam ius quæritur partibus de re iudicat.c.cū inter, &.c.quo ad consultationem de electio.c,cum dilecti de testi.sed in criminalibus re-

ſtitutio denegatur specul. de reſtit.in integr.§.quis autem quam rationem ponit Ber.& Compoſte.in.c.ꝙ ſicut intelligas Io.Molianus de iur.iuran.c. in generali lib.6.ver.ultimo quæritur, quæ nota etiam facit ad propoſitū: facit etiam pro hac parte.l.auxilium.ff.de minori.c.concertationi de appellatio. lib.6.c.conſuluit de officio delegat.de reſtitut.integr.c.pri.clem. cum multis ſimilibus in hanc etiam partem uidetur inclinare Paulus in clem.conſtitutionem de electio.ſuper uer.ſuper his ubi uide bonam diſtinctionem. Pro hac parte etiam faciunt notat. per Io.de Lignan.in.c.cum dilectus de fid.inſtrum.Dominus uero Egidius conceſſit omnes terminos palatij fore peremptorios,qui tum ad hoc,ut dato ſemel termino parti nō amplius ſine cauſę cognitione alius nouus terminus debeat aſsignari,ſed hoc nihilominus non obſtantibus ſi poſt terminum re & facto ſine protelatione dentur articuli recipi debent poſtquam partis non intereſt,ſicut ſi reciperentur probationes poſt terminum allegatum not. in dicta lege ſi ea.c.de accuſatio.& nota.per Io.Andr.in clem. ſæpe de verbo. ſignifi.ſuper uer.non obſtantibus, & ibi multa iura pro hac parte ad hoc ego qui habui cauſam, & in primam partem inclinando ſic ſententiaui,reſpondi ꝙ multum intereſt partis cuius eſt ius quæſitum ꝙ termini non repetantur nec articuli admittantur tum propter remiſsionem ad partes decernendas quę haberet forte longum tractum tum quia ſi non admittantur reportabit ſententiam abſolutoriam ſi eſt reus pro ſe cum condemnatione expenſarum ecce magnum intereſſe, mutari ergo nō debet conſilium in alterius præiudicium de electio.c.conſtitutionem in clem.& de reg.iur. c.mutare lib.6.ad aliam rationem quæ uidetur magis urgere videlicet ex quo etiam in profanis de ſtilo palatij accipiuntur probationes poſt terminum quæ non poſſent recipi niſi admiſsis articulis,ergo poſſet reſponderi & recipi ac intelligi de probationibus notariis,& quæ fiunt per inſtrumenta,& literas ex quibus ſtatim poteſt haberi ueritas ſine aliqua diſcuſsione, & protelatione cauſæ,per quæ dici poteſt hodie conſtat hodie agatur, ut in.c.literas de reſtit.ſpoliat.&.l.ſi is a quo.ff.ut in poſſeſsio.legato, & de re iudicata.c.cum olim,ſecus vero crederem in probatione teſtium quæ requirit cauſæ cognitionem,& longum tractum ut in titulo de teſti.per totum de probatio.c.licet, de teſti.c.præſentium lib.6.& nec obſtat.c.paſtoralis de exceptio.allegato pro contrario, quod poteſt adduci pro noſtra concluſione in eo ꝙ non auditur poſt terminum præfixum ad proponendum dilatorias niſi cum iuramento immo quo ad hoc continet iniquitatem ſecundum Vbertum,quia homines prompti ſunt ad iurandū & deierandum de iureiurando.c.& ſi Chriſtus, de cohabitatio.cleri.& mulier.c. clericos & idem ſecundum ipſum illa non ſeruantur in foro ſeculari pro ut recitat ſpecula.titu.de exceptio.§.ii.verſ.cæterum qui ponit etiam in.§. ſequenti uerſi.ſed pone aliam ſolutionem Ber.& compoſt.in.c.quod ſicut ſuperius allega.ad dictam decretalem paſtoralis dicentis illam non loqui de termino peremptorio nec de exceptionibus peremptoriis ſed de dilatoriis,ideoꝗ ſecundum eum non debet ad hoc trahi cum ſit contra rationē iuris inducta ut quis poſt peremptorium admittatur, & ꝙ ſuo iuramento in ſua cauſa ſtetur contra.c.ſicut de probatio, cum quo concordat Ber.

ibidem

ibidem, licet Hostiens.& Innoc.teneant contrarium videlicet ꝙ etiam procedat & locum habeat dicta decretalis in peremptoriis sicut in dilatoriis prout recitat specul.in loco superius allega.videlicet in dicto §.vers.utrum possit autem statui tit.de exceptio.nec obstat.l.de pupillo, & decreta præsentium pro alia parte in contrarium deductæ qui non loquitur de termino hominis sed iuris, mitius enim agitur cum lege quàm cum eius ministro.ff.de arbitr.l.celsus de cleri.excommuni.ministran.si celebrat ergo &c. prædictam conclusionem intellige de articulis actoris qui debet semper esse paratus, secus uero posset dici de articulis rei defensoris datis post terminum, cuius partes sunt fauorabiliores quàm actoris de probatio.c.ex literis cum etiam quia reorū est fugere, & actoris instare, de præsumptio.c. nullus de uerb.significa.c.forus tum etiam ꝙ maior est contumacia actoris q̃ rei de dol.& contu.c.causam quæ &.c.actor eo.titu. lib.6.quam conclusionem reputabant domini uerisimilem in quibusdam aliis consiliis dummodo prædicti articuli rei mere essent defensoris puta perimentes intentionem agentis quo ad absolutionem non quoad iudicatoriam obtinendam & dati ad huiusmodi exceptiones peremptorias proponendas assignato puta in termino dato ad dicendum contra articulos pro parte actoris datos & ideo secundum constitutiones Io.xxii.reo instante & petente in causa profana dabuntur 40.dies & actori nisi xxx.ad ponendum & articulandum, imo stultus esset reus habens exceptionem bonam peremptoriam si illam opponeret ante fundatam intentionem actoris prout legitur & notatur de testi.in.c.&.c.ex parte de dol. & contu.c.finem cum similibus secus uero si nimis expectaret cum dictis suis articulis puta prope conclusionem, quia tunc non auditur propter præsumptionē malitiæ siue calumniæ, quæ est quia præsumitur ꝙ causa dilationis & protelationis iudicii hoc facit, maxime si sit possessor hoc uerum nisi uelit iurare ꝙ materia per ipsum nunc sic tarde data de nouo ad eius notitiam peruenisset ut in.c.pastoralis de exceptio &.c.ut circa de electio.lib.6.

Ad uidend.dari dilationem ad consulendum principalem suum.

Ad videndum & audiendum sibi dilationem siue terminum aliquem competen.infra quā seu quem suum principalem in partibus existentem consulere posit & ualeat dari & concedi. Vel dicendum & causam si quā habeat rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum.

Ad videndum reuocari dilationem datam.

Ad videndū & audiend.dilationē ꝑdictam per R.p̄rem d̄nm auditorē dicto d̄no.N.principali factā & cōcessam reuocari, uel dicendū & cām &c.

Ad uidendum restitui iura.

Ad videndum & audiendum omnia & singula iura & munimenta pro parte dicti magistri.N.ꝓcuratoris in huiusmodi causa quomodolibet data exhibita & producta eidē magistro.N. procuratori partiq; suæ restitui mandari. Vel dicendum &c.allegandum ad.i.diem.

Ad dicendum contra commissionem & resumi causam.

Ad dicendum & excipiend.quicquid uerbo uel in scriptis contra supra dictam ipsi domino auditori factam & præsentatam cōmissionem dicere siue excipere uoluerit, Necnon causam & causas huiusmodi in eisdem De resumptione causarum.

ſtatu & terminis in quibus coram. R.P.D. ſacri palatij apoſtolici cauſarũ auditore ante remisſionem earundem iuxta & ſecundum eiuſdem ipſi domino auditori factæ & præſentatæ commisſionis vim, formam continentiam & tenorem per dominum auditorem præfatum reſumi. Vel dicendum &c.

Ad uidendum reſumi cauſas ad cancellariam remiſſas.

Ad uidendum & audiendum cauſam & cauſas huiuſmodi in eiſdem ſtatu & terminis in quibus coram. R. P. D. N. ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditore ante remisſionem earundem ad cancellariam apoſtolicam per eundem dominum Auditorem factas indeciſe pendebant iuxta & ſecundum prædictæ ipſi domino auditori factæ & præſentatæ cõmisſionis uim, formam continentiam & tenorem per eundem dominum auditorem reſumi: uel dicendum &c.

Si aliquis auditor ſacri palatij ex cauſa rationabili remittere uult cauſam ſibi commiſſam ad cancellariam apoſtolicam, ſufficit ꝙ notarius cauſæ præſentibus partibus, uel una parte, Auditor faciat ꝙ notarius cauſæ ſcribat in actis cauſæ qualiter ipſe auditor remittit ad cancellariam apoſtolicam cauſam inter tales perſonas, puta Titium ex una & Meuium partibus ex altera, deſuper tali canonicatu in eccleſia tullenſi, exiſtenti coram ſe pẽdente, not. Rot. in anti. de iudic. Dec. 27. alias 562. ſi aliquis auditor: & idem eſt quando remittitur bulla indulti ad eandem cancellariam apoſtolicam pro eam corrigendo.

Reſumi cauſas ante aduocationem uel ante receſſum Auditoris.

Ad uidendum & audiendum cauſam & cauſas in huiuſmodi in eiſdem ſtatu & terminis in quibus coram R. P. D. N. ſacri palatij cauſarum apoſtolici auditore & aduocation. earundem, necnon ante præſentationem commisſionis prædictæ (uel ante ipſius a Ro. cu. receſſum) indeciſe pendebant iuxta & ſecundum eiuſdem commisſionis uim, formam continentiam & tenorem per dominum auditorem præfatum reſumi. Vel dicendum &c. ad .i. diem.

Reſumi cauſam alias. N. auditori commiſſam & nunc coram. N. auditore penden.

Ad uidendum & audiend. cauſam alias Reuerendo patri &c. auditori commiſſam & coram eo interdictos citatos ex una & dictum. N. principalem de & ſuper beneficio &c. diœce. N. & illius occaſione partibus ex altera uerten. ſeu uerti ſperan. Nunc uero Reuerendo patri domino. N. Auditori præfato uigore dictæ præſen. commisſion. depen. ultimo ſibi factæ & præſentatę ſpecialiter commiſſam per eundem dominum auditorẽ iuxta ipſius dependen. commisſion. uim, formam continentiam & tenorẽ in eo ſtatu in quo ultimo coram dicto domino auditore indeciſ. pendet reſumi, & pro reſumpta haberi uel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare præmiſſa &c.

Ad uidendum admitti pro intereſſe.

Admitti pro intereſſe.

Ad uidendum & audiendum præfatum magiſtrum. N. procuratorem partemꝗ ſuam ſupradictã ad cauſam & cauſas huiuſmodi & ipſius cauſæ proſe-

prosecutionem in eisdem statu & terminis in quibus coram dicto domino.N.auditore de præsenti pendet indecisa iuxta & secundum supradictę ipsi domino auditori desuper factæ & præsentatæ commission.dependen.vim formam continentiam & tenorem pro suo interesse admitti,vel dicendum &c.

Ad videndum deferri iuramentum in supplementum probation.

Ad videndum & audiendum dicto magistro N. procuratori vel domino.N.principali) iuramentum in supplementum probationis positionum & articulorum vltimo pro parte sua in huiusmodi causa datorum quatenus opus sit deferri ipsumq; ad iurandum admitti & iurare uel dicendum &c. Iuramentum in supplementum.

Ad videndum admitti ad iuramentum perhorrescentiæ.

Ad videndum & audiendum magistrum.N.procuratorem ad præstādum iuramentum perhorrescentiæ videlicet se & partem suam ob immoderatos fauores.N.ex aduerso principal.non posse neque sperare consequi iustitiæ complementum iuxta & secundum ipsi domino auditori desuper factæ & præsentatæ commission.vim,formam & tenorem admitti & iurare, vel dicendum &c. In perhorrescentiam.

Ad videndum resumi petitorium.

Ad videndum & audiendum petitorium alias huiusmodi causa intentatum deinde suspensum iuxta supradictæ domino Auditori factæ & præsentatæ commission. dependen. vim formam continentiam & tenorem resumi & pro resumpto haberi:vel dicendum &c. allegandum ad.i.diem.

Ad videndum decerni sequestrum.

Ad vidēdum & audiendum dictam parrochialem ecclesiam.N.ac omnes & singulos fructus redditus & prouentus iura obuentiones & munimenta ex eadem parrochiali ecclesia prouenientes & prouenientia ad vtilitatem ipsius qui finalem in causa victoriam obtinebit sequestrari, & sub firmo ac arcto sequestro poni & obseruari mandari, literasq; sequestratorias desuper necessarias & opportun.iuxta & secundum certæ constitutionis fœlicis recordationis Innocentij Papæ.viij.desuper æditę & auditoribus sacri palatij causarum concessæ uim,formam & tenorem in forma solita & consueta decerni & concedi.Necnon ad concordandum & conueniendum de iudice per quem & coram quo fructus redditus & prouentus iura munimēta ex eadem parrochiali ecclesia prouenientes & prouenientia sequestrari & deponi debeant.Vel dicendum &c.ad.i.diem. De sequestro.

Ad videndum relaxari sequestrum.

Ad videndum & audiendum sequestrum in huiusmodi causa per R. P.D.N.sacri palatii apostolici causarum & causæ huiusmodi in prima instantia auditorem in vim specialis commission. sibi desuper factæ & præsentatæ commission. depositum seu decretum & concessum tolli & relaxari.Vel dicendum &c.ad.j.diem.

Ad videndum recognosci sumptum & illud aperiri.

Ad videndum & audiendum quoddam sumptum in huiusmodi causa producendum ac signetum eidem sumpto appositum & impressum recognosci & postquam recognitum fuerit ad videndum sumptum huius- De recognitione sumpti.

modi aperiri ad statim.

Ad dicendum contra sumptum productum.

Ad dicendum & accipiendum quicquid uerbo uel in scriptis contra supradictum sumptum superius ut pmittitur in huiusmodi causa datum exhibitum productū & recognitū ac apertum dicere siue excipere uoluerit.

Ad uidendum produci testes super recognitione sumpti & illud aperiri mandari.

Ad uidendum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa de perhibendo testimonium veritati de & super recognitione signeti certo sumpto appositi pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa dando exhibendo & producendo uel dato exhibito & producto, produci recipi iurare & ad iurandum admitti ac sufficienter recognosci, & postquam sumptum vt præmittitur productum & exhibitum per testes sufficienter recognitum fuerit ad uidendum & audiendum huiusmodi sumptum per dictum auditorem pręfatum aperiri mandari & pro aperto haberi ad primam diem &c.

De & super recognitione signeti præfato sumpto superius ut præmittitur in huiusmodi causa dato exhibito atq; producto impositi & impressi.

De & super recognitione cuiusd. signeti cuidam sumpto de registro bullarum seu literarum apostolicarum extracto & apud acta causæ huiusmodi producendo appositi & impressi. Necnon postquam signetum huiusmodi recognitum fuerit ad uidendum & audiendum sumptum huiusmodi aperiri & pro aperto haberi mandari ad statim uidelicet ad horam uesperorum.

Ad uidendum produci testes recognosci manum & personam notarij in prothocollo subscripti & committi extensionem eiusdem.

Ad uidendum &c. mihi præsentis causæ notario extensionem instrumenti ex prothocollo magi. N. olim notarii defuncti per d. Auditorē præfatum committi uel dicend. &c. ad primam diem &c.

Ad uidendum & audiendum nonnullos testes in huiusmodi causa de perhibendo testimonium ueritati de & super recognition. manus & subscription. ac personę notarij in certo prothocollo subscripti pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa dato exhibito & producto suo ad actum siue notarii acceptation. & prouision. beneficij super quo agebat sub gratia expectatiua pro parte sua gratiose concessa comprehensa produci recipi iurari & ad iurand. admitti & sufficienter recognosci, & postquam signum manus subscriptio & persona notarij prothocolli huiusmodi ut præmittitur exhibiti & producti per testes sufficienter recognita fuerit ad uidendum & uicto audiend. mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto extensionem eiusd. actus siue notæ prothocolli huiusmodi ad hanc causam facien. per dominum auditorem præfatum cōmitti mandari & pro commisso haberi ad. i. diem &c.

Ad vidend. reiterari terminos in uim bullæ Innocentian.

De reiteratione terminorum.

Ad videndum & audiendum omnes & singulos terminos substantiales de stilo more usu iure obseruantia & consuetudine sacri palatij apostolici causarum seruari solitos in huiusmodi causa tentos reiterari vnico cō

textu

textu unicaq; audientia iuxta & secundum certę bullæ per fœlicis recordationis Innocentium papam octauum desuper æditę & Reu. patribus sacri palatij apostolici causarum auditoribus & locatenen.eorundem concessæ vim, formam continentiam & tenorem vnico contextu vt præmittitur teneri & obseruari.&c.

Ad videndum obseruari terminos vnico contextu in vim commission.

Ad videndum & audiendum omnes & singulos terminos substantiales de stilo more vsu iure obseruantia & consuetudine sacri palatij apostolici causarum seruari solitos vnico contextu & eadem audientia iuxta & secundum ante dictæ ipsi domino Auditori desuper factæ & præsentatæ cōmissionis vim, formā cōtinentiā & tenorem obseruari, vel dicen.&c.

Ad videndum se admitti ad reiterationem terminorum in vim commission.vel bullæ.

Ad videndum & audiendum eundem magistrum.N. procuratorem partemq; suam prædictam ad reiterationem & simultaneam obseruationem omnium & singulorum terminorum substantialium de iure, stilo obseruantia & consuetudine sacri palatij apostolici causarum obseruari solitorum simul & semel vnicoq; contextu, ac vnica & eadem audientia faciendum admitti, dictosq; terminos iuxta & secundum præfatæ ipsi domino Auditori desuper factæ & præsentatæ commissionis vim, formam continentiam & tenorem vnico contextu vt præmittitur teneri & obseruari & reiterari (vel sic iuxta & secundum certæ bullæ per fœlicis recordationis Inno.&c.vt supra.

Ad videndum cedi & renunciari iuri liti & causæ.

Ad videndū & audiēdum iuri liti & causę huiusmodi in manibus dicti domini auditoris præfatū magistrum.N.procuratorē cedi & renunciari: necnon cessionē & renunciationem huiusmodi admitti, vel dicendū &c.

Ad videndum concedi secundum fatale.

Ad videndum & audiendum dicto domino.N.principali secundum fatale ad prosequendum appellationem pro parte sua in hac causa interpositam & interiectam dari & concedi. Vel dicendum causam siquam habeat rationabilem quare præmissa minime fieri debeant allegandum. Ad uidendum concedi fatale.

Ad videndum prorogari secundum fatale in vim bullæ.

Ad videndum & audiendum secundum fatale iuxta & secundum vim formam & tenorem ipsi domino auditori vltimo factæ & præsentatæ commission.dependen.prorogari.vel dicendum &c. Vel sic ad vidēdum & audiendum secundum fatale iuxta & secundum bullæ Innocentianæ desuper ęditę & sacri palatij causarum auditoribus concessę vim formam & tenorem prorogari &c.

Ad videndum sibi statui terminum infra quem debeat docere de gratia expectatiua.

Ad vidēdum & audiendum sibi certum peremptorium terminum cōpetentē infra quē de gratia expectatiua sui principalis seu eius sumpto cū processu desuper fulminato concordan. docere legitime debeat iuxta & secundum commission.dependen.ipsi domino auditori vt præmittitur

desuper in hac causa factæ & præsentatæ vim, formam continentiam & tenorem præfigi statui & assignari, vel dicendum &c.

Ad docendum de mandato.

Ad videndum & audiendum sibi certum peremptorium terminum competentem infra quem de mandato procurationis suæ pro parte domini. N. principalis sui legitimi docere debeat præfigi statui & assignari, uel dicendum &c.

Ad videndum præfigi terminum.

Ad videndum & audiend. sibi aliquem certum peremptorium terminum competentem ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis: necnon producẽdum quicquid ipse magister. N. ex aduerso procur. in huiusmodi causa probare & producere voluerit sub pęna repulsionis iuxta & secundum supradictæ ipsi d. Auditori vltimo factæ & & præsentatę commissionis vim, formam & tenorem per eundem d. auditorem præfigi statui & assignari uel dicendum &c. ad primam diem.

Ad docendum de sententia in partibus lata & illam producendũ.

Ad docendum & fidem legitimam faciendum de sententia pro parte dicti magistri. N. ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa in partibus lata si quam habeat & illam coram domino auditore præfato exhibendũ & producendum ad statim &c.

Ad procedendum prout de iure. Alioquin ad videndum Absolui ab impetitione primo & pro prima dilatione.

Ad procedẽdum prout de iure.

Ad procedendum & procedi videndum prout de iure fuerit procedendum in causa & causis huiusmodi primo & pro prima dilatione. Alioquin ad videndum & audiend. dictum magistrum. N. procuratorem partemq́ suam principalem ab instantia iudicij & obseruatione terminorum de iure more & stilo Rom. cur. ac sacri palatij causarum apostolici seruari solitorum ab impetitione dicti. N. ex aduerso principalis absolui: vel dicendum &c.

Ad respondendum singulariter singulis necnon arrestasse ne recedat.

Ad respondendum singulariter singulis positionibus & articulis pro parte dicti magistri. N. procuratoris pro parte sua in huiusmodi causa datis exhibitis & productis necnon eund. N. sub pœna excommunicationis arrestasse ne a Ro. cu. recedat nisi prius dict. positionibus & articulis medio suo iuramento respondeatur.

Vel sic.

Ad respondendum medio suo iuramento per verbum credit vel non credit singulariter singulis position. & articulis exceptionibus replicationibus articulat. & aliis materiis articulatis ad. i. diem.

Ad videndum remitti bullam indulti ad cancellariam apostolicam pro corrigendo.

Ad vidend. & audiendum bullam indulti superius in huiusmodi causa pro parte. N. productam eidem domino. N. principali per præfatum dominum. N. Papam concessam ad cancellariam eiusdem domini nostri Papæ pro corrigendo illam remitti, & committi ad statim.

Ad

Ad videndum tradi Registrum.

Ad videndum & audiendum registrum prioris instan. domino auditori præfato per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum tradi & assignari. Vel dicendum &c. allegandum.

Ad videndum corrigi.

Ad videndum & audiendum registrum coram R. D. N. sa. pa. ap. causarum auditori in priori instantia factum per dominum. audito. corrigi mandari ad statim.

Ad videndum decerni allegationes.

Ad videndum & audiendum publicas allegationes super dubiis in huiusmodi causa decerni & concedi ad statim.

Ad videndum confiteri debitum.

Ad confitendum confiterique videndum & audiendum debitum super N. in quibus. N. certis legitimis de causis sub pœnis cameræ Apostolicæ tenentur & obligantur, uel dicendum &c.

Ad uidendum admitti. N. ad cessionem bonorum.

Ad vidēdum & audiendum dictum. N. principalem ad cessionem omnium bonorum suorum iuxta vim, formam & tenorem cedulæ desuper factæ & præsentatæ admitti. Vel dicendum &c. allegandum.

Ad videndum dari cautionem fideiussoriam pro expen. taxatis.

Ad recipiendum & dari videndum cautionem fideiussoriam pro expen. in quibus dominus. N. principalis præfatus occasione canonicatus & præben. ecclesiæ. N. diœce. N. de quiqus hic agitur dicto domino. N. ex aduerso principali sententialiter est condemnatus ad. i. diem &c.

Ad videndum extrahi iura ex prothocollis.

Ad videndum & audiendū iura & munimenta ac instrumenta ex manualibus & prothocollis penes præfatū. N. notarium existentia extrahi & transsumi ad horam vesperorū præsentis diei prout & quēadmodum &c.

Ad recuperandum pignora.

Ad releuandum & recuperandum certa pignora penes. N. existentia & ad instan. N. principalis pro causa. N. & illius occasione arrestata alias ad uidendum & audiendum. N. sub arrestari seu ad sonum præconis uendi ad statim.

Ad videndum decerni literas monitorias & in euentum citatorias.

Ad videndum & audiendum literas monitorias & in euentum citatorias extra Ro. cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi, vel dicendum &c. ad statim.

Ad docendum se paruisse monitorio.

Ad docendum & clare demonstrandum se monitorio aliās ad partes decreto paruisse & obtemperasse. Primo & pro prima dilatione (uel secundo pro secunda dilatione, uel tertio & pro tertia dilatione, vel quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti) Alioquin ad videndum & audiendum se declarari incidisse pœnas & censuras in dicto monitorio contentas ad statim &c.

Ad docendum & clare demonſtrandum ſe literis monitorialibus in vim bullæ fœ.re. Eugenij Papæ iiij.contra eum ad partes decretis exequutis,& reproductis,in omnibus & per omnia iuxta illarum formam & tenorem paruiſſe,obediuiſſe & obtemperaſſe, primo pro prima dilatione,vel ſecundo pro ſecunda dilatione, vel tertio pro tertia , uel quarto pro quarta dilatione & ex ſuperabundanti,ad primam diem &c.

DE REMISSIONIBVS.

Ad videndum articulos ad probandum admitti extra cu.& decerni remisſionem,& ad concordandum de iudicibus coram quibus loco in quo,& termino infra quem.

AD videndum & audiendum omnes & ſingulos poſitiones & articulos ac materias articulatas pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris in huiuſmodi cauſa quomodolibet exhibitos & productos atque datos, etiam per prius in Ro. cu.ad probandũ admiſſos nunc extra eandem Romanam cu.& in partibus admitti, remisſionemq́ deſuper iuxta & ſecundum certæ bullæ ſiue conſtitutionis per fœlicis recordationis Inno.Papam viij.deſuper æditæ & reuerendis patribus ſacri palatij cauſarũ Apoſtolici Auditoribus conceſſæ, vim, formam, continentiam & tenorem,in forma ſolita & conſueta decerni & concedi,vel dicendum &c.Necnon ad concordandum & conueniendum concordariq́ & conueniri videndum de loco in quo,& iudicibus coram quibus & termino infra quem remisſio ſupradicta ſuperius ut præmittitur per dominum Auditorem ad partes decreta & conceſſa in eiſdem partibus expediri & exequi poſſit & ualeat, ac debitæ excutioni demandari ad primam diem.

Vel ſic.

Ad uidendum & audiendum ut ſupra remisſionemq́ deſuper iuxta & ſecundum ultimæ ipſi domino Auditori factæ & præſentatæ commisſionis uim,formam,continentiam & tenorem in forma ſolita & conſueta decerni & concedi &c.utſupra.

Ad uidendum decerni literas remiſſorias.

Ad uidendum & audiendum literas remiſſorias extra.Ro.cu.& ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi,uel dicendum & cauſam ſi quam habeat rationabilem quare præmiſſa &c. allegandum ad primã.

Ad uidendum decerni remisſionem iuxta formam & tenorem commisſionis.

Ad uidendum & audiendum remisſionem extra Rom.cu.& ad partes iuxta & ſecundum præfatæ ipſi domino Auditori deſuper factæ & præſentatæ commisſionis uim,formam,continentiam, & tenorem, ſub dicti domini Auditoris ſigillo, in forma ſolita & conſueta decerni & concedi. Vel dicendum &c.

Ad dandum interrogatoria rotulo includenda.

Ad dandum & exhibendũ nonnulla interrogatoria rotulo remisſion. ſupradictæ includẽda iuxta & ſecundum quæ teſtes in partibus pro parte dicti

dicti magistri.N.procuratoris in uim eiusdem remission.producendos & examinandos interrogari debeant seu examinari siqua pro eorundem examine dare uoluerit ad hodie & cras per totam diem.

Ad uidendum includi articulos una cum interrogatoriis & rotulum claudi.

Ad uidendum & audiendum positiones & articulos aliasq; materias articulatas pro parte dicti magistri.N.procuratoris in hac causa datos exbitos & productos ac extra Ro.cu.ut præmittitur & ad partes ad probandum admissos una cum interrogatoriis desuper productis rotulo remissionis prædictæ includi & pro inclusis haberi, ipsumq; rotulum claudi & pro clauso haberi,uel dicendum.

Ad uidendum tradi remissionem portatori.

Ad uidendum & audiendum remissionem supradictam ut præmittitur decretam,eiusq; rotulum cum omnibus & singulis eidem rotulo inclusis,portitori siue nuncio superius ut præmittitur producto admisso & iurato ad fideliter portandum præsentandum tradendum iudici cui dicta remissio dirigitur tradi & assignari,uel dicendum &c.

Ad uidendum iurare portitorem.

Ad uidendum & audiendum quendam portitorem siue nuncium remission.prædictæ produci,recipi,deputare iurare,& ad iurandum admitti de fideliter portando & præsentando rotulum remissionis eidem iudici in dicta causa deputato,uel dicendum &c.

Ad concordandum de portitore &uidendum illum iurare.

Ad concordandũ & conueniend.de portitore remissionis alias ad partes decretæ ad fideliter portandum rotulũ remissionis huiusmodi iudici ad hoc deputato produci,recipi iurari & ad iurandũ admitti ad statim.

Ad uidendum prorogari tempus remissionis.

Ad uidendum & audiendum terminũ expeditionis remission. per D. Auditorem præfatum alias ad partrs decretæ & concessæ ad aliquem ulteriorem terminum iuxta & secundum certæ bullæ siue constitution.Innoc.&c.ut supra (uel iuxta & secundum ultimæ ipsi domino Auditori factæ & præsentatæ commission.)uim, formam, continentiam & tenorem in forma solita & consueta prorogari, literasq; desuper necessarias decerni & concedi,uel dicendum &c.

Ad uidendum remissionem de partibus reportari.Et portitorem iurare de fideliter portasse & recognition.sigilli.

Ad uidendum & audiendum remission.alias ut præmittitur ad partes decretam & in eisdem executam una cum eius remission.rotulo.Necnon acta, actitata, aliaq; iura & munimenta extra Rom.cu.& in partibus in uim dictæ remission.atque literarum desuper pro parte dicti magistri.N. procuratoris superius ut præmittitur in huiusmodi causa decretarum extracta,habita & facta reportari & produci.Ac nuncium siue portitorẽ huiusmodi actorum &actitatorum ad iurandum,uidelicet quod eadem acta & actitata in partibus habita & per ipsum producẽda fideliter & legaliter ab ipsis iudicibus & cõmissariis pro expeditione eiusdem remission.deputatis & ordinatis extra Roman. cur,& in partibus receperit & ad ipsam

Rom.cur. portauerit & præsentauerit, produci, recipi, admitti & iurare, etiam de & super recognitione sigillorum, iudicum & executorum remissionis prædictæ in partibus expeditę & actis & actitatis in ipsis partibus in vim dictarum literarum remissorialium habitis & factis & clausis pręsentatis appensorum produci, recipi, iurari, & ad iurandum admitti ad.i. diem &c.

Ad videndum iurare testes super recognition. sigilli remission.

Ad videndum & audiendũ nonnullos testes in huiusmodi causa produci recipi & iurare & ad iurandum admitti, de perhibendo testimonium in huiusmodi causa veritati de & super recognitione sigilli dictæ remissioni appositi. Necnon postquam dicta remissio recognita fuerit ad videndum & audiendum aperiri & pro apertæ haberi. Vel dicendum & causam &c.

Aliquando sic. Ad recognoscendum & recognosci videndum sigillum remission. de partibus reportata & videndum dictam remissionem aperiri. Vel dicendum &c.

Aliquando sic. Ad videndum aperiri mandari acta in vim remission. in partibus habita & facta salua recognition.

Ad uidendum & audiendum acta, actitata in partibus in uim remissionis prædictæ desuper decretæ & concessæ habita in huiusmodi causa & clausa fideliter præsentata salua recognitione sigilli, uel sigillorum iudicum, executorum, pro expedition. eiusdem remissionis deputari, dictis actis appensa, uel appensorum, per dominum Auditorem præfatum aperiri, mandari, & pro apertis haberi, uel dicendum &c.

Ad dicendum contra remissionem & iura in partibus producta.

Ad dicendum & excipiendum quicquid uerbo uel in scriptis contra supradictam remissionem ut præmittitur de partibus reportatam & reproductam. Necnon acta & actitata dictæ remission. uigore in partibus habita & facta, aliaq; iura & munimenta in eadem remissione contenta dicere siue excipere uoluerit ad primam diem &c.

Vel sic aliquando.

Ad dicendum & excipiendum quicquid uerbo uel in scriptis contra remissionem supradictam superius ut præmittitur de partibus remissam & apud acta causæ huiusmodi reexhibitam & reproductam dicere siue excipere uoluerit.

Ad concordandum de interprete & uidendum illum iurare.

De interprete. Ad concordandum & conueniendum de aliquo interprete ipsumq; interpretem produci, recipi, iurare, & ad iurandum admitti de fideliter interpretando nonnulla iura & munimenta in uulgari Alamanico conscripta ac superius apud acta causæ huiusmodi pro parte ipsius magistri. N. procuratoris data exhibita & producta de uulgari Alamanico in Latin.

Ad uidendum iurare interpretem pro testibus.

Ad concordandum & conueniendum de aliquo interprete ipsumq; interpretem produci, iurare, & ad iurandum admitti de fideliter interpretando dicta siue deposition. testium in huiusmodi causa pro parte dicti magistri. N. procuratoris productorum & receptorum, uel producendorum & recipien-

recipiendroum, de uulgari Hyspanico in Latinum.

DE RECOGNITION. ET TESTIBVS.

Ad recognoſcendum uel negandum ſigilla ſigna & manus.

AD recognoſcendum uel eius medio iuramento negandum uel affirmandum ſigna manus & perſonas notariorum iuribus & monimentis pro parte dicti magiſtri. N. procuratoris in hac cauſa datis exhibitis & productis appoſitis ſubſcriptis & appenſa ad ſtatim.

Ad uidendum iurare teſtes ſuper recognition. ſigilli remisſion.

Ad uidendum & audiendum nonnullos teſtes in huiuſmodi cauſa produci, recipi & iurare, & ad iurãdum admitti de perhibendo teſtimonium in huiuſmodi cauſa ueritati de & ſuper recognition. ſigilli dictæ remisſionis appoſiti. Necnon poſtquam dicta remisſio recognita fuerit ad uidendum & audiendum aperiri & pro aperta haberi, uel dicendum &c.

Aliquando ſic. Ad recognoſcendum & recognoſci uidendum ſigillum remisſion. de partibus reportatæ appenſum & ad uidendum dictam remisſionem aperiri & pro aperta haberi, uel dicendum &c.

Ad recognoſcendum ſigna ſumpto impreſſa.

Ad recognoſcendum vel medio ſuo iuramento negandum vel affirmandum quoddam ſigillum ſuper quodam ſumpto de regiſtro literarũ Apoſtolicarũ appoſitum & impreſſum, ac in cauſa præſenti pro parte magiſtri. N. procuratoris productum, ipſumq́; ſumptum aperiri.

Ad videndum iurare teſtes ſuper recognitione & tota cauſa.

Ad videndum & audiendum nonnullos teſtes de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati tam de & ſuper recognitione ſigillorũ, ſignorum, manuumq́; notariorum iurium & munimẽtorum in hac cauſa pro parte dicti. N. principalis, uel procuratoris, datorum, exhibitorum, & productorum quam tota cauſa præſenti produci, recipi, iurari, & ad iurandum admitti ad primam &c. vel per totam audientiam.

Ad dandum interrogatoria.

Et nihilominus poſtquam teſtes pro parte ipſius. N. procuratoris, vel principalis, producti iurauerint vlterius ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria ſi quæ dare iuxta & ſecundum quæ teſtes huiuſmodi examinari voluerit & interrogari per illam & ſequentem dies, uel ad hodie & cras per totam diem. Ad dandum interrogatoria.

Ad videndum iurare teſtes ſuper tota cauſa.

Ad videndum & audiendum nonnullos teſtes de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati de & ſuper tota cauſa præſenti produci recipi iurare & ad iurandum admitti ad primam. Ad uidendum iurare teſtes ſuper tota cauſa.

Ad videndum iurare teſtes ſuper recognitione.

Ad videndum & audiendum nonnullos teſtes de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati de & ſuper recognitione ſigillorum ſignorum manuumq́; notariorum iurium & munimentorum in hac cauſa pro parte dicti magiſtri. N. productorũ quàm & tota cauſa præſenti produci recipi, iurare, & ad iurandum admitti ad ſtatim. Ad uidendum iurare teſtes ſuper recognitione.

Vel sic.

De & super non tuto accessu ad. N. ex aduerso principalem ac etiam parrochialem.N.dioece.N.pro citatione legitima in huiusmodi causa ad partes decernendum & exequendum.

Vel sic.

De & super dicti dñi.N.dioece.ex aduerso principalis a Ro.cur.abñtia.

Vel sic.De & super intrusion.dicti domini.N.principalis in canonicatu & præben.ecclesiæ.N.super quibus hic agitur.

Vel sic.De & super morte vel absentia dñi. N.ex aduerso principalis.

Ad videndum iurare testes & citasse duos testes.

Ad videndum & audiendum nõnullos testes in huiusmodi causa produci,recipi,& iurare,& ad iurandum admitti . Necnõ etiam similiter peremptorie citasse duos testes , videlicet honorabiles viros dominos. N. & N.ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati tam de & super recognitione sigillorum signorum manuumq; notariorum iurium & munimentorum pro parte dicti magistri.N .procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibit.& productorum quàm tota causa præsenti ad statim vel ad primam .

Ad videndum iurare testes affuturos.

Ad uidédum iurare testes affuturos.

Ad videndum & audiendum nonnullos testes affuturos vt tanquã testes affuturos in hac causa produci,recipi, iurare & ad iurandum admitti tam de & super affuturatione quàm tota causa præsenti,necnon etiam similiter peremptorie citasse duos testes affuturos videlicet honorabiles viros dominos.N.&.N.vt & tanquam testes affuturos ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati tam de & super affuturatione quàm tota causa præsenti ad statim.

Ad uidendum committi receptionem iuramentorum egregiarum personarum.

Ad uidédum cõmitti &c.

Ad videndum & audiendum mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto receptionem iuramentorum nonnullarum egregiarum impeditarum vel infirmarum personarum videlicet.N.&.N. pro parte dicti magistri.N.procuratoris in huiusmodi causa producendorum de perhibendo testimonium veritati & eorum examine per dominum Auditorẽ præfatum committi,vel dicendum &c. ad primam vel per totam audientiam &c. Et postquam commissum fuerit ad videndum & audiendum eosdem egregias impeditas (vel infirmas) personas quæ commode ad iudicium adduci non possunt in domibus habitationum suarum successiue in testes in præsenti causa produci recipi, & iurare & ad iurandum admitti de perhibendo testimonium ueritati tam de & super &c.hora xxij.præsentis diei. Et postquam iurauerit ad dandum interrogatoria &c.prout & quemadmodum &c.

Quando committitur receptio vnius testis.

Ad videndum & audiendũ mihi præsentis causæ notario atq; scribæ prædicto receptionem iuramenti domini.N. testis committi vt supra.

Ad videndum iurare egregias personas.

Ad videndum & audiendum nonnullos nobiles vel egregias personas

quæ

quæ commode ad iudicium adduci non possunt, videlicet Reuerendos patres dominos.N.&.N.in domibus habitationum suarum in testes in præsenti causa produci recipi iurare & ad iurandum admitti de perhiben do in huiusmodi causa testimonium veritati.Necnon ad videndum & au diendum mihi præsentis causæ notario &c.vt supra.

Ad videndum publicari dicta testium.

Ad videndum & audiendum dicta siue attestation. testium superius in hac causa pro parte dicti. N. ex aduerso procuratoris productorum admissorum iuratorum & examinatorum publicari, copiamq; eorundem decerni & concedi. Ad uidendum publicari dicta testium.

Ad videndum aperiri dicta testium.

Ad videndum & audiendum dicta siue dispositiones testium in partibus examinatorum clausa & in fine huiusmodi processus in partibus habiti & apud acta causæ producti ligata aperiri & pro aperto haberi mandari vel dicendum &c.

RELATIONES EXCOMMVNICATION.

Ad videndum se excommunicari.

AD videndum & audiendum se Ex & prout eo &c. non curat in scriptis excommunicari & excommunicatumq; & vt talem publice denunciari,mandari,literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportun in forma solita & consueta per dominum Auditorem præfatum decerni & concedi,uel dicendum & causam &c.

Ex & pro eo quia licet ad hoc sufficienter monitus fuerat & debitè requisitus. Non tamen mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto de salario meo per me pro parte ipsius magistri. N. procuratoris ex aduerso in huiusmodi causa prout præmittitur legitime deseruito satisfacere curauit prout de præsenti non curat,literasq; &c. vtsupra concedi,uel dicendum. Quia non satisfecit notario. Vide For.instru. 70.col.3.

Ex & pro eo quia licet &c.vtsupra. Non tamen discreto viro magistro N.in priori præsentis causæ instantia notario de salario suo prædicto per eū ut præmittitur pro parte ipsius magistri.N.ex aduerso procuratoris in huiusmodi causa legitime deseruito satisfacere curauit prout de præsenti adhuc non curat,literasq; &c.concedi,uel dicendum. Quia non satisfecit notario prioris instantiæ.

Ex & pro eo quia licet &c. non tamen singulariter singulis positionibus & articulis necnon materiis articulatis in huiusmodi causa pro parte dicti magistri.N.procuratoris datis exhibitis & productis medio suo iuramento per uerbum credit vel non credit respondere curauit prout nec de præsenti curat,literasq; &c.concedi,vel dicendum. Quia non rn̄dit singulariter singu.positionibus.

Ex & pro eo quia licet &c.non tamen onus procurationis in huiusmodi causa pro dicto domino.N.ex aduerso principali acceptare siue refutare curauit prout nec adhuc curat de præsenti. Quia nō acceptauit uel refutauit onus procurat.

Ex & pro eo quia licet ad hoc sufficienter monitus fuerat & debitè requisitus non tamen registrum in priori instan.præsentis causæ coram R. P. D. N. sacri palatij apostolici causarum auditore domino suo per eum Quia nō trāsportauit registrum,

habitum & factum & adhuc penes eum existens ex quo huiusmodi causæ acta ut præfertur & merita ac circunstantiæ plenariæ cognosci & examinari posiint & valeant coram domino Auditore præfato producere & portare & mihi præsentis causæ Notario atque scribæ prędicto asignare præsentare & exhibere curauit prout nec adhuc de præsenti curat, literasq; &c.vel dicendum.

Quia nõ produxit iura penes eũ existentia.

Ex & pro eo quia licet &c.ut in præcedenti. Non tamen omnia & singula iura & munimenta literas scripturas processus & instrumenta quæcunque penes eum existentia & ad hãc causam facientia præsentare in huiusmodi causa & exhibere curauit prout nec de prę senti curat,literasq; &c.

Quia nõ præsentauit mãdatum procurat.

Ex & pro eo &c.Non tamen mandatum procurationis in huiusmodi causa si quod habeat mihi præsentis causæ notario atq; scribæ prædicto præsentare seu exhibere curauit prout nec de præsenti curat,literasq; &c.

Quia non respõdit libello.

Vide For. Instr. 69.col.4.

Ex & pro eo &c. Nec tamen libello pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa oblato respõdere curauit prout nec de prę senti curat,literasq; &c. vel dicendum.

Quia non perhibuit testimoniũ ueritati.

Ex.& pro eo quia licet &c.Non tamen iuramentum de perhibendo testimonium in hac causa veritati præstare curauit prout nec de præsenti curat,literasq; &c.vel dicendum.

Ad uidendum se excommunicari quia non paruit monitorio.

Ad uidendum se excommunicari.

Ad videndum & audiendum se per dominum auditorem præfatum ex & pro eo quia licet sufficienter monitus fuerat &c. prout de prę senti ad huc non curat cõtra eum decreti & executi in scriptis excommunicari & excommunicatumq; vt talem &c.utsupra.

Ad uidendum reintegrari monitorium & se excõmunicari.

Ad videndum & audiendum monitorium superius vt prę mittitur per d.Auditorem præfatum in huiusmodi causa ad dicti domini.N.principalis instantiam cõtra supradictum D. N.ex aduerso principalem decretum & concessum & legitime executum, necnon per eundem dominum.N.ex aduerso principalem siue eius procuratorem negatum & propter negationem huiusmodi suspensum reintegrari. Nec non se ex & pro eo quia licet ad hoc sufficienter monitus fuerat & debite requisitus non tamen eidem domino.N.principali de summa & quantitate in dicto monitorio contenta satisfacere curauit prout adhuc de præsenti nõ curat in scriptis excommunicari excommunicatumq; vt talem publice denunciari mandari,literasq; &c.decerni & concedi,vel dicendum &c.

Ad videndum principalem vel partis excommunicationis sententiam incidisse declarari & literas decerni.

Ad uidendum se declarari & literas decerni.

Ad videndum & audiendum se sententiam excommunicationis alias in eum vt præfertur per dominum Auditorem præfatũ ex & pro eo quia licet sufficienter monitus fuerat &c.prout de præsenti non curat latam & promulgatam incidisse declarari,excommunicatumq; & ut talem &c.literasq; excommunicatorias & declaratorias &c.vel dicendum &c.

Aliquando sic.

Ad uidendũ tradi mandari lras.

Ad videndum & audiendum supradictum.N. ex aduerso procuratorem uel principalem sententiam excommunicationis in monitorio speciali superius vt præmittitur contra eum decreto & in eundem executo con

tentam

tentam incidisse declarari ipsumq́ excommunicatum & vt talem publice denunciari mandari, literasq́ &c.utsupra.

Ad videndum tradi literas excommunicatorias.

Ad videndum & audiendum literas excommunicatorias per dominū Auditorem præfatum contra magistrum.N.ex aduerso procuratorem & ad instantiam magistri.N.procuratoris ex & pro eo quia licet sufficienter monitus &c.minime curauit in forma solita & consueta decretas & concessas eidem magistro.N.procuratori tradi & assignari:vel dicendum &c

Aliquando sic.

Ad videndum & audiendum literas excommunicatorias denunciatorias & declaratorias superius vt præmittitur inhuiusmodi causa per dominum auditorem præfatum decretas & concessas ob non solutionem mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti contra eundem.N.ex aduerso procuratorem exequendas tradi mandari. Vel dicendum &c.

Ad videndum decerni literas excommunicatorias.

Ad videndum & audiendum literas excommunicatorias contra d.N. ex aduerso principalem ex & pro eo quia huiusmodi causæ prioris instan. notario de suo in eadem causa deseruito salario satisfacere minime curauit decerni & concedi.Vel dicendum &c.ad statim.

Ad videndum se reintrudi vinculo excommunicationis.

Ad videndum & audiendum se in sententiam excōmunicationis alias in eum latam & aqua absolutus erat ex & pro eo quia non refecit expen. occasione huiusmodi excommunicationis pro parte ipsius magistri.N. procuratoris factis reintrudi & in eam incidisse declarari . Vel dicendum &c. ad statim.

Ad videndum & audiendum.d.N.principalem se pœnas sententias & censuras in literis monitorialibus in vim bullæ fœ.re.Eugenij Papę quarti in fauorem curialium concessæ contra eundem.d.N.decret.exequut.& reproductis conten.ob illarum non paritionem incidisse & incurrisse declarari,vel dicendum ad primam &c.

Ad videndum.N.principalem aggrauari.

Ad videndum & audiendum excommunicationes aliasq́ sententias censuras & pœnas in & contra præfatum dominum.N.ex aduerso principalem partem suam vt præmittitur superius excommunicatum denunciatum ob non paritionem monitorij antedicti contra eum decreti & executi (vel literarum executorialium) in huiusmodi causa contra eum decretarum & legitime executarum in scriptis latas & promulgatas vlterius aggrauari,literasq́ aggrauatorias desup necessarias &c.Vel dicē.&c. Ad uidendū aggrauari.

Ad videndum principalem suum aggrauari,& reaggrauari.

Ad videndum & audiendum processus executoriales superius vt præmittitur contra præfatum dominum.N.ex aduerso principalem decretos & fulminatos vlterius eundem.N.vt præmittitur excommunicatum ob non paritionem earundem literarum executorialium vim, formam continentiam & tenorem per dominum auditorem præfatum aggrauari (vel reaggrauari) ipsumq́ dominū.N.ex aduerso principalem excommunicatum denunciatum aggrauatum (& reaggrauatum) & ut talem Ad uidendū reaggrauari.

publice denunciari mandari, ac literas excommunicatorias denunciatorias aggrauatorias(& reaggrauatorias) in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam si quam &c.

Ad videndum interdici.

Ad uidendum interdici.

Ad videndum & audiendum omnes & singulas ciuitates, terras oppida castra villa suburbia villagia capitula collegiatas ecclesias monasteria capellas parrochiales,& alia quæcunque loca in:& sub quibus seu ad quem ipsum dominum.N. ex aduerso principalem morari declinare seu deuenire contigerit interdici ac ecclesiastico interdicto supponi literasq; interdicti desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi.Vel dicendum &c.

Ad videndum inuocari brachium seculare.

Ad uidẽdum inuocari brachium seculare.

Ad uidendum & audiendum in subsidium iuris contra.N.ex aduerso principalem auxiliũ brachij secularis inuocari literasq; inuocatorias brachij secularis decerni & concedi.Vel dicendum &c.

Ad uidendũ relaxari censuras & illarum loco tradi mandatũ exequutiuum.

Ad videndum &c.sententiam excommunicationis agrauation.regrauation.vna cum inuocatione auxilij brachij secularis omnesq; alias censuras ecclesiasticas alias per eum in iudicio susceptas relaxari mandari, nec non illarum loco mandatum exequutiuum decerni. Vel dicendum &c.

Ad uidendum censuras ad tempus suspendi.

Ad uidendum & audiendum excõmunication. aliasq; sententias censuras & pœnas in ipsum.N.principalem ob nõ paritionem literarum executorialium contra eum decretarum & executarum latas & inflictas per totum mensem.N.suspendi ad statim &c.

Ad uidendum suspensionem censuram reuocari.

Ad uidendum &audiendum suspensionẽ excõmunicationis aliarumq; sententiarum & censurarum in ipsum.N.principalem ob non paritionem literarum executorialium contra eum decretarum & executarum literarum & inflictarum per R.p.d.auditorem præfatum factã rationabilibus ex causis reuocari & pro reuocata haberi ad statim.

Ad uidendum intimari auditoribus qualiter est excõicatus.

Ad uidendum & audiendum intimari dominis auditoribus qualiter ipse.N.ob non solutionem salarij antedicti est excommunicatus & ut talis declaratus ad statim.

RELATIONES ABSOLVTIONVM.

Ad uidendum absolui ob non parionem monitorij.

Ad uidendũ absolui ob nõ paritionẽ monitorij.

AD uidendum & audiendum se ab excõmunicationis sententia alias in ipsum ut præmittitur per d.N.auditorem ob non paritionem monitorij contra eum ad instantiam d. N. ex aduerso principalis decreti & executi lata.In forma sanctæ matris ecclesiæ absolui communioniq; fidelium & ecclesiasticorum sacramentorũ participationi restitui,literasq; absolutorias & restitutorias desuper necessarias & opportun.in forma solita & consueta decerni & concedi.Vel dicendum &c.

Ad uidendum se absolui ob non solutionem notarii.

Ad

Ad uidendum & audiendum eundem magistrum.N. ex aduerso procuratorem a sententia excõmunicationis supradicta alias in eum ob non solutionem salarij per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictũ in huiusmodi causa pro parte sua legitime deseruiti superius ut præmittitur lata absolui communioniq; fidelium &c.utsupra.

Ad uidendum se absolui ob non responsionem libelli.

Ad uidendum & audiendum partem suam ab excõmunicationis sententia in eam propter non responsionem libelli pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa oblati absolui,& absolutum denunciari mãdari, literasq; absolutionis desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi,vel uidendum &c.ad primam.

Ad uidendum absolui ad effectum ualiditatis sententiæ ferendæ.

Ad uidendum & audiendum dominum.N. principalem prædictum a quibuscunque sententijs excõmunicationis in eum latis ad cautelam ac ad effectum ualiditatis sententiæ per dominum pro eo in huiusmodi causa ferendæ absolui ac beneficium absolutionis sibi ut moris est imponi & impendi,uel dicendum &c.

Ad uidendum se absolui ab instan.seu petitione iudicij.

Ad uidendum & audiendum se partemq; suam ab instantia iudicij & & obseruatione terminorum de more & stilo sacri palatij apostolici seruari solitorum & ab impetitione partis sibi in huiusmodi causa aduersæ absolui & relaxari.Vel dicendum &c.ad primam.

DE INTIMATIONIBVS.

Legitime intimasse domino.N. principali prædicto Romæ personaliter inuento, reperto & apprehenso qualiter dominus Auditor præfatus registrum in huiusmodi causa habitum & factum causa expeditionis siue expediendi hanc causam, & inter dominos coauditores suos in Rota ponendi, in camera sua habebat & tenebat prout & quemadmodum &c.in mandatis.

Intimatio q̃ dominus habet registrum.

Intimasse domino.N. ex aduerso principali prædicto Romæ personaliter inuento & apprehenso quomodo & qualiter præfatus dominus N.principalis protestationis partis sibi aduersæ satisfacere uolens positiones & articulos ac materias articulatas pro examine testium suorum specificauit &designauit.Ipsasq; materias sic specificatas &designatas medio suo iuramento quod tunc propter hoc tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia præstitit in manibus præfati domini Auditoris,uel in manibus mei notarij atque scribæ prædicti,dedit & exhibuit,dicens testes suos super omnibus articulis in huiusmodi causa datis(uel super articulis ultimo loco dat.)examinari debere,prout & quemadmodum &c.

Intimatio q̃ articuli sunt dati medio iuramento & specificati.

Intimasse.D.N.ex aduerso principali qualiter dominus Auditor præfatus eidem terminum ad probandum & probatum habendum &c.iuxta formam commissionis ad secundam diem &c.præfixit,prout &c.

Intimasse D.N.ex aduerso principali qualiter dominus Auditor pręfa

tus declarauit eum & contra eum literas decreuit nisi ad.i.diem &c.

Intimatio q͂.N. procurator acceptauit onus procurationis.

Die &c. Ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus venerabili viro domino.N.principali,qualiter magister.N. procurator dedit mandatum procurationis pro domino.N.principali suo & pro eodē acceptasse procurationis onus & ultra protestatus fuit quod nihil in huiusmodi causa fiat nisi eo uocato pariter atque citato intimaui & insinuaui.

DE ABSOLVTIONIBVS.

Comparuit in iudicio magist.N. procurator & in cōt. obtinuit. N. principalē suum absolui ad cautelam cum reinciden. nisi īfra mēsem cōposuerit.

COmparuit in iudicio magister. N. procurator & supradicti magistri N.ex aduerso procuratoris,non comparentis,neque præfatum dominum.N.principalem suum a sententia excommunicationis in eum alias per.N.ob non solutionem &c.infra tempus per & communioni fidelium participationi ecclesiasticorum sacramentorum & sanctæ matris ecclesiæ vnitati restitui uidere seu audire nec causam si quam habeat rationabilē quare præmissa fieri non debeant allegare curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eundem dominum.N.principalem suum a dicta excōmunicationis sententia iuxta & secundum ipsi domino auditori factæ & præsentatæ commission.vim formam continentiam & tenorem ad cautelam absolui commisioni fidelium & ecclesiasticorum sacramentorum participationi ac sanctæ matris eccesiæ gremio & vnitati restitui literasq; desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c.postulauit. Memoratus &c. Et in eius contumaciam eundem dominum.N. principalem in personam tamen præfati magistri.N. procuratoris sui instantis & id flexis genibus humiliter fieri petentis ab excommunicationis sententia vt præfertur præmissorum occasione in eum lata. Recepto ab eodem magistro.N.procuratore ad mandatum ipsius domini.N.auditoris & in eius manibus tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia corporaliter præstito iuramento de stando iuri & parendo sanctæ matris ecclesiæ mandatis ac suis more solito & consueto ad cautelam cum reincidentia nisi infra mensem cum domino.N.ex aduerso principali composuerit. Aut aliter per dominum Auditorem desuper ordinatū fuerit absoluendum duxit & absoluit. Ipsumq; communioni fidelium participationi ecclesiasticorum sacramentorum & vnitati ecclesiæ restituit & reintegrauit iniuncta sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari. De & super quibus omnibus &c. vtsupra.

Cōparuit in iudicio. N. procur.& in cōtumaciā obtinuit principalē suū ad affectum ualiditatis snię ferēdæ absolui. Recepto &c. iniūcta &c.p̄ntibus &c.

Et partis &c. Neque d.N.principalem a quibusuis excommunicationis alijsq; sententijs pœnis & censuris ecclesiasticis quibuscunque occasione & causa in eum forsan latis & promulgatis ad cautelam ac finem & effectū validitatis sententiæ diffinitiuæ pro eo per dominum Auditorem in huiusmodi causa ferendæ absolui &c.ut supra reputari. Et in eius contumaciam eundem dominum.N.principalem ad finem & effectum prædictos absolui ut in proxima postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam præfatum.N.principalem ut in præceden.usque more solito & consueto ad cautelam ac effectum ualiditatis sententiæ diffinitiuæ

per

per eum in præsenti causa ferendæ dumtaxat absoluendum duxit & absoluit, ipsumq; &c. ut supra de & super quibus &c. præsentibus &c.

Comparuit in iudicio &c. N. procurator & præsente ex aduerso procuratore obtinuit dominum. N. principalem suum absolui ad cautelam cũ reincidentia nisi infra mensem &c. præfato magistro. N. ex aduerso procuratore ibidẽ adhuc ut præmittitur præsente audiente & ut apparuit intelligente ac consentiente sine præiudicio partis suæ absoluendum duxit. Præsentibus socijs &c.

Procur. præsente N. ex aduerso p curatore & consentien. obtinuit principalem suũ absolui ad cautelam cum reincidentia nisi infra mensem concordauerit.

Comparuit in iudicio coram domino. N. Auditore prædicto magister N. procurator præfato magistro. N. ex aduerso procuratore ibidem præsente & ut apparuit intelligente ac expresse consentiente præfatum dominum. N. principalem suum a quadam sententia excõmunicationis alias in eum per R. p. d. N. Auditorem &c. ob non solutionem &c. infra tempus per eundem dominum Auditorem sibi præfixorum in quibus in forma cameræ, uel alias præfato domino. N. ex aduerso principali ut asseritur idem dominus. N. principal. obligatus exitit lata ad cautelam absolui & communioni fidelium, participationi ecclesiasticorum sacramentorum & sanctæ matris ecclesiæ vnitati restitui, literasq; desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & cõcedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor supradictũ dominum. N. principalem a præfata excommunicationis sententia in eum vt pr fertur lata in persona tamen præfati magistri. N. procuratoris instan. ibdem flexis genibus id humiliter peten. Cum reincidentia nisi infra mensem proxime futurum cõcordauerit aut aliud desuper per dominum Auditorem præfatum ordinatum fuerit præfato magistro. N. ex aduerso procuratore ibidem pręsente audien. & ut apparuit intelligente ac expresse consentien. ad cautelam absoluendum duxit & absoluit, ipsumq; communioni fidelium, participationi ecclesiasticorum sacramentorum & vnitati ecclesiæ restituit reintegrauit iniuncta sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari. De & super ut supra.

Comparuit in iudicio. N. procur. & obtinuit se absolui ĩ quibus paruit simpliciter, ĩ quibus nõ paruit per festa pascalia aut vacantias cũ reincidẽ. recepto &c. iũcta &c. de & super quibus &c.

Comparuit &c. N. procurator & se a quibuscunque sententiis excommunicationis in eum forsan ob non paritionem quorumcunque monitoriorum latis quatenus indigeat absolui ac cõmunioni fidelium, participationi sacramentorum ecclesiasticorum & sanctæ ecclesiæ vnitati restitui & reintegrari, literasq; desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus auditor dictum magistrum. N. procuratorem præsentem instantem & id humiliter flexis genibus petentem a quibuscunque sententijs excommunicationis in eum ob non paritionem quorumcunque monitoriorum vt præfertur latis in illis in quibus monitorijs huiusmodi paruit simpliciter seu ad cautelam in alijs vero in quibus monitorijs huiusmodi nondum paruit cum reinciden. ab hinc usque post festa pascalia proxime futura aut post uacantias Lue ferias generales indictas. Recepto tamen primitus &c. vt infra salutari de & super quibus &c.

Procur. obtinuit se absolui ad cautelam.

Comparuit. N. procurator & se ab excommunicationis sententia in eũ per venerabilem virum. N. lata & promulgata ad cautelam videlicet qua

tenus indigeat absolui per dominum auditorem prædictum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus auditor dictum magistrum.N.procuratorem instan.& id flexis genibus humiliter peten.ab excommunicationis sententia ut præfertur præmissorum occasione in eum lata.Recepto primitus ab eodem magistro.N.procuratore ad mandatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum scripturis sacro sanctis ad sancta Dei euangelia corporaliter præstito iuramento de stando iuri ac parendo sanctæ matris ecclesiæ mandatis ac suis more solito & consueto absoluendum duxit & absoluit, ipsumq; communioni fidelium participationi ecclesiasticorum sacramētorum & vnitati ecclesiæ restituit & reintegrauit iniuncta sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari.

Absolutio excōicati ob non satisfactionē notarii.

Et se a dicta excommunicationis sententia in eum lata & dicta occasione quia non satisfecit notario absolui per dominum &c.postulauit.Et tūc dominus auditor præfatus attendens quod sancta mater ecclesia nemini veniam petenti gremium claudit.Recepto vt supra eundem.N.dummodo taliter ipsi notario de prædicto salario satisfecerit hodie per totam diē sub pœna reintrusionis dictæ excommunicationis sententiæ in nomine patris &c.duxit absoluendum, vt supra.

Absolutio excōicati non respondentis libello.

Et quandam responsionem ad libellum superius pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa oblatum facto &c.atque dedit, petens se nihilominus a præfata excommunicationis sententia contra ipsum lata humiliter absolui offerens separatum stare iuri & de parendo sanctæ matris ecclesię ac ipsius domini auditoris mādatis.Memoratus tunc dominus auditor attendens quod sancta mater ecclesia nemini claudit gremium, & præsertim ad eam reuertenti & veniam humiliter petenti ac postulanti præfatum magistrum.N.procuratorē coram eo flexis genibus constitutū a præfata excommunicationis sententia in forma solita & cōsueta duxit absoluēdum,& absoluit. Recepto tn̄ primitus a pręfato magistro.N.procuratore in ipsius domini auditoris manibus tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia corporali iuramēto pręstito de stando iuri & parendo sanctæ matris ecclesię atque ipsius domini auditoris mandatis, ipsumq; cōmunicationi fidelium & participationi sacramentoū & ecclesiasticorū & sanctę matris ecclesiæ restituit vnitati iuncta &c.vt supra.

Procurator petiit & obtinuit cōmitti absolutionem ad partes.

Consequenter idem magister.N.procurator assertus adhuc ibidem & nomine procuratorio quo supra iudicialiter comparens Reuerendo in christo patri domino abbati monasterij sancti.N.solum & insolidum absolutionem simpliciter vel ad cautelam dicti domini.N.principalis sui impendendam iuxta & secundum præfatæ ipsi domino auditori factę & præsentatę commission.vim formam & tenorem extra.Ro.cu.& in partibus committi, literasq; desuper necessarias & opportun.decerni & concedi per dominum auditorem præfatum debita cum instan.postulauit. Quam quidem absolutionem simpliciter vel ad cautelā eidem.d.N.principali vt præmittitur impendendam.d.auditor memoratus ad præfati m.n.procuratoris instātiam supradicto.d.abbati &c.solum & insolidum iuxta & secundū p̄narratæ ipsi.d.auditori desuper factæ & pręsentatę cōmission.vim formā cōtinentiā & tenorē extra dictam Ro.cu.& ad partes

com-

cōmittendū duxit atque cōmisit, literasq; desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decernendo & concedēdo prout & quēadmo dū in quodā cōmission. absolutionis in nostro publico inferius apud acta cāæ hmōi registrato plenius continetur & habetur. P̄ntibus ibidem &c.

DE DILATIONE AD PARTES.

Fuit proxime late dictum supra, adde tamē q̄ uult Rot. in no. deci. 19. de Appel. si iudex, ubi notantur hæc uerba nam dilatione pendē te data ab homine uel a iure conquiescit officium iudicis, & nihil in præiudicium partis est attentandum.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, Neque si bi partiq; suę in Ro. cu. personaliter vt dicit citato, & iura pro defensio ne causæ huiusmodi sibi necessaria non habenti dilationem siue termi- num competentem extra Ro. cu. prædictam & ad partes pro iuribus & munimentis siue informationibus in partibus existentibus & ad hāc cau- sam facien. mittendis dari & concedi videre seu audire. Neque aliquam causam rationabilem &c. allegare curant. cont. accusauit &c. reputari. Et in eius cont. sibi partiq; suæ dilationem siue terminum competentem ex- tra dictam Ro. cu. & ad partes pro iuribus & munimentis adhuc in par- tibus existentibus & sibi partiq; suæ ad hanc causam necessarijs & oppor- tunis dari & concedi per dominum auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus &c. cont. Et in eius contumaciam dicto magistro. N. procu- ratori instan. & peten. partiq; suæ dilationem siue terminum quatuor mē sium proxime futurorum extra dict. Ro. cu. & ad partes pro iuribus & mu nimentis siue information. in partibus existentibus & ad hanc causam fa cien. mittendis cōceden. duxit atq; cōcessit p̄sentibus ibidē &c. rogatis &c. — *Procur. in contu maciā partis ad- uersę obtinuit di latione consuet. ad partes &c. præ sentibus sociis.*

Comparuit &c. magister. N. procurator & præfato. N. ex aduerso pro- curatore præsente audien. & vt apparuit intelligen. sibi partiq; suæ dilatio nem siue terminum competen. pro iuribus siue information. sibi in hu- iusmodi causa necessarijs mittendū extra Ro. cu. & ad partes ex & pro eo quia principalis suus in eadem Ro. Cu. personaliter apprehensus & cita- tus fuerat decerni & concedi per dominum &c. postulauit. — *Procur. petiit prę sente ex aduerso procur. dilationē ad partes pro iu- ribus mittend.*

Ex aduerso vero magister. N. ex aduerso procurator &c. comparens & causam hmoi ad Ro. Cu. per appellationem dicti domin. N. principalis ex aduerso in partibus interpositam & esse deuolutam, & ideo dilationē hu- iusmodi sibi dari & concedi non debere replicandum dixit & replicauit. — *Ex aduelo procu rat. dixit ut hic.*

Ex aduerso magister. N. procurator quod huiusmodi dilatio parti sibi in huiusmodi causa aduersæ non veniet concedenda ex & pro eo quia pe titorium in huiusmodi causa esset suspensum & solum procederetur in possessorio & sic eadem pars in huiusmodi causa aduersa iuribus huius- modi non indigeret, cum pars sua sit spoliata beneficio super' quo agitur allegandum duxit & allegauit. — *Aliquando sic.*

Viceuersa magister. N. procurator prædictus &c. se huiusmodi dila- tionem in præsenti causa tam in petitorio quàm possessorio qualiter- — *Viceuersa. N. p̄- cur. replicauit ut hic,*

cunque in huiusmodi causa procedere indigere ex & pro eo q̃uia pars sua nunquam spoliauit aliquem, sed huiusmodi beneficium super quo agitur per resignationem vnius replicando dixit & replicauit.

Dominus audit. altrication. concessit dilation. quatuor mensiũ.

Tandem dominus auditor post diuersas &c. altricationes dilationem supradictam quo ad prænarratum actum faciendum dicto ma. N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ infra hinc & quatuor menses proxime & immediate sequen. concedendum duxit & concessit p̄ntibus ibidẽ &c.

Dominus recepto iuramẽto vt hic decreuit dilationem ad partes præsente ex aduerso procurato.

Tandem D. Audi. post diuersas &c. altrication. &c. Recepto primitus tã a dicto procuratore. N. quàm a suo principali immediate corporaliter pręstito iurã. quod ad mandatũ ipsius. D. Auditoris & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia corporaliter præstiterunt, & quilibet eorum præstitit quod nulla iura & munimenta quæ causam huiusmodi defendere possent in Ro. cu. haberent ac, etiam quod huiusmodi dilation. ad partes malitiose non peterent terminum siue dilationem quinque mensium pro xime futurorum ad partes pro iuribus huiusmodi mittendis dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ in præfati magistri. N. procuratoris ex aduerso præsentia decernendum duxit & concedendum decreuitq; pariter & concessit.

Dn̄s dixit se velle mature delibe rare sup allegat.

Memoratus tunc D. Auditor se super præmissis propositis & allegatis cum diligentia & maturitate velle deliberare respondendum dixit & respondit. Et nihilominus primam diem iuridicam &c. sedere contigerit ad uidendum & audiendum voluntatem suam super præmissis præfatis magistris. N. & N. hincinde procuratoribus ibidẽ præsentibus audien. & ut apparuit intelligen. peremptorie præfigendũ duxit statuendum & assignãdum, præfixitq; pariter statuit & assignauit.

Procur. obtinuit dilationẽ ad partes. ii. mensiũ pro iuribus mittẽdis & ꝓtestatus fuit vt hic.

Et sibi partiq; suæ dilationẽ siue terminum competen. pro iuribus sibi in hac causa necessarijs ad partes decerni & concedi per. D. &c. postulauit. Et nihilominus ꝙ in huiusmodi causa ad aliquos actus iudiciales nõ procedatur nisi primitus & ante omnia pars sua ad hoc de nouo vocata pariter & citata solenniter potestatus fuit &c. Quam quidem dilationem siue terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendũ dominus Auditor memoratus dicto magistro. N. procuratori instan. & peten. infra hinc & duos menses proxime futuros decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit præsentibus &c.

DE TESTIBVS.

Cõparuit. N. procurator & in cõt. produxit unum testem qui admissus per dn̄m tact. &c. iurauit super recognition. & tota causa i forma &c. cõmisso. &c.

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes in huiusmodi causa produci recipi iurare & ad iurandum admitti videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam vnum testem videlicet honorabilem virum dominum. N. ibidem præsentem astantem & vt tãquam testem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognition. signorum sigillorum & manuum notariorum iurium & munimentorum prædictorum vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datorum exhi

bitorum & productorum quàm tota causa præsenti exhibuit atque produxit. Quem adhoc admitti eiusq; solitum iuramentum recipi, Necnon interrogari & examinari, mandari per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor dictam partem aduersam non comparentem neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curan. licet tamen sufficienter & vsque ad horam debitam expectatam, reputauit merito prout erat quo ad actum & terminum huiusmodi id exigente iustitia contumacem. Et in eius contumaciam ad præfati magistri. N. procuratoris instantiam dictum testem ibidem adhuc vt præmittitur præsentem & astantem vt tanquam testem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione antedicta quàm tota causa præsenti more solito admittendum duxit & admisit, duxit & cogendum compulitq; pariter & coegit. Qui dum sic admissus fuerat statim & incontinenti ad mādatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram meram claram sinceram & omnimodam quam sciuerit in huiusmodi causa veritatem de & super omnibus & singulis super quibus eum in huiusmodi causa examinari contigerit siue interrogari, prece, precio, amore, fauore, ira, inuidia, rācore, & quaslibet alia sinistra machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis. Cuius quidem testis examen postea fideliter faciendum dominus Auditor memoratus mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto committendum duxit atque commisit.

Iuramētū testis.

Commissio examinis.

Quo facto idem magister. N. procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens relationem per domini nostri Papæ cursorem alias superius vt præmittitur factam quo ad certam clausulam inibi contentam videlicet ad dandum & exhibendum interrogatoria si quæ dare iuxta & secundum quę testes pro parte sua productos admissos & iuratos examinari uoluerit & interrogari hic repetijt, eamq; de nouo verbo solum & dumtaxat quo ad dandum dicta interrogatoria ad illam & sequen. dies (vel hodie & cras) prout in eadem latius continetur iudicialiter reproduxit.

Quo facto idem procurator repetiit cursoris relationem pro termino dādi interrogatoria ad hodie & cras per totam diem.

Simili modo facias si plures testes simul producantur mutato numero singulari in pluralem.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes &c. vt supra. Et in eius contumaciam duos testes videlicet honorabiles viros. N. & N. ibidem præsentes & astantes & vt tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione signorum sigillorum manuumq; notariorum iurium & munimentorum prædictorum vt præmittitur pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibitorum & productorū, quàm tota causa præsenti exhibuit atque produxit.

Quos & eorum quemlibet ad hoc sub excommunicationis pœna cogi & compelli (vel sic admitti) eorumq; solita iuramenta recipi. Necnō examinari interrogari mandari per dominum Auditorem præfatum debita

In cont. obtinuit compelli vel admitti duos testes præsentes qui cō pulsi uel admissi iurauerūt in forma &c. & cōmissio &c. quo facto obtinuit ad dandū interrogatoria ad hodie & cras per q.c. vel repetiit relationē

cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad præfati. N. principalis vel procuratoris instantiam dictos duos testes ibidem adhuc vt præmittitur præsentes astantes, & vt tanquam testes in eorum quemlibet ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione antedicta, quàm tota causa præsenti sub dicta excommunicationis pœna compellendum duxit & cogendum, compulitq; pariter & coegit, vel sic, tota causa præsenti admittendum duxit & admisit.

Iuraméta testiũ.

Qui dum sic, compulsi vel admissi fuerant statim & in continenti ad mandatũ ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euãgelia iurauerunt & dixerunt, & quilibet eorum iurauit & dixit se velle dicere & deponere puram meram claram sinceram & omnimodam quam sciuerint & quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem, de & super omnibus & singulis super quibus eos examinari contigerit siue interrogari prece precio amore, fauore, rãcore, ira, inuidia, & qualibet alia sinistra machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis.

Commissio examinis.

Quorum quidem testium examen postea fideliter faciendum & peragendum dominus Auditor memoratus mihi præsentis causæ notario atque scribæ predicto committendum duxit atque commisit.

Quo facto obtinuit ad dandum ĩterrogatoria ad hodie & cras per totam diẽ p.q.c.

Quo facto idem magister. N. procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens dictam partem sibi in huiusmodi causa aduersam ulterius ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria, iuxta & secundum quæ testes huiusmodi vt præmittitur productos compulsos & iuratos examinari voluerit siue interrogari si qua pro eorum examine dare voluerit per aliquem domini nostri Papę cursorem citari mandari, ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum &c. postulauit.

Quam quidem citationem proxime præpetitam ad prænarratum actum faciendum dominus Auditor memoratus dicto magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit & decreta ad hodie & cras per totam diem per quencunque domini nostri Papæ cursorem, qui desuper legitime requisitus fuerit peremptorie fieri voluit, iussitq; pariter & mandauit, uel sic, quo facto idem. N. &c. Relation. per domini nostri Papæ cursorem &c. vt supra reproduxit.

Comparuit in iudicio mag. N. ꝓcurator & in cót. produxit duos testes citatos qui admissi iurarunt in forma &c. & cõmisso &c. obtinuit ad dãdũ interrogatoria ad hodie & cras p. q. c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes &c. utsu. reputari. Et in eius contu. supradictos duos testes superius ut præmittitur citatos ibidem præsentes & iudicialiter comparen. & vt tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione signorum sigillorum manuumq; notariorum iurium & munimentorum prædictorum pro parte ipsius magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datorum exhibitorũ & productorum quàm tota causa præsenti exhbuit atque produxit.

Quos & eorum quemlibet admitti, eorumq; solita iuraméta recipi nec non examinari & interrogari mandari per dominum &c. postulauit. Memoratus

moratus &c.contumacem. Et in eius cont.ad dicti magistri.N.procuratoris instan.præfatos duos testes ibidem vt præmittitur præsentes & iudicialiter comparentes, & ut tanquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione prædicta quam tota causa præsenti more solito admittendū duxit & admisit. Qui quidem testes dum sic admissi fuerant &c.vt supra.penitus & semotis. Quorum quidem testium examen &c.vt supra.atq; commisit. Quo facto idem magister. N.procur.ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens, dictam partem sibi in huiusmodi causa aduersam vlterius ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria iuxta & secundum quæ testes huiusmodi superius vt præmittitur citatos productos receptos admissos & iuratos examinari voluerit & interrogari: vt supra.

Testes admissi iurarunt in forma.

Obtinuit ad dandum interrogatoria.

Et supradicto magistro.N.ex aduerso procuratore præsente audiente & vt apparuit intelligente unum testem uidelicet honorabilem virum dominum.N.ibidē præsentem & astantem & ut tanquā testem ad iurandū de perhibendo in huiusmodi causa testimonium ueritati, tam de & super recognitione signorum sigillorum &c.q̄ tota causa præsenti exhibuit atque produxit. Quem ad hoc sub aliqua formidabili pœna cogi & cōpelli eiusq; solitum iuramentum recipi necnon interrogari & examinari mandari per dn̄m &c.postulauit. Quem quidem testem ibidem ut pręmittitur præsenté & astantem dn̄s Auditor memoratus ad ipsius magistri.N.procuratoris instantiam & ut tanquā testem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione antedicta q̄ tota causa præsenti præfato magistro.N.ex aduerso procuratore ibidem ut præmittitur adhuc præsente audiente & ut apparuit intelligente sub excommunicationis pœna compellendum duxit & cogendum, compulitq; pariter & coegit. Qui quidem testis dum sic per dominum Auditorem præfatum compulsus fuerat statim & incontinenti &c.ut supra penitus & semotis. Cuius quidem testis examen &c.ut supra.

Comparuit in iudicio magist.N. procurator & pręsente magistro. N.ex aduerso procurator obtinuit compelli vnū testem qui compulsus iurauit in forma & obtinuit p̄figi magistro.N. ex aduerso procuratori ad dandū īterrogatoria ad hodie & cras per totā diem p.q.c.

Quo si quidem testis examine sic ut præmittitur mihi commisso idem magister.N.procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens præfato magistro.N.ex aduerso procuratori ibidem adhuc vt præmittitur præsenti audienti & ut apparuit intelligenti vlterius ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria, iuxta & secundum quæ testem huiusmodi sic ut præmittitur productum compulsum & iuratum examinari voluerit siue interrogari si qua pro ipsius examine dare siue exhibere uoluerit aliquem certum peremptorium terminum competentem præfigi, statui, & assignari per dominum Auditorem præfatum, debita cum instantia postulauit. Quem quidem terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum dominus Auditor memoratus ad ipsius magistri.N. procuratoris instan. eidem magistro.N.ex aduerso procuratori ibidem adhuc vt præfertur pręsenti, audienti, & ut apparuit intelligenti ad hodie & cras per totam diem præfigendum, statuendum & assignandum duxit, præfixitq; pariter statuit & assignauit.

Cōparuit. N. & præſente ex aduerſo procuratore obtinuit compelli duos teſtes citatos qui compulſi iurarunt in forma &c. commiſſo &c. obtinuit præfigi. N. ex aduerſo procuratori ad dandum interrogatoria ad hodie & cras per totā diē.

Et ſupradicto magiſtro. N. ex aduerſo procuratore præſente audiēte, & vt apparuit intelligente ſupradictos duos teſtes ſuperius vt præmittitur in huiuſmodi cauſa citatos ibidem præſentes & iudicialiter comparentes, vt & tanquam teſtes ad iurandum de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati tam de & ſuper recognitione ſignorum, ſigillorum, manuumq; & ſubſcription. notariorum iurium & munimentorū pro parte ipſius magiſtri. N. procuratoris in huiuſmodi cauſa datorum exhibitorum & productorum, quam tota cauſa præſenti exhibuit atque produxit. Quos & eorum quemlibet admitti eorumq; ſolita iuramenta recipi, necnon interrogari & examinari, mandari per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Quos quidem teſtes ibidem ut præmittitur præſentes aſtantes ac iudicialiter comparen. ut & tanquā teſtes dominus Auditor memoratus ad ipſius magiſtri. N. procuratoris inſtantiam ad iurandum de perhibēdo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati tam de & ſuper recognitione antedicta quàm tota cauſa pręſenti præfato magiſtro. N. ex aduerſo procuratore ibidem præſente vt præmittitur ſub pœna excommunicationis compellendum duxit & cogendum, compulitq; pariter & coegit. Qui quidem teſtes dum ſic ut præmittitur cō pulſi &c. vtſupra. Quorum quidem teſtium examen ſic vt præmittitur cō miſſo idem magiſter. N. procurator &c. vtſupra.

Comparuit. N. & præſente ex aduerſo procuratore produxit duos teſtes qui admiſſi iurauerunt in forma &c.

Et ſupradicto magiſtro. N. procuratore pręſente audien. & ut apparuit intelligente duos teſtes. N. &. N. ibidem præſentes & iudicialiter comparen. & ut tanquàm teſtes ad iurandum de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati tam de & ſuper &c. vtſupra, produxit. Quos & eorum quemlibet admitti, eorumq; ſolita iuramenta recipi, necnon interrogari & examinari, mandari, per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtan. poſtulauit. Quos quidem teſtes ibidem ut præmittitut præſentes dominus Auditor memoratus ad ipſius magiſtri. N. procuratoris inſtantiam ut & tanquàm teſtes ad iurandum de perhibendo in huiuſmodi cauſa teſtimonium veritati tā de & ſuper recognitione antedicta quàm tota cauſa præſenti præfato magiſtro. N. ex aduerſo procuratore ibidem ut præmittitur præſente more ſolito admittendum duxit & admiſit. Qui quidem teſtes citati, & producti dum ſic vt præmittitur admiſſi fuerant ſtatim & incontinenti &c. vtſup. Quorum quidem teſtium &c. vtſupra.

Deinde procurator obtinuit præfigi terminū ex aduerſo procuratori præſenti ad dandum interrogatoria.

Quo facto idem magiſter. N. procurator prædictus ibidem adhuc præſens & nomine quo ſupra procuratorio iudicialiter comparens præfato magiſtro. N. ex aduerſo procuratori ibidem ut præmittitur adhuc pręſenti audienti & ut apparuit intelligenti vlterius ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria iuxta & ſecundum quæ præfatos teſtes ſic ut præmittitur productos & admiſſos examinari uoluerit ſiue interrogari ſi qua pro eorum examine dare & exhibere voluerit aliquem certum peremptorium terminum competentem præfigi, ſtatui, & aſſignari per dominum Auditorem præfatum debita cum inſtantia poſtulauit. Quem quidem terminum proxime præpetitum vtſupra.

DE

ET partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, neque aliquos testes affuturos in huiusmodi causa produci recipi iurare & ad iurandum admitti, videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam duos testes affuturos videlicet honorabiles viros dominos. N. &. N. ibidem præsentes astātes, & vt tanquam testes affuturos ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati de & super eorum affuturation. ac recognition. sigillorum, signorum &c. quàm tota causa præsenti exhibuit atque produxit. Quos & eorum quemlibet &c. vtsupra. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contum. ad dicti magistri. N. procuratoris instan. dictos testes affuturos ibidem vt pręmittitur præsentes astan. audien. & vt apparuit intelligentes. An affuturi essent vel ne, infra quot dies vt verius crederent a Roma. Curia recessuri interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem ut ad hanc suam interrogationem mediis eorum iuramentis responderent & quilibet eorum responderet. Qui quidem testes dum sic per D. Auditorem præfatum interrogati statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauerunt & dixerunt, & quilibet eorum iurauit & dixit se fore affuturos & ut uerius crederent infra sex dies immediate sequen. a dicta Ro. cu. recessuros. Et nihilominus dominus Auditor memoratus ad ulteriorem ipsius magistri. N. procuratoris instan. supradictos testes affuturos ibidem adhuc vt præmittitur præsentes astan. & vt tāquam testes affuturos ad perhibendum in huiusmodi causa testimoniū veritati, de & super tota causa præsenti more solito admittendum duxit & admisit. Qui dum sic admissi fuerant, statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eos & eorum quemlibet iterato corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauerunt & dixerunt se velle dicere & deponere puram, meram, claram, sinceram, & omnimodam quam sciuerint & quilibet eorum sciuerit in huiusmodi causa veritatem prece, precio, amore, fauore, ira, odio, inuidia, rancore, ac qualibet alia sinistra machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis. Quorum quidem testium affuturorum examen dominus Auditor memoratus mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto postea fideliter faciendum committendum duxit atque commisit. Quo facto &c. ut supra.

Procur. in contu. ꝑduxit. ii. aut. iii. test. affuturos qui per dñm admissi iurauerunt super affuturatione interrogari mediis iuramentis dixerunt ut hic.

Testes super affuturatione medio iuramento dixerunt vt hic.

Vlterius dicti test. iurauerūt sup tota causa tact. cōmissio. examine.

Iurament. testiū affuturorū super tota causa.

Et partis sibi &c. reputari. Et in eius contumaciam duos testes affuturos uidelicet honorabiles viros dominos. N. &. N. ibidem pręsentes astantes, ut & tanquam testes affuturos ad iurandum &c. tam de & super affuturatione quàm tota causa præsenti exhibuit atque produxit. Quos & eorum quemlibet sub excommunicationis pœna cogi & compelli eorumq; solita iuramenta recipi. Necnon interrogari & examinari, mandari, per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instan. supradictos duos te-

Procurator in cōtu. ꝑduxit duos testes affuturos qui compulsi iurarunt.

stes affuturos ibidem adhuc vt præmittitur præsentes astantes, vt & tanquam testes affuturos an affuturi &c. vt supra Qui quidem testes affuturi, sic vt præmittitur &c. Et nihilominus &c. vt su.

Procurator p̄sente ex aduerso ꝓcuratore ꝓduxit unum testē affuturum qui super affuturatiōe medio iuramēto dixit ut hic.

Et præfato. M. N. ex aduerso procuratore præsente audiente & vt apparuit intelligente vnum testem affuturum videlicet honorabilem virum dominum. N. ibidem præsentem astantem vt & tanquam testem affuturum ad iurandum &c. tam de & super sua affuturatione quàm tota causa præsenti exhibuit atque produxit. Quem ad hoc sub pœna excommunicationis cogi & compelli eiusq; solitum iuramentum recipi, Necnon examinari & interrogari mandari per dominum Auditorem præfatum debita cum instan. postulauit. Memoratus tunc. d. Auditor ad ipsius magistri. N. procuratoris instantiam præfatum testem affuturum ibidem adhuc vt præmittitur præsentem & astantem an affuturus esset vel ne. Et infra quot dies vt verius crederet a Ro. cu. recessurus interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eidem vt ad hanc suā interrogationem medio suo iuramento responderet. Qui quidem testis affuturus dum sic vt præmittitur per dominum Auditorem præfatum interrogatus statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eū ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurauit & dixit se fore affuturū & vt verius crederet a Ro. Cur. infra tres dies proxime & immediate sequen. recessurum. Et nihilominus dominus Auditor memoratus ad dicti magistri N. procuratoris instantiam vlteriorem præfatum testem affuturum ibidem adhuc vt præmittitur præsentem astantem vt & tanquam testem affuturum ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimoniū veritati de & super tota causa præsenti præfato magistro. N. ex aduerso procuratore præsente audiente & vt apparuit intelligente sub dicta excommunicationis pœna compellendum duxit & cogendum, compulitq; pariter & coegit. Qui dum sic compulsus fuerat statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eū iterato ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurauit & dixit se velle dicere &c. vt supra. Cuius quidem testes &c. Quo facto &c. vt supra.

Testis super affuturation. dixit ut hic.

Deinde testis cōpulsus iurauit super tota causa.

Iuramētū testis.

Testes super absentia &c.

Producuntur testes super absentia. N. ex aduerso procuratoris.

Comparuit magister. N. procurator &c. procuratorio. Volens docere legitime de absentia magistri. N. ex aduerso procuratoris a Ro. Cu. duos testes videlicet. N. &. N. ibidem præsentes astan. vt & tanquā testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super absentia ipsius magistri. N. ex aduerso procuratoris a Ro. cu. exhibuit atque produxit. Quos ad hoc & eorū quemlibet sub excōmunicationis pœna &c. penitus & semotis. Consequenter vero dn̄s auditor p̄fatus eosdem testes ibidem præsentes & astantes an præfatum magistrum. N. ex aduerso procuratorem cognoscerent vel ne: & an scirent ipsum fore vel esse in Rom. cu præsentem siue ne interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem vt ad hanc suam interrogationem medijs eorum superius præstitis iuramentis responderent & quilibet eo-

rum responderet. Qui quidem testes sic vt præmittitur per dominum auditorem interrogati medijs eorum præstit. iuramentis dixerunt & quilibet eorum dixit se præfatum dominum. N. ex aduerso procuratorem bene cognoscere & scire ipsum non fore in Ro. cu. præsentem sed ab eadem fuisse absentem & in ciuitate. N. existentem vel in alio loco. &c.

Testes super absentia ex aduerso procuratoris uel principalis dixerunt ut hic.

De obitu procuratoris.

Simili modo de obitu procuratoris uel principalis mutatis mutandis.

DE RECOGNITIONE.

Consequenter vero dominus auditor memoratus prædictis testibus ibidem adhuc præsentibus & iudicialiter comparentibus & astantibus, iura ac munimenta ac sigilla manus & subscriptiones notariorum iurium & munimentorum prædictorũ demonstrauit atque ostendit. Eosq; an sigilla signa manus siue subscriptiones notariorum iurium & munimentorum huiusmodi recognoscerent vel ne. Et an notarij in eis descripti & subscripti fuerint & sint publici fideles & legales. Et an ad ipsos tanquam ad tales communis hominum habeatur recursus instrumentis quoque per eos & eorum quemlibet confectis & subscriptis in iudicio & extra plenaria fides adhibeatur interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem vt ad hanc suam interrogationem medio suo per eos & eorum quemlibet superius ut præmittitur præstito iuramento responderent & quilibet eorum responderet. Qui quidem testes sic ut præmittitur per dominum auditorem præfatum interrogati visis primitus per eos & eorũ quẽlibet ac diligenter inspect. dict. sigillis signis & manibus notariorũ iurium & munimentorũ sub eorum superius prestitis iuramentis dixerunt & quilibet eorum dixit signa & manus huiusmodi bene recognoscere & esse illorum quorum ibi esse dicuntur videlicet discretorum virorum. N. &. N. publicorum imperiali auctoritate notariorum, ac ꝙ etiã notarij huiusmodi in eisdem iuribus & munimentis subscripti & descripti fuerunt sunt & habiti fuerunt & habentur publici fideles legales & ꝙ ad omnes & eorum quemlibet tanquam ad tales communis hominum habetur recursus. Instrumentis uero per eos & eorum quemlibet confectis & subscript. siue signat. in iudicio & extra plenaria fides adhibetur.

Quãdo testes recognoscunt in iudicio.

Ex tunc dominus auditor memoratus ad dicti magistri. N. procuratoris instan. vlteriorem præfata sigilla signa manus & personas notariorũ huiusmodi, necnon iura & munimenta prædicta sic ut præmittitur recognita habuit & haberi voluit pro sufficienter recognitis.

Ista clausula nõ ponitur nisi in extractis.

Subsequenter vero magister. N. una cum domino. N. principali suo, & magister. N. ex aduerso procuratores prædicti ibidẽ adhuc p̄sentes &c. comparen. ipsi & eorum quilibet omnia & singula signa sigilla signeta manus & personas omnium & singulorum notariorum iuribus & munimentis pro partibus ipsorum, & cuiuslibet eorum hincinde in huiusmodi causa exhibitis & productis subscriptis appositas & appensa recognouerunt & pro recognitis habuerunt, & quilibet eorum recognouit & pro recognito haberi uoluit, contenta tamen in eisdem iuribus & munimentis

Procuratores hĩc inde habent iura pro recognitis.

hincinde ut asseruerunt minime approbantes.

Alia recognitio in iudicio.

Subsequenter vero dominus auditor memoratus præfatis testibus ibidem adhuc vt præmittitur præsentibus & astan. iura & munimenta supra dicta pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa ut præmittitur producta videlicet processum necnon instrumentum acceptationis & prouisionis, sigillumq; dicto processui appensum ac signa manus literas siue subscriptiones notariorum huiusmodi in eisdem instrumento & processu subscriptioneq; notariorum demonstrauit atque ostendit ipsosq; & eorum quemlibet an sigillum huiusmodi processui appensum necnon personas signa manus literas siue subscriptiones notariorum huiusmodi recognoscerent vel ne, & an notarij in eis descripti &c. vt supra plenaria fides adhibeatur interrogandum duxit & interrogauit. Volens atque mandans eisdem vt ad hãc suam interrogationem medijs eorum superius præstitis iuramentis responderent & quilibet eorum responderet. Qui quidem testes sic vt præmittitur per dominum auditorem interrogati visis primitus per eos & eorum quemlibet ac diligenter inspectis dictis iuribus & munimentis. Necnon sigillo manibus signis & literis siue subscriptionibus notariorum prædictorum sub dictis eorum præstitis iuramentis dixerunt & quilibet eorum dixit sigillum huiusmodi processui appensum bene recognoscere & esse illius cuius inibi esse dicitur, videlicet Reuerendi in Christo patris & domini domini Dei & apostolicę sedis gratia episcopi. N. Necnon personas signa manus siue subscriptiones notariorum in dictis processu & instrumento acceptionis & prouisionis subscriptorum similiter bene recognoscere ac esse illorum quorum inibi esse dicuntur videlicet discretorum virorum. N. &. N. publicorum apostolica & imperiali auctoritatibus notariorum, ipsosq; fore notarios publicos probos fideles legales ac quòd ad omnes & eorum quemlibet tanquam ad tales cõmunis hominum habetur recursus. Instrumentisq; per eos & eorum quemlibet confectis subscriptis & signatis in iudicio & extra fides plenaria adhibetur. Ex tunc dominus utsupra.

Testes recognouerunt vt hic.

Subsequenter uero dominus Auditor memoratus &c. notariorum mutando pluralem numerum in singularem sicut notarii manus siue subscriptio litera instrumẽtum &c. adhibetur. Ex tunc dominus auditor memoratus ad dicti magistri. N. procuratoris instan. vlteriorem dictum instrumentum acceptationis & prouisionis sic ut præmittitur recognitũ habuit & haberi voluit sufficienter pro recognito.

Recognitio iuriũ in domo coram notario.

Constitutus Romę in domo habitationis domini auditoris præfati coram me præsentis causæ notario atq; scribæ prædicto honorabilis vir dominus. N. alias in huiusmodi causa superius ut præmittitur de & super recognition. sigillorum signorum manuumq; notariorum iurium & munimentorum pro parte supradicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa datorum & exhibitorum productorum testis productus admissus receptus & iuratus. Et se super huiusmodi recognition. examinari a me præsentis causæ notario atque scribæ prędicto debita cum instan. postulauit. Cui quidem testi sic vt præmittitur superius in huiusmodi causa producto admisso recepto & iurato ibidem præsenti & personaliter constituto

certa

certa iura & munimenta in huiusmodi causa producta & designata ac superius apud acta causæ registrata videlicet.N.&.N. dicti domini.N.principalis ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus ostendi atque monstraui. Eumq; iuxta commissionem mihi desuper superius ut præmittitur per d.auditorem præfatum factam an signa personas & manus siue subscription.notariorum iurium & munimentorum prædictorum recognoscerent uel ne:& an notarii in eis descripti fuerint & sint publici fideles & legales & an ad ipsos tanquam ad tales cōmunis hominum habeatur recursus instrumentis quoque per eos & eorum quemlibet confectis & subscriptis in iudicio & extra plenaria fides adhibeatur interrogandū duxi & interrogaui uolens atque requirēs eundem,ut ad hanc meam interrogationem medio suo iuramēto per eum superius ut præmittitur in manibus domini auditoris præfati præstito responderet. Qui quidem testis sic ut præmittitur per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum interrogatus uisis per eum primitus ac diligenter inspectis dictis iuribus & munimentis. Necnon signis manibus literis siue subscription.notariorum in dictis iuribus & munimentis subscriptorum sub dicto suo superius per eū præstito iuramento recognouit & dixit se signa manus subscriptiones & personas notariorum in huiusmodi iuribus & munimentis descriptorum & bene recognoscere & esse illorum &c. utsupra &c. huiusmodi bene recognoscere & esse &c. ut supra.

Simili modo fiat si est tantum unum recognoscendum instrumentum consideratis considerandis & mutatis mutandis.

Et discretum virium.N.notarum publicum in quodam instrumento acceptationis & prouisionis pro parte sua producto subscriptum & nominatum ibidem præsentem audien.& vt apparuit intelligen.ad recognoscendum vel medio suo iuramento negandum signum manum literas siue subscriptiones proprias sub excommunicationis pœna cogi &compelli,ac desuper interogari & examinari per dominum &c.postulauit.Memoratus tunc dominus auditor ad dicti magistri.N.procuratoris instantiā prædictum dominum.N.notarium publicū ibidem vt præmittitur præsentem astan.audien.& vt apparuit intelligen.ad recognoscendum vel medio suo iuramento negandum signum manum ac literam siue subscription.proprias per totam audientiam sub dicta excommunicationis pœna compellendum duxit & cogendum, compulitq; pariter & coegit. Qui dum sic compulsus fuerat visis per eum ac diligenter inspectis dictis iuribus & munimentis statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit & dixit se huiusmodi processum ad instantiam . N. de sua manu propria subscripsisse, ac signo suo solito & consueto signasse & desuper tempore confectionis illius fuisse rogatum & requisitum.

Recognitio propriç manus.

Quando committitur receptio iuramentorum.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis,neque mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto receptionem iuramentorum aliquarum(egregiarum) seu impeditarum,seu infirmarum perso-

Comparuit in iudicio magist. N. procur, & in cōt.

obtinuit mihi notario cõmitti receptionem iuramenti egregię p̃sonæ (seu impeditæ) seu infirmæ.

narum committi videre! seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam se testimonio venerabilis & circũspecti viri domini. N. necessario indigere dixit & allegauit. Sed quia ipse est grauis (& egregia) uel impedita aut infirma persona ipsum ad iudicium siue iudicis pręsentiam commode adducere non potest. Quare mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto receptionem iuramenti eiusdem domini de perhibendo in huiusmodi causa testimonium ueritati, ac examen eiusdem postea fideliter faciendum cõmitti per dominum auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus auditor dictam partem aduersam non comparentem neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curan. &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto quatenus ad dictum d. N. hora vesperorum post audientiam præsentis diei accederem & ab eo iuramentum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati reciperem. Necnon eum postea fideliter examinarem committendum duxit & mandandum, commisitq; pariter & mandauit.

Procurator præsente ex aduerso procuratore obtinuit mihi committi receptionẽ iuramẽti egregiæ personę uel impeditæ &c. præfigi eidem ex aduerso procuratori p̃senti ad videndũ iurare in domo habitationis ad horam uesperorum & ad dandum intetrogatoria.

Cõparuit. N. & supradicto. N. procurarore ex aduerso præsente astan. & audien. & ut apparuit intelligen. &c. se testimonio Reuerendi in Christo patris & domini domini. N. Episcopi. N. &c. quem pro sui iuris defensione in testem in huiusmodi causa producere vellet necessario indigere dixit & allegauit. Sed quia ipse est nobilis & egregia persona ipsum ad iudicium siue iudicis præsentiam commode adducere non potest, Idcirco mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto receptionem iuramenti eiusdem domini. N. de perhibendo in huiusmodi causa testimoniũ veritati, & examen eiusdem postea fideliter faciendum committi, dictoq; magistro. N. ex aduerso procuratori ibidem vt præmittitur præsenti audienti & ut apparuit intelligenti ad videndum & audiendum eundem R. P. D. N. egregiam (vel impeditam) personam in domo habitation. suæ in testem produci recipi, iurare, & ad iurandum admitti tam de & super recognition. quàm tota causa præsenti. Et postquam testis huiusmodi iurauerit ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria iuxta & secundum que testem huiusmodi examinari voluerit & interrogari certos competentes terminos præfigi statui & assignari per dominum Auditorem præfatum debita cum instanria postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto quatenus ad dictum dominum N. aliqua hora congruente accederem ac ab eo iuramentum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super recognitione signorum manuumq; notariorum sigillorum iurium & munimentorum quàm tota causa præsenti reciperem. Necnon eum postea fideliter examinarem committendum duxit & mandandum, commisitq; pariter & mandauit. Et nihilominus præfato magistro. N. ex aduerso procuratori ibidem præsenti audienti & ut apparuit intelligenti ad videndũ & audiendum eundem dominum. N. testem, & ut tanquam testem in huiusmodi causa produci recipi, iurare, & ad iurandum admitti in domo

suæ

suæ solitæ habitationis ad horam vesperorum præsentis diei: Et postquam testis huiusmodi sic vt præmittitur iurauerit de perhibendo testimonium veritati (tam super recognitione antedicta) quam tota causa præsenti ad dandum & exhibendum nonnulla interrogatoria si quæ dare iuxta & secundum quæ testem huiusmodi examinari voluerit & interrogari per totam illam & sequen. diem præfigendum duxit & statuendũ, præfixitq́; pariter statuit & assignauit.

Hora igitur vesperorum præsentis die adueniente.

Constitutus Romæ in domo habitation. solitæ domini. N. testis uel sic Romæ in officio mei notarij &c. præsens & personaliter cõstitutus magister. N. procurator &c. Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ neque aliquos testes egregias (seu impeditas aut infirmas) personas in huiusmodi causa produci recipi, iurare, & ad iurandum admitti videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam supradictum dominum. N. ibidem præsentem & astãtem ut & tanquam testem ad iurandum de perhibendo &c. coram me præsentis causæ notario atque scriba prædictò exhibuit atque produxit. Quem ad hoc iuxta & secundum mandatum mihi desuper per dominũ auditorem præfatum factum admitti, eiusq; solitum iuramentum recipi, necnon interrogari & examinari per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum debitam cum instan. postulauit. Ex tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus dictam partem aduersam non comparentem neque huiusmodi diei termino &c. contumacem. & in eius contumaciam ad supradicti magistri. N. procuratoris instantiam eundem testem ibidem vt præmittitur adhuc præsentem & astantem vt & tanquam testem iuxta & secundum prænarratam mihi desuper factam per dominum auditorem commissionem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super tota causa præsenti more solito admittendum duxi & admisi. Qui dum sic admissus fuerat statim & incontinenti ad requisitionem mei notarij, posita eius manu dextra ad pectus more prælatorum & egregiarum personarum iurauit & dixit (Vel sic si non est egregius) ad requisitionem mei notarij & in meis manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit, & dixit se uelle dicere &c. ut supra de testibus usque ad clausulam semotis.

Hora vesperorũ uel tertia constitutus ĩ domo. N. test. magister. N. procur. in cont. produxit eundẽ N. testẽ qui per me admissus tactis &c. iurauit reseruato examine.

Iuramentum testis egregij.

Cuius quidem testis examen postea fideliter faciendum & peragendum mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto reseruandum duxi & reseruaui. Quo facto idem magister. N. procurator adhuc ibidem præsens & personaliter constitutus antedictam cursoris relationem per domini nostri Papæ cursorem superius ut præmittitur factam &c. vt supra vsque reproduxit.

Cuius quidem cursoris relatione &c. Constitutus in eadem domo ibidem magister. N. procurator prædictus nomine quo supra procuratorio & partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparent. neque aliquos testes in hac causa produci, recipi, iurare, & adiurãdum admitti videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq́; contumacem reputari.

Procur. in cont. produxit. ii. testes qui per me admissi tactis &c. iurarunt.

Et in eius contumaciam dictos.N.&.N. ibidem præsentes & personaliter constitutos ut & tãquam testes ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium ueritati coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto exhibuit atque produxit. Quos per me eundem præsentis causæ notarium atque scribam prædictum iuxta & secundum mandatum mihi ab eodem domino auditore desuper factum admitti eorumque solita iuramenta recipi necnon examinari & interrogari per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum debita cum instantia postulauit. Ex tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus dictam partem aduersam non comparentem neque huiusmodi diei termino &c.contumacem.Et in eius contumaciam ad dicti magistri.N.procuratoris instan.supradictos testes ibidem præsentes & personaliter constitutos ut & tanquam testes iuxta mandatum desuper ab eodem D.auditore factum ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimoniũ ueritati,de & super tota causa præsenti more solito admittendum duxi & admisi.Qui dum sic admissi fuerant statim & incontinenti ad monitionem meam & in eius manibus tactis &c.utsupra de testibus.

Comparuit in iudicio. N. procur. & data citation. audientię contra dictarũ obtinuit mihi notario cõmitti receptionẽ iuramenti unius testis infirmi examen super recognitiõe hodie ap horã vesperorũ.

Comparuit in iudicio &c.N.procur. & quandam citationem audientiæ pergameni &c. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium.Neq; mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto receptionem iuramentorum certorum testium infirmorum committi uidere seu audire curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam receptionem iuramenti unius testis infirmi uidelicet honorabiles uiri d.N.testis diœce.N. eiusq; examen uel certorum testium infirmorum videlicet honorabilium virorum dominorum.N. &.N.diœce.eorumq; examen mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto committi per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces.Et in eorum contumaciam receptionem iuramenti prædicti testis infirmi ipsiusq; examen in domo habitationis eiusdem testis:uel sic,receptionem iuramentorum prædictorũ testium infirmorum ipsorumq; examen in domibus habitationum eorundem testium hodie ad horam uesperorum fideliter faciendum mihi præsentis causæ notario atque scribæ prędicto committendum duxit & commisit.Et sequatur forma præcedẽs si test.non est citatus & sicut super tota causa.

Cursor retulit citasse testem infirmũ ad statim super recognitiõe.

Adueniente igitur hora uesperorum præsentis diei discretus vir.N.domini nostri Papæ cursor retulit in domo habitationis dicti testis infirmi mihi præsentis causæ notario atque scribæ &c.Statim & incontinenti &c. citasse dominum. N.testem infirmum & ut tanquam testem ad iurandum &c. ad statim uidelicet ad hanc horam vesperorum prædictam prout & quemadmodum &c.

Cõstitutus in domo testes infirmi N.principalis citta &c.repetita citatione audiẽtiæ in cont.produxit

Post cuius quidem cursoris relationem sic vt præmittitur factam.Constitutus in eadem domo habitationis dicti testis infirmi dominus.N.principalis principaliter &c.citationem audientiæ vltimo in huiusmodi causa pro parte sua representatam repetijt.Eamq; de nouo verbo solum & dumtaxat iudicialiter reproduxit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium.Neque aliquos testes in huiusmodi causa produci, recipi,

iurare

iurare,& ad iurandum admitti videre seu audire curant. contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam prædictum testem infirmum iam vt præmittitur citatum ibidem præsentem vt & tanquam testem ad iurandum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super recognition. &c. exhibuit atque produxit. Quem super huiusmodi recognitione interrogari & examinari per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum instãter postulauit. Ex tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus dictos citatos &c.contumaces.Et in eorum contumaciam ad ipsius domini.N.principalis instan. iuxta commission. per dominum auditorem mihi desuper factam prædicto testi ibidem præsenti, instrumentum executionis citationis superius in huiusmodi causa productum ostendi atque monstraui,ipsumq; an signum manum personam notarij eiusdem recognosceret vel ne interrogaui,ac eundem vt ad hanc meam interrogationem medio suo iuramento responderet requisiui. Qui quidem testis dum sic vt præmittitur per me requisitus fuerat statim & incontinẽti ad requisitionem meã & in meis manibus tactis per eum scripturis sacrosanctis iurauit, & dixit se signum manum & personam notarij in dicto instrumento executionis citation.bene recognoscere & esse illius cuius inibi esse dicitur &c.utsupra de recognitione.

eundem testẽ infirmum qui iurauit in forma &c.

Testis uiso instrumento &c. recognouit ut hic.

Examen testis.

Die lunæ tertia supradicti mensis Martij. Romæ in domo habitationis domini auditoris præfati (vel mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti) ac coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto præsens & personaliter constitutus venerabilis vir dominus.N.testis alias in huiusmodi causa de & super tota causa præsenti pro parte prælibati domini.N.principalis productus receptus admissus & iuratus. Et se per me præsentis causæ notariũ atque scribam prædictum iuxta & secundum mandatum alias mihi a domino auditore præfato desuper factum examinari & interrogari debita cum instan.postulauit. Ex tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus eundem testem ibidem præsentem & coram me vt præmittitur personaliter constitutum de & super positionibus & articulis ac materijs articulatis pro parte dicti magistri.N. principalis datis exhibitis & productis iuxta & secundum commissionem & mandatum per dominum auditorem præfatum mihi desuper factam examinandum duxi & examinaui. Qui quidem testis per me vt præmittitur examinatus medio suo iuramento alias per eum ad mandatum ipsius domini auditoris præstito dixit & deposuit prout & quemadmodum in eius dict. & depositionibus in fine præsentis causæ registri alligatis plenius continetur & habetur.

Examinatus fuit testis hic nominatus pro parte N.productus qui deposuit super articulis eiusdẽ &c. ꝓut ĩ fine registri

Si testis examinatur iuxta interrogatoria partis aduersæ.

Die &c.vtsupra de & super positionibus & articulis ac materiis articulatis pro parte dicti domini.N.principalis dat.exhibit. & product.iuxta & secundum interrogatoria pro parte aduersa mihi desuper exhibita atque data. Iuxta quoque & secundum commissionem &c. desuper factam interrogandum duxi & examinandum ac interrogaui & examinaui. Qui

quidem testis &c.in fine præsentis causæ registri vna cum interrogatoriis productis allegatis plenius continetur & habetur.

Si testis examinatur per interpretem.

Die &c. vtsupra usque desuper factam per organum discreti viri magistri.N.clerici.N.diœc.interpret. producti recepti & pro interpretation.dictorum testium huiusmodi de vulgari.N.in latinum admissi iurati & deputati interrogandum duxi & examinandum & interrogaui & examinaui.Qui quidem test.per me ut præmittitur per organum interpretis prædicti examinatus medio iuramento &c. ut supra habetur.

PVBLICATIO TESTIVM.

Cõparuit.N. procur.in cont.petiit & obtinuit publicari testes & copiam eorundem decerni cum termino ad dicẽdũ contra ad.i.d.

ET partis &c. Neque dicta siue attestationes testium superius in huiusmodi causa pro dicta parte aduersa productorum iuratorum & examinatorum publicari. Neque aliquem causam &c.allegare curantis cõtumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cõtumaciam omnia & singula dicta siue attestationes testium pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa super positionibus & articulis per eandem partem aduersam de consumptione gratiæ partis suæ in huiusmodi causa datis productorum iuratorum & examinatorum publicari copiamq; eorundem decerni & concedi.Necnon sibi partiq; suæ prædictæ ad dicendum & excipiendum &c. siue excipere voluerit aliquem certum terminum competen.præfigi statui & assignari per dominum &c.postulauit. Memoratus tunc &c.contumacem.Et in eius contumaciam præfata dicta siue attestationes testium partis aduersæ super dictis positionibus & articulis examinatorum prælibato magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ publicandum duxit & publicauit. Copiam earundem desuper decernendo & concedendo quanquam per me præsentis causæ notarium &c. sibi tradi voluit iussitq; pariter & mandauit. Et nihilominus terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum dicto magistro N.procuratori instanti & petenti partiq; suæ ad primam &c. duxit peremptorie præfigendum &c. & assignauit.

Procur.præsente N. ex aduerso ꝓcuratoř obtinuit sibi publicari dicta testium & copiam decerni.

Et supradicto magistro. N. ex aduerso procuratore ibidem præsente audien.& ut apparuit intelligen.sibi partiq; suæ omnia & singula dicta siue attestation.testium pro parte sibi in huiusmodi causa aduersa in huiusmodi causa productorum receptorum admissorum iuratorum & examinatorum publicari,copiamq; eorundem decerni & concedi per dominum &c.postulauit. Memoratus tunc dominus auditor prænominato magistro.N.ex aduerso procuratore ibidem adhuc sic vt præmittitur præsente audiente & ut apparuit intelligen.nec aliquid in contrarium saltem rationabile allegan.dicta siue attestationes testium prædictorum dicto magistro.N.procuratori instan.& peten. partiq; suæ publicãdum duxit & publicauit copiamq; eorundem decreuit atque concessit.Eamq; prout petita extitit per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri ac sibi tradi voluit iussitq; pariter & mandauit.

Cõstitutus in do

Et dicta siue attestationes testium in huiusmodi causa pro parte aduer

ſa productorum iuratorum examinatorum & publicatorum didicit vidit perlegendumq́ duxit atque perlegit.

mo niel notarij N. procur. & didicit dicta testium publicatorũ eaq́ perlegit.

DE REMISSION. AD PARTES.

Comparuit &c. in iudicio &c. Et partis &c. Neque voluntatem ipſius domini Auditoris de & ſuper admiſſion. uel repulſione poſitionum & articulorum pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datorum exhibitorum & productorum. Nec remiſſionem ſiue literas remiſſoriales deſuper extra Ro.cur. & ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi videre ſeu audire curantis contumaciam accuſauit, ipſamq́ contumacem reputari. Et in eius cont. omnes & ſigulos poſitiones & articulos pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datos exhibitos & productos ac ſe & partem ſuã prædictam ad probandum eoſdem extra Ro.cu. & in partibus admitti remiſſionemq́ ſiue literas remiſſoriales deſuper (iuxta & ſecundum eiuſdem conſtitutionis fœ.re. Innoc. Pa. viij. deſuper editæ & facultat. collegio dominorum auditorum Rotæ inde conceſſæ vim, formam, & tenorem) iuxta & ſecundum prænarratæ ipſi domino Auditori factæ & præſentatæ commiſſion. vim, formam, continentiam & tenorem in forma ſolita & conſueta decerni & concedi per dominum &c. poſtulauit. Memoratus tunc dominus &c. contumacem. Et in eius cont. omnes & ſingulos poſitiones & articulos pro parte ipſius magiſtri. N. procuratoris datos exhibitos & productos ac ipſum magiſtrum. N. procuratorem inſtantem & petentem partemq́ ſuam ad producendum extra Rom.cu. & in partibus.

Comparuit procurator & in cõt. obtinuit articulos extra curiam ad probandũ admitti ſaluo &c. & remiſſion. decerni pſentibus &c.

Si in uim bullæ.

Si in vim cõmiſſiõis decernitur.

Saluo iure impertinentium & non admittendorum poſitionum & articulorum eorundem admittendum duxit & admiſit. Remiſſionemq́ ſiue literas remiſſoriales deſuper in forma ſolita & conſueta, iuxta & ſecundũ præfatę conſtitutionis fœ.re. Inno. Papæ viij. vim formam & tenorem iuxta & ſecundũ prænarratæ factæ & præſentatæ commiſſion. vim formã continentiã & tenorem in forma ſolita & conſueta decernendo & concedendo prout & quẽadmodũ in quodã remiſſion. inſtro publico per me pſentis cauſæ notariũ atque ſcribam prædictũ exinde in notam recepto & apud acta cauſæ hmõi regiſtrato plenius cõtinetur & habetur pñtibus &c.

Et poſitiones & articulos pro parte ſibi in hmõi cauſa datos exhibitos & productos ac ſe & partem ſuam &c. ut proxime ſu. debita cum inſtantia poſtulauit. Ex aduerſo vero magiſter. N. procurator ibidem adhuc præſens & nomine quo ſupra procuratorio iudicialiter comparens ac poſitiones & articulos pro parte ſua in huiuſmodi cauſa datos exhibitos & productos ac ſe & partem ſuam etiam ad probandũ utſupra cum inſtan. poſtulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dictorum magiſtrorum N. & N. hincinde procuratorum inſtan. ſupradictos poſitiones & articulos pro dictis partibus reſpectiue in huiuſmodi cauſa datos exhibitos & pductos, ac eoſdem magiſtros. N. & N. procuratores hincinde inſtantes & petentes, parteſq́ ſuas ad probandum reſpectiue eoſdem extra Ro. cur. & in partibus. Saluo iure impertinentium &c. vtſupra proxime.

Procuratores hĩcinde obtinuerũt articulos hĩc inde datos ad pbandũ extra Ro. cu. admitti & remiſſion. decerni.

Et partis ſibi in huiuſmodi cauſa &c. Neq́ de iudice ſeu iudicibus corã

Procura. in cont.

obtinuit deputari iudicem corã quo &c.& locum loci in quo & terminũ infra quẽ remisſio debeat expediri & terminum ad reprobãdum.

Nomen iudicis coram quo.

Locus & locus loci in quo.

Terminus infra quem.

quo vel quibus & loco in quo & termino infra quem remisſio ſuperius vt præmittitur ad partes decreta & conceſſa in eiſdem partibus expediri debeat concordare curantis contumaciam accuſauit ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam venerabilem & circumſpectum virum dominum.N.pro iudice coram quo & ciuitatem.N.pro loco,ac.N.locum loci in quo elegit & nominauit. Quos ad hoc tanquam ſufficientes & idoneos pro huiuſmodi remisſionis expeditione deputari ordinari & asſignari.Necnon certum terminum infra quem remisſio huiuſmodi expediri debeat ſiue posſit ac vlteriorem terminum pro reprobation. teſtium pro parte ſua in partibus producendorum in euentum in quem pars ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa illos reprobare voluerit præfigi ſtatui & asſignari per dominum &c.poſtulauit.Memoratus tunc &c.contumacem.Et in eius cõtumaciam prænominatum dominum.N.pro iudice coram quo & dictam ciuitatem.N.pro loco,&.N.eadem pro loco loci in quo, Necnõ duorum menſium ſpatium pro termino infra quẽ ac ſingulos lunæ mercurii & veneris eorundem menſium dies infra quos remisſio huiuſmodi vt præmittitur ad partes decreta in eiſdem partibus expediri debeat & posſit,necnon tertium menſem pro reprobatione teſtium pro parte dicti.N.in partibus producendorum caſu quo pars aduerſa illos reprobare voluerit & ſimiles dies lunæ mercurij & veneris eiuſdem menſis deputandum duxit ordinandum & præfigendum,prout deputauit ordinauit pariter atque præfixit.

Procura. repetiit interrogatoria alias data ad includendũ rotulo remisſion.

Et omnia & ſingula interrogatoria pro teſtibus pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa & productis examinandis per eum ſeu pro eius parte data exhibita & producta.Inquantum tamen pro ſe parteq; ſua & contra partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam faciant,ſeu quomodolibet facere videãtur hic repetijt eaq; in rotulo remisſion.vna cum articulis pro eadem parte aduerſa datis exhibitis productis & extra Ro. ut præmittitur ad probandum admisſis includenda iuxta &.ſecundum quæ teſtes in partibus ſuper eiſdem articulis producendos examinari voluit & interrogari verbo ſolum & dumtaxat hic iudicialiter reproduxit.

Procurator dedit interrogatoria includẽda rotulo remisſion. facto.

Conſtitutus Romæ &c.Et nonnulla interrogatoria iuxta & ſecundum quæ teſtes in partibus ſuper poſitionibus & articulis pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa datis exhibitis & productis & extra Romanam curiam vt præmittitur ad probandum admisſis producendos & examinandos interrogari uoluit & examinari facto realiter & in ſcriptis & mihi pręſentis cauſæ notario atque ſcribæ prædicto exhibuit atque dedit proteſtans interrogans,interrogariq; volens aliasq; & alia faciens prout & quẽadmodum in interrogatoriis antedictis quæ vna cum poſitionibus & articulis præfatis in rotulo remisſionis prædictæ ſunt incluſa plenius continetur & habetur.

Procur. in cont. non dantis interrogatoria obtinuit ad uidendũ articulos includi rotulo remisſio.

Et partis &c. Neque aliqua interrogatoria iuxta & ſecundum quæ teſtes in partibus producendum & examinandum interrogari voluerit ſiue examinari dare ſiue exhibere curantis contumaciam accuſauit ipſamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eãdem partem aduerſam vlterius ad uidendum & audiendum poſitiones & articulos pro parte dicti

cti magist.N.procuratoris in huiusmodi causa datos exhibitos & productos extra Romanam cu.& ad partes ad probandum admissos rotulo remissionis ad partes decretæ vt moris est includi & pro incluso haberi. Vel dicendum &c.allegandum per aliquem ex domini nostri Papæ &c. citari mandari &c.postulauit.Memoratus &c.contumacem.Et in eius cõtumaciam citationem &c.

Et partis &c. Neque aliquos positiones & articulos pro parte sua in huiusmodi causa datos exhibitos & productos. Necnon extra Romanam curiam & ad partes ad probandum admissos rotulo remissionis vt præmittitur ad partes decretæ includi mandari & pro inclusis haberi videre seu audire curantis contumaciam accusauit,ipsamq́ contumacem reputari.Et in eius contumaciam positiones & articulos pro parte sua in huiusmodi causa datos exhibitos & productos extra Romanam curiam & ad partes ad probandum admissos rotulo remissionis antedictæ vt moris est includi mandari & pro sufficienter inclusis haberi per dominum &c.postulauit.Memoratus &c.contumacem.Et in eius contumaciam dictos positiones & articulos ad dicti magistri.N.procuratoris instantiam per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum rotulo remissionis huiusmodi includi ac rotulum claudi voluit iussitq́ pariter & mandauit habuitq́ & habere voluit eosdem pro sufficienter inclusis. Procurator in cont.obtinuit includi articulos rotulo remissionis & rotulũ claudi.

Et in supradicti magistri.N. procuratoris præsentia positiones & articulos &c.includi mandare & pro inclusis haberi per dominum &c.postulauit.Ex tunc dominus Auditor præfatus in dicti magistri.N. ex aduerso procuratoris præsentia omnes & singulos positiones & articulos pro parte ipsius magistri.N.procuratoris datos exhibitos & productos extra Romanam cu.& in partibus ad probandum admissos &c.ut supra. Procurator præsente ex aduerso procuratore obtinuit includi.

Ex aduerso vero magister. N. procurator ibidem adhuc præsens &c. inhærendo appellationi suæ alias per eum in huiusmodi causa interpositæ de grauamine & appellando solenniter protestatus fuit & protestabatur expresse. Ex aduerso procurator protestatus fuit de grauamine & appellando.

Et partis &c. Neque aliquem nuncium siue portitorem ad iurandum de fideliter præsentando rotulum remissionis una cum instrumento eiusdem iudici in partibus ad hoc deputato produci recipi iurare & ad iurandum admitti videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq́ contumacem reputari. Et in eius contumaciam discretum uirum.N.&c. ibidem præsentem & vt tanquam portitorem remissionis siue literarum remissorialium pro parte sua vt præfertur in huiusmodi causa extra Ro. cu.& ad partes decret. Necnon rotuli eiusdem remissionis vna cum omnibus & singulis ipsi rotulo includendum & inserendis ad iurandum de fideliter portando rotulum remissionis supradictum vna cum instrumenta eiusdem iudici in ea deputato exhibuit atque produxit.Quem ad hoc admitti eiusq́ solitum iuramentum recipi per dominum Auditorem &c. postulauit.Memoratus tunc dominus &c.contumacem . Et in eius cont. ad præfati magistri.N.procuratoris instan.supradictum.N.ibidem præsentem & astantem vt & tanquam portitorem remission.ac rotuli prædictorum ad iurandum de fideliter portando & præsentando literas re- Procura.in cont. produxit.N. portitorẽ qui per dominũ admissus tact. &c. iurauit de fideliter portando.

missionis & rotulum huiusmodi ac omnia & singula sibi ad portandum præsentandum danda & assignanda iudicibus quibus ipsæ literę dirigun tur seu eorum alteri more solito & consueto admittendum duxit & admisit. Qui dum sic admissus fuerat statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis ob hoc per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit, & dixit se rotulum remission. antedictæ & omnia & singula eidem rotulo inclusa & sibi ad portandum & præsentandum danda & assignanda una cum instrumento eiusdem iudici in partibus deputato fideliter ac legaliter portare ac eidem & nulli alteri præsentare velle nihil in eisdem mutando seu variando ac omni dolo & fraude in præmissis postpositis penitus & semotis. Quo facto D. Auditor præfatus ad prælibati magistri. N. procuratoris instantiam vlteriorem dicto. N. portitori siue nuncio præsenti astanti & iudicialiter comparenti rotulum remission. supradictum clausum & sigillatum una cum instrumento eiusdem ad fideliter portandum & iudici in partibus deputato realiter assignandum tradidit & assignauit. Vel per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum tradi voluit atque mandauit. Quem quidē rotulum vna cum instrumento remission. huiusmodi præfatus. N. portitor ad se de ipsius domini Auditoris manibus recepit, illumq; iudici supradicto fideliter & legaliter portare medio eius &c. ut præmittitur præstito iuramento dixit atque promisit.

Iuramentū portitoris.

Ex tūc dominus dedit portitori rotulū remissio. clausum &c.

Et supradicto magistro. N. procuratore præsente audiente & ut apparuit intelligen. discretum uirum. N. ibidem præsentem ut & tanquam portitorem remission. & c. postulauit. Quem quidem portitorem ibidem præsentem & astantem &c. vt su. more solito & consueto in præfati. N. ex aduerso procuratoris pręsentia admittendum duxit & admisit. Qui dum sic admissus fuerat &c. vt supra.

Procur. pñte ex aduerso procuratore ꝑduxit portitorem qui per dominū admissus tact. &c. iurauit de fideliter portando.

Die veneris &c. Ego. N. præsentis causæ notarius atque scriba prædictus ex mandato & commisiione domini Auditoris pręfati mihi alias desuper factis literas remission. supradictas ac rotulum eiusdē circum circa clausum. Et sigillo dicti domini Auditoris appenden. sigillatum ac omnia & singula eodem rotulo inclusa & inserta supradicto. N. nuncio siue portitori ad hoc vt præmittitur deputato ad fideliter & legalitet portandum & præsentandum iudicibus, quibus ipse literæ diriguntur, aut eorum alteri facto realiter & in scriptis exhibui, dedi & assignaui. Præsentibus &c.

Ego notarius tradidi portitori remissionē vna cū rotulo eius facto pręsentibus sociis testibus.

Et præfatum. N. portitorem vt & tanquam notarium ad examinandum vna cum iudice remission. in instrumento eiusdem deputato testes in partibus producendos deputari per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad prælibati magistri. N. procuratoris instantiam supradictum. N. portitorem vt & tanquam notarium ad examinandum testes antedictos ac omnia & singula in registro remissionis supradictæ conscribenda occurrerint vna cum iudice remission. supradictæ deputandum duxit atque deputauit. Recepto nihilominus a dicto N. notario iuramento tactis ob hoc per eum corporaliter scripturis sacro sanctis ad sancta Dei euangelia pręstito de fideliter & legaliter examinando & conscribendo. Super quibus idem magister. N. procurator ibidem

Procurator obtinuit portitorem deputari in notarium remission. qui tact. &c. iurauit.

adhuc

adhuc præsens &c. sibi a me præsentis causæ notario atque scriba prædicto vnum uel plura publicum seu publica fieri atque confici petiit instrumentum & instrumenta. Præsentibus &c.

Et partis &c. Neque remission. alias per dominum auditorem præfatum ad partes decretam & in eisdem partibus executam una cum eiusdem remissionis rotulo. Necnon acta actitata aliaq; iura munimenta in dictis partibus in vim remissionis antedictæ & literarum compulsorialium pro parte dicti magistri. N. procuratoris ut præmittitur in huiusmodi causa decretarum extracta & habita ac facta reportari & produci. Neque etiam nuncium siue portitorem huiusmodi actorum cæterorumq; iurium & munimentorum, ad iurandum eadem acta actitata in partibus habita per ipsum in iudicio producenda fideliter & legaliter ab ipso iudice & commissario alias pro huiusmodi remissionis expeditione deputato in dictis partibus recepisse & ad Rom. cu. reportasse produci, recipi, & iurare, & ad iurandum admitti videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam discretum virum. N. supradictæ remissionis, Necnon actorum actitatorum cæterorumq; iurium & munimentorum in partibus extractorum habitorum & factorum huiusmodi portitorem siue nuncium per iudicem in dictis partibus deputatum ad producendum huiusmodi iura. Necnon ad iurandum se fideliter & legaliter ab ipso iudice in partibus deputato recepisse & ad dictam Rom. cu. reportasse exhibuit atque produxit. Quem ad hoc admitti eiusq; solitum iuramentum recipi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad præfati magistri. N. procuratoris instantiam dictum. N. portitorem ibidem præsentem & astantem ad reproducendum remissionem ac iura & munimenta supradicta. Necnon ad iurandum se ea fideliter & legaliter a dicto iudice in partibus pro huiusmodi remissione expedienda & exequenda deputato recepisse & ad Rom. cu. præfatam reportasse admittendum duxit & admisit. Qui dum sic vt præmittitur admissus fuerat statim & incontinenti quoddam executionis ipsius remission alias ad partes decretæ instrumentum publicum signo & subscriptione discreti viri. N. publici Apostolica & Imperiali auctoritatibus notarij vt prima facie apparebat signatum & subscriptum ac ipsam remissionem clausam & signatam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus idem. N. portitor ad ipsius domini Auditoris mandatum, Et in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit, & dixit se supradictam remissionem clausam vt præmittitur & signatam vna cum eius executionis instrumento sibi in partibus per D. N. iudicem eiusdem remissionis executorem deputatum datam & traditam recepisse & ad dictam Ro. cu. reportasse omni dolo & fraude in præmissis postpositis penitus & semotis.

Et partis &c. Neque aliquos testes in huiusmodi causa produci recipi, iurare, & ad iurandum admitti de perhibendo testimoniũ in huiusmodi causa veritati, de & super recognitione sigilli dictæ remissioni appensi.

Procurator in cõtu. obtinuit admitti. N. ad reproducẽdum remission. &c. de partibus qui admissus reproduxit instr̃m remission. & rotulum eiusdẽ clausum facto & tact. &c. iurauit se fideliter portasse.

Nomen portitoris.

Iuramentũ portito.

Procur. in cõt. ꝑduxit duos testes sup recognition. sigilli remission.

Neque eandem remissionem postquam recognita fuerit aperiri & pro aperta haberi videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. duos testes videlicet. N. &. N. ibidem præsentes & astantes, & vt tanquam testes ad iurãdum de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, de & super recognitione sigilli dictæ remissioni appensi exhibuit dedit atq; produxit. Quos ad hoc sub excõmunicationis pœna cogi & compelli &c. vtsupra de sumpto producendo in omnibus similiter mutatis mutandis.

Nomina testiũ.

Constitutus Romæ &c. coram domino portitor iuratus per iudicem remission. in partibus deputatus præfatam remissionem clausam & sigillatam præfato domino Auditori facto realiter & in scriptis tradidit & assignauit, iurans nihilominus ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurauit, & dixit se huiusmodi remissionem fideliter de partibus ad hanc Ro. cu. reportasse.

Portitor præsentauit remissioné clausam & sigillatã facto iurans se fideliter portasse.

DE INTERPRETE.

ET partis &c. Nec aliquem interpretem in hac causa produci, recipi, iurare, & ad iurandum admitti uidere seu audire curantis contumaciã accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius cont. honorabilem uirum dominum. N. clericum. N. diœce. ut & tanquam interpretem ad iurandum de fideliter certa iura & munimenta in uulgari Hyspanico scripta alias apud acta causæ huiusmodi pro parte sua superius vt præmittitur data exhibita & producta de dicto uulgari in Latinum transferenda exhibuit atque produxit. Quem ad hoc ordinari & deputari eiusq; solitum iuramentum recipi per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instan. supradictum dominum. N. ibidem præsentem astantem & ut apparuit intelligentem ut & tanquam interpretem ad iurandum de fideliter & legaliter interpretando supradicta iura & munimenta de uulgari Hyspanico in latinum transferendum ordinandum duxit & deputandum prout ordinauit & deputauit. Qui dum sic per dominum Auditorem præfatum deputatus fuerat statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini Auditoris & in eius manibus tactis &c. dixit se uelle huiusmodi iura & munimenta de uulgari Hyspanico in Latinum fideliter & legaliter iuxta discretionem sibi a domino Deo traditam transferre & interpretari nil addendo uel remouendo quod facti substantiam mutet siue uariet intellectum prece precio, amore, fauore, ira, inuidia, &c. & semotis.

Procur. in cont. produxit. N. interpret. qui compulsus tactis &c. iurauit de fideliter interpretãdo cui dominus mãdauit tradi iura. Nomen interpretis.

Iuramentum interpretis.

Et unum interpretem uidelicet honorabilem uirum dominum. N. ut & tanquam interpretem ad iurandum de fideliter interpretando certa iura ac munimenta in uulgari Alamanico scripta & superius apud acta causæ huiusmodi pro parte magistri. N. procuratoris data exhibita & producta. (Vel dicta siue attestationes nonnullorum testium in huiusmodi causa pro parte &c.) exhibitorum & productorum in uulgari Alamanico scripta de huiusmodi uulgari in Latinum transferendum exhibuit atque produxit.

duxit. Quem ad hoc sub excommunicationis pœna cogi & compelli ac deputari & ordinari eiusq; solitum iuramentum recipi per dominū Episcopum iudicem & commissarium præfatum debita cum instantia postulauit.

Ex aduerso vero magister. N. comparens se dictum. N. habere suspectum & quod dominus Auditor præfatus aliquem alium pro interprete deputari allegando dixit & allegauit. Memoratus tunc dominus Auditor ad dicti. N. procuratoris instan. supradicti. N. ibidem præsentis & vt infra.

Ex aduerso pcurator dixit ut hic

Subsequenter vero dominus Auditor præfatus ad vlteriorem dicti magistri. N. procuratoris instan. prædicta iura & munimenta videlicet N. ad interpretandum vt præmittitur per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum præfato domino. N. interpreti deputato & iurato tradi voluit iussitq; pariter & mandauit. Ex tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus supradicta iura & munimenta præfato domino. N. interpreti ad effectum prædictum de mandato domini Auditoris præfati mihi super hoc facto tradidi & dedi realiter & assignaui.

Ex tunc dñs mādauit tradi iura interpreti.

Romæ in domo &c. & coram me personaliter constitutus dominus N. interpres alias pro parte dicti. N. principalis in huiusmodi causa productus admissus iuratus & deputatus, Cui ego præsentis causæ nota. atque scriba prædictus iura & munimenta videlicet. N. &. N. pro parte dicti. N. principalis data exhibita & producta, ac per dictum. N. interpretem iurat. interpretanda iuxta & secundum mandat. d. Audit. præfati mihi desuper factum realiter & cum effectu.

Cōstitutus in domo. N. interpres iuratus cui ego notarius tradidi iura ad interpretandum.

Et partis &c. Neque aliquem interpretem &c. vt supra recipi de fideliter interpretando dicta & attestationes testium in hac causa pro pare sua productorum de vulgari. N. in latinum transferendo exhibuit atque produxit quem ad hoc &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius cont. &c. de fideliter & legaliter interpretando dicta & attestationes testium huiusmodi de vulgari. N. in latinum transferendum deputauit. Qui dum sic &c. dixit se velle dicta & attestationes testium de vulgari in latinum fideliter & legaliter &c.

Procur. in cont. partis aduersæ produxit vnum interpret. qui admissus iurauit tact. de fideliter interpretādo dicta attestation. test. &c.

Et. N. ex aduerso procuratore ibidem præsente astan. audien. & vt apparuit intelligen. vnum interpret. &c. exhibuit atque produxit quem ad hoc admitti ordinari & deputari &c. postulauit. Memoratus tunc dñs auditor ad dicti. N. proc. instrumentū & supradict. N. &c. in latinum transferendum in dicti magistri. N. ex aduerso procuratoris præsentia admittendum duxit & admisit, ipsumq; ad hoc ordinauit & deputauit. Qui dū sic per dominum auditorem præfatum admissus fuerat &c. vt supra.

Procur. præsente ex aduerso procuratore producit vnum interpretē qui admissus tac. iurauit &c.

Comparuerunt &c. magistri. N. &. N. &c. Et honorabilem virum dominum. N. præsentem & astantem & vt tanquam interpretem ad interessendum interpretationi iurium & munimentorum prædictorum vna cum domino. N. alias pro interprete deputato & iurato exhibuerunt & produxerunt quem ad hoc deputari per dominum &c. postularunt. Memoratus tunc dominus auditor dictum dominum. N. vt præmittitur

Procuratores hīc inde obtinuerūt deputari. N. ad interessendū interpretationi.

præſentem & aſtan.ad intereſſendum interpretationi prædictæ vna cum dicto domino.N.alias pro interprete deputato & iurato ſi commode intereſſe poterit ad dictorum magiſtrorum.N.&.N. hincinde procuratorũ inſtan.& de ipſorum conſenſu & deputandum duxit & deputauit. Et nihilominus dictus dominus.N. interpres huiuſmodi iura ſibi ad interpretandum tradita interpretatus fuerit habeat reuidere an ſint bene vel male interpretata ordinandum duxit,& ordinauit.

Interpres ꝓ parte.N.iurat.reportauitiura interp̃tata cum originalibus facto & tactis &c. iurauit ſe fideliter interpretatum fuiſſe.

Et iura & munimenta originalia in vulgari Alamanico ſcripta alias in huiuſmodi cauſa producta ſibi ad interpretandum de vulgari Alamanico vel Hiſpanico in Latinum tradita vna cum interpretatis per eum facto realiter & in ſcript.&c.reportauit. Et nihilominus in mei præſentis cauſæ notarij atque ſcribæ prædicti manibus ad mandatum ipſius domini auditoris tact. per eum ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia iurauit,& dixit ſe huiuſmodi iura & munimenta in vulgari Alamanico vel Hiſpanico ſcripta de dicto vulgari in latinum iuxta eorum uerum tenorem fideliter interpretatum fuiſſe nil' addito neque diminuto, quod facti ſubſtantiam immutet ſiue variet intellectum.

DE RESTITVTIONE IVRIVM.

Procur. in cont. obtinuit ſibi reſtitui mandat.generale eo quod in alia cauſa indigeat cũ iuramento quod malitioſe nõ petat & de reproducẽdo toties quoties &c. præſentibus.

ET partis ſibi &c.non comparentis neque iura & munimenta alias pro parte in huiuſmodi cauſa data exhibita & product.videlicet quoddam mandatum generale extendens ſe ad alias plures cauſas principalis ſui reſtitui mandari videre ſeu audire.Neque aliquam cauſam &c .allegare curant.&c.accuſauit &c.reputari. Et in eius cont. dictum mandatum generale ſibi reſtitui mandari per dominum auditorem præfatum &c. poſtulauit.Memoratus &c.contumacem &c.Et in eius cont.recepto primitus a dicto magiſtro.N.procuratore ad mandatum ipſius domini auditoris:Et in eius manibus tact. per eum ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia præſtito iuramento,quod huiuſmodi reſtitutionem iurium & munimentorum ſeu mandati malitioſe non petierit.Et de reproducendo & reportando eadem iura & munimenta ſiue mandat. apud acta cauſæ huiuſmodi toties quoties ad hoc legitime requiſitus fuerit eidem magiſtro.N.procuratori inſtan.& peten.& iuramentum huiuſmodi præſtan.copia tamen &c.auſcultata & collationata retent.& eiſdem iuribus prius apud acta cauſæ regiſtratis &c. vtſupra reſtitui voluit, atque mandauit præſentibus &c.

Procurator præſtito iuramento vt hic obtinuit ſibi reſtitui iura.

Et ſibi iura & munimenta alias pro parte ſua in huiuſmodi cauſa data exhibita & producta per me præſentis cauſæ notariũ atq; ſcribam prædictum reſtitui mandari per dñm &c.poſtulauit . Quæ quidẽ iura & munimenta dñs auditor memoratus recepto primitus a dicto magiſtro.N.procuratore ad mãdatum ipſius dñi auditoris & in eius manibus tact. per eũ ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia præſtito iuramento ꝙ hmõi reſtitutionem iurium & munimentornm malitioſe non peteret.Sed propter receſſum ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi noſtri dñi.N. Papæ. N. & uiarum pericula eidem magiſtro.N. procuratori

instan.& peten.per me præsentis causæ notariũ atq; scribam prædictũ restitui voluit,iussitq; pariter & mandauit. Ex tunc ego præsent.causæ notarius atq; scriba prædictus præfata iura & munimenta eidem magistro. N. procuratori instan.& peten.de mandato ipsius domini auditoris mihi desuper vt præmittitur facto restitui,tradidi realiter & assignaui.

Procurator obtinuit sibi restitui iura ipsis prius registratis & recepta promissione de reproducẽdo illa si opus fuerit

Et qualiter scripturis siue iuribus alias pro verification. appellation.per eum datæ exhibitæ & productæ essent connexæ certæ scripturæ causam huiusmodi non tangentes quibus alibi indigere allegando dixit & allegauit. Qua propter huiusmodi scripturas sibi per me &c. restitui mandari per dominum &c.postulauit. Quas quidem scripturas siue iura dominus auditor præfatus dicto. N.procuratori instan. & peten. ipsis primitus aut acta causæ huiusmodi registratis ac recepta promission. ab eodem magistro .N.procuratore q̃ si pars aduersa huiusmodi scripturas originales impugnare vellet atque deberet ipse tunc easdem coram dicto domino auditore reproducere velle per me præsentis &c. tradi & restitui voluit. Quas quidẽ scripturas &c.ipsis tamen primitus registratis de mandato domini auditoris restitui,tradidi,& assignaui.

Procur.obtinuit sibi restitui bullã surrogation. retenta copia auscultata.

Et sibi bullam surrogation. vel mandati de surrogando per ipsum vt præmittitur superius in huiusmodi causa exhibitam atque productã per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum restitui mandari per dominum &c.postulauit.Et tunc dominus auditor præfatus huiusmodi bullam surrogation. seu mandati de sorrogando prælibato domino.N.principali instan.& peten. Copia tamen eiusdem bullæ cum origili de verbo ad verbum per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum fideliter auscultata & collationata retenta ac eadem bulla prius apud acta præsentis causæ registrata per me eundem notariũ atque scribam restitui voluit,atque mandauit.

Constitutus in domo.N.procur.cui ego not.restitui iura &c.

Romæ in domo &c. coram me &c. constitutus magister. N. procurator & sibi iura &c.iuxta commissionem & mandat.domini auditoris præfati mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto desuper factam restitui per me instanter postulauit. Ex tunc ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus de præfati domini Auditoris mandato & commissione mihi desuper factis præfata iura.N.&.N. ipsis tamen registrat. Necnon copijs eorundem fideliter per me collationatis retentis restituendum duxi pariter & restitui.

DE PROCEDENDO PROVT DE IVRE.

Procurator ĩ cõtu. nõ proceden. prout de iura primo &c. obtinuit ad idẽ scđo vel tertio uel quarto &c. ad.1.diem.

ET partis sibi &c. Neque in causa & causis huiusmodi procedere prout de iure fuerit procedendum aut ex aduerso procedi: vel se & partem suam ab instan.iudicii & obseruatione terminorum de more stilo & consuetudine sacri palatij apostolici causarum obseruari solitorum absolui videre seu audire: Neque aliquam causam rationabilem &c. allegare curant.primo pro prima dilatione. Vel secundo pro secũda dilatione:uel tertio pro tertia dilatione:vel quarto pro quarta dilatione & ex superabun-

danti contumaciam accuſauit,ipſamq́ cont.reputari.Et in eius contumaciam eandem partem aduerſam vlterius ad idem ſecundo pro ſecunda dilatione:vel tertio vel quarto &c.per aliquem domini noſtri Papæ curſorem citari mandari &c.vt ſupra in citatione cum contumacia.

Procura.in cont. non proceden.p̄ ut de iure quarto petiit partem ſuā abſolui ab īſtan. iudicij.

Et partis &c.Neq́ in cauſa & cauſis huiuſmodi &c.quarto & pro quarta dilation.contumaciam accuſauit ipſamq́ contumacem reputari . Et in eius contumaciam ſe & partem ſuam ante dictam ab inſtan.iudicij & obſeruatione terminorum de more ſtilo & conſuetudine dicti ſacri palatij apoſtolici cauſarum ſeruari ſolitorum abſolui dictamq́ parte aduerſam in expenſis pro parte ſua prædicta in huiuſmodi cauſa habitis & factis cō demnari per dominum &c.poſtulauit.Memoratus &c.contumacem.

DE SVRROGATIONE.

Comparuit.N.& produxit literas ſurrogationis facto & obtinuit ſe ſurrogari & proceſſum deſuper ī forma decerni p̄ ſentibus &c.

DIe &c. Comparuit. N. Et quandam bullam ſurrogation. ſiue literas apoſtolicas continen.in ſe mandatum de ſurrogando ipſum dominum.N.in omni iure & ad omne ius quod olim ſupradicto domino.N. principali in dictis canonicatu & præben.eccleſiæ &c. ſuper quibus hactenus lis vertebatur & vertitur de pręſenti ante tempus & tempore ceſſion. ſuæ vnde in ipſis literis apoſtolicis fit mentio quomodolibet competebat ſeu competere poterat facto realiter &c.produxit & præſentauit.Et nihilo minus eundem dominum.N.in omni iure & ad omne ius quod dicto.N. alias in huiuſmodi cauſa principali in eiſdem canonicatu & præben.tempore ceſſion.ſuæ de illis factæ:vnde in dictis literis apoſtolicis fit mentio competebat ſeu competere poterat ſurrogari, ipſumq́ ad illud necnon illius ac lit. & cauſæ proſecution. & defenſion. in eo ſtatu in quo præfatus. N.tempore ceſſion.huiuſmodi erat & ſi illam non feciſſet potuiſſet & debuiſſet admitti iuxta & ſecundum dictarum literarum apoſtolicarum de ſuper præſentatarum vim,formam,& tenorem.Necnon proceſſus ſurrogationis deſuper neceſſarios & opportun.cum intimatione literarum apoſtolicarum ſurrogatoriarum huiuſmodi extra Ro.Cu.& ad partes in forma ſolita & conſueta decerni & concedi per dominum &c.poſtulauit.Memoratus tūc dominus auditor receptis literis apoſtolicis & information. ante dictis præfatum D. N. in omni iure & ad omne ius quod præfato. N.olim in huiuſmodi cauſa principali in dictis canonicatu & præben.tēpore ceſſion.eiuſdem.N.de illis prout in ipſis literis apoſtolicis deducitur factæ quomodolibet competebat ſeu competere poterat ſurrogandum duxit & ſurrogauit.Necnon eundem.N.id humiliter peten.& ad id necnon illius litis & cauſæ huiuſmodi proſecution.& defenſion. in eo ſtatu quo dictus.N. tempore ceſſion. huiuſmodi erat & ſi illam non feciſſet potuiſſet & debuiſſet admitti dummodo in illis intruſus non fuerit admittendum duxit & admiſit:necnō proceſſus ſurrogation.huiuſmodi deſuper opportun.cum intimatione dictarum literarum apoſtolicarum antedicto domino.N.principali vt præfertur inſtan.& peten. decreuit atque conceſſit. Eaſq́ prout decretæ & conceſſæ extiterunt per me præſentis cauſæ notarium atque ſcribam prædictum in notam recipi , & exinde fieri ſubſcribi

& publi-

& publicari, & in publicam formam redigi, ſignoq́ & nomine meis ſolitis & conſuetis vna cum appenſion. ſigilli eiuſdem domini Auditoris communiri voluit atque mandauit, prout & quemadmodum in quodam processuum ſurrogatoriarum vna cũ intimatione literarum apoſtolicarum prædictarum publico inſtrumento per me præſentis cauſæ notarium atque ſcribam prædictum in notam recepto & exinde confecto ſubſcripto & in formam publicam redacto, ſignoq́ & nomine meis ſolitis & conſuetis vna cum appenſion. ſigilli eiuſdem domini Auditoris roborato, & inferius apud acta cauſæ huiuſmodi regiſtrato plenius continetur & habetur. Præſentibus &c.

Et literas intimation. ſurrogation. alias pro ipſo extra Romanã cu. & ad partes decretas & conceſſas prout ſunt in actis cauſæ huiuſmodi hic repetijt. Et nihilominus præfatum. N. omnesq́ alios & ſingulos &c.

Prĩcipalis ad docendum de non intruſion. produxit. ii. teſtes qui cõpulſi iurarunt.

ANno a natiuitate domini Millesimo quingentesimo trigesimo septimo Indictione decima, die uero. N. mensis Iulii Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertii anno tertio, Reuerendissimus in Christo pater & dominus dominus Alexander de Farnesio miseratione diuina sancti Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarius, De mandato prælibati sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertii. viuæ vocis oraculo desuper facto vacationes, siue ferias generales iuxta laudabilem hactenus obseruatam consuetudinem indicendum dixit, & indixit omnibus & singulis Reuerendissimis in Christo patribus & dominis dominis eiusdem sacrosanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalibus: Necnon Reuerendis patribus dominis sacri palatii Apostolici causarum & audientiæ publicæ literarum contradictarum curiæq; causarum cameræ Apostolicæ auditoribus, Cæterisq; dominis iudicibus & commissariis in Rom. cu. ad causas audiendũ deputatis quã in etiam de putandis intimauit, insinuauit, & notificauit quatenus a die hodierna exclusiue usque ad Kal. Octobris proxime sequen. etiam exclusiue in quibuscunque causis coram eis quomodolibet penden. & ex nunc in antea introducendum omnino supersedere & de illis nullatenus intromittere interim debeant siue possint, nisi ex eiusdem domini nostri Papæ licentia siue commission. speciali vel partium causas ipsas in eadem curia prosequen. aut procuratorum ad id sufficientia mandata habentium consensu, prout & quemadmodum in quadam intimationis indiction. vacation. papyri cedula sigilli dicti Reuerendissimi domini Vicecancellarii impressione munita. & per Franciscum Bachodi secretarium suum subscripta (vel sic & per secretarium suum subscripta) valuis & portis cancellariæ Apostolicæ necnon audientie causarum aliisq; locis publicis in vrbe Ro. quibus huiusmodi cedulæ affigi & publicari solent publice affixa. Cuius tenor inferius est insertus plenius cõtinetur & habetur.

Tenor intimation. indiction. vacationum siue feriarum generalium papyri cedulæ vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

ALexander de Farnesio miseratione diuina. S. Laurentii in Damaso diaconus Cardinalis sacrosanctæ Roman. ecclesiæ Vicecancellarius. Cædula indictionis vacationum. De mandato sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ iii. viuæ vocis oraculo nobis facto, indicimus tenore præsentium vacationes siue ferias generales prout hactenus ex laudabili consuetudine extitit obseruatum, Notificantes omnibus & singulis Reuerendissimis in Christo patribus & dominis dominis eiusdem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus: Necnon Reuerendis patribus & dominis dominis sacri palatii Apostolici & audientiæ literarum contradictarum curiæq; causarum cameræ Apostolicæ auditoribus, cæterisq; iudicibus & commissariis in Rom. cu. ad causas audiendum deputatis quã in etiam deputandis. Quatenus a die datæ præsentium exclusiue

usque ad Kal.Octobris proxime sequen.similiter exclusiue in quibuscunque causis coram ipsis introductis & introducendis omnino supersedere debeant. Nisi ex eiusdem domini nostri Papæ licentia siue commissione speciali vel partium causas ipsas in eadem curia prosequen. aut procuratorum ad id sufficientia mandata habentium consensu. In cuius rei testimonium hanc præsentem cedulam fieri nostriq; sigilli fecimus impression. muniri ac locis solitis & consuetis affigi. Datum Romæ in domibus nostræ solitæ residen. Sub anno a natiuitate domini Millesimo quingentesimo trigesimoseptimo, Indictione decima, die uero. N. mensis Iulii. Pontificatus eiusdé sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ iii. Anno Tertio.

Franciscus Bachodi de mandato subscripsit.

LECTÆ FVERVNT CONSTITVTIONES.

ANno &c.quibus supra die vero. N. mensis. N. Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum Apostolico in quo iura reddi solent mane hora audien.causarum consueta iuxta & secundum laudabilem curiæ Ro. hactenus obseruatam consuetudinem summorum pontificum Constitutiones Reuerendis patribus dominis sacri palatii Apostolici causarū auditoribus cæterisq; pluribus curialibus ibidem præsentibus & audientibus per vnum ex dicti palatii Apostolici causarum notariis videlicet. N. coram Reuerendo patre domino. N. scribam lectæ pariter & publicatæ fuerunt. si eadem die resumuntur causæ sic continua, Quibus quidem cōstitutionibus Rotæ sic vt præmittitur lectis & publicatis, Reuerendus pater &c. vt infra.

DE RESVMPTIONE CAVSARVM.

Resumptio causarum post vacation. indictioné.

DIe &c. Reuerendus pater dominus Auditor antedictus Romæ apud &c. sedés causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas beneficiales ciuiles matrimoniales criminales prophanas & mixtas aliasq; quascunque sibi quarumcunque commissionum tam generalium quam specialium vigore commissas in eo statu in quo vltimo ante suspensionem audientiæ causarum & indictionem vacationum siue feriarum generalium (vel prorogationem) indecisę remanserunt suo ex officio generaliter resumédum duxit atque resumpsit habuitq; & haberi voluit easdem pro sufficienter resumptis. Præsentibus &c.

Auditor resumit causas post reditum.

Vel sic. Reuerendus pater &c. vsque vigore quam etiam quibuscunque dominus eiusdem palatii causarum coauditoribus propter ipsius a Roma. cu. absentiam & recessum in eius locum surrogatis in eo statu &c. vt supra.

Die &c. Reuerendus pater dominus. N. Auditor præfatus Romę apud sanctum Petrum &c. sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas Reuerendo patri domino. N. antedicto quarūcunque commissionum vigore commissas atque coram eo ante suum a Roman. cu.

recessum indeci.penden.remanserunt iuxta commission. sibi desuper factæ & præsentatæ vim formam continentiam & tenorem resumendum duxit & resumpsit, habuitq; & haberi voluit easdem pro sufficienter resumptis.

Resumptio causarum per eundem dominum Auditorem post eius reditum.

Die &c. Reuerēdus pater dominus. N. Auditor antedictus Romę apud &c. sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas reuerendo patri domino. N. Auditori surrogato propter ipsius domini Auditoris a Ro.cu. recessum generaliter cōmissas ac coram eo indecisę penden. in eo statu in quo coram dicto domino. N. Auditore remanserunt suo ex officio resumendum duxit atque resumpsit, habuitq; & habere voluit easdem pro sufficienter resumptis. Præsentibus &c.

Vel sic, Auditor reuersus de balneo ad Ro.cu. Romę &c. sedens omnes &c. quascunque alias quas idem dominus. N. Auditor ante eius recessum a Romana curia audire cōsueuit & sibi quarumcunque cōmissionū vigore fuerint commissæ & quas vltimo venerabilis &c. dominus. N. Auditor præfatus propter eius absentiam vigore cuiusdam generalis cōmissionis audiuit in eo statu in quo tunc coram præfato domino Auditore indecisæ remanserunt suo ex officio duxit generaliter resumendum.

Vel sic. In eo statu in quo vltimo coram domino. N. Auditore præfato tempore in quo incidit infirmitatem sui corporis prædictam remanserunt &c.

Omnes & singulas causas &c. commissas & propter sui infirmitatem vel absentiam a Ro.cu. quibuscunque dominis sacri palatii Apostolici causarum auditoribus commissas in eo statu in quo vltimo coram eisdem indecisas remanserunt &c.

Comparuit &c. Magister. N. procurator &c. Et patris sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, Neque causam præsentem in eo statu in quo vltimo coram Reuerendo patre domino. N. Auditore ante remissionem eiusdem ad cancellariam Apostolicam remanserant resumi videre curantis contumaciam accusauit. Et in eius contumaciam causam huiusmodi in eo statu in quo coram dicto domino. N. Auditore ante remissionem eiusdem ad cancellariam Apostolicam remanserāt resumi & pro resumpta haberi per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam causam huiusmodi in eo statu in quo vltimo coram dicto domino. N. Auditore ante remissionem eiusdem ad cancellariam Apostolicam remanserant iuxta & secundum præfatæ ipsi domino Auditori factæ & præsentatæ commissionis vim, formam & tenorem resumendum duxit atque resumpsit habuit & haberi voluit eandem pro sufficienter resumpta. Præsentibus &c.

Comparuit magist. N. procurator & in cōtumaciā petiit & obtinuit resumi causam secundū formā commissionis. Præsentibus &c.

Post cuius quidem generalis commission. siue supplication. cedulæ pręsentationem dominus Auditor surrogatus præfatus Romæ ibidem adhuc præsens prout vbi supra loco & hora præallegatis ad iura reddendū & causas audiendum pro tribunali sedens causam & causas huiusmodi. Necnon omnes & singulas causas dictæ generalis commissionis vigore commissas in eo statu in quo coram præfato domino. N. Auditore ante ipsius corporis debilitatem vel ante eius a Rom.cu. recessum inde-

Resumptio causarnm post præsentationem cōmissionis generalis.

cise remanserunt vsque ad eius reconualescentiam vel reditum, in quibus ego præsentis causæ notarius atque scriba prædictus ad scribendum deputatus fueram suo ex officio generaliter resumendas duxit atque resumpsit, habuitq́, & habere voluit easdem pro resumptis. Præsentibus ibidem &c.

OBITVS CLEMENTIS PAPÆ VII.

DIe Veneris vigesimaquinta supradicti mensis septembris fœlicis recordationis dominus Clemẽs Papa septimus Romæ in palatio Apostolico a quadã ægritudine detẽtus, sicut Domino placuit rebus fuit humanis exemptus, vel sic, diem vitæ suæ clausit extremum Romæ in vaticano in basilica principis Apostolorum de Vrbe & in capella beatæ Mariæ Virginis iuxta fœ.re. Leonis decimi prædecessoris sui sepulchrum deuote sepultus. Et sic Apostolica sede vacante iuxta ritum & consuetudinem antiquitus approbatam & obseruatam ab illa die citra donec & quousque processum fuisset ad electionem assumptionem consecrationem & confirmationem alterius noui pontificis tam propter vacantias quàm vacation. alias indictas non fuit tenta audientia causarum apostolica. Neque &c.

INTROITVS CARDINALIVM IN CONCLAVE.

DIe Dominica vndecima mensis Octobris Reuerendissimi in Christo patres & domini domini sacrosanctæ Ro. ecclesiæ Cardinales in vnum pro election. summi pontificis futura facienda post officium diuinum in ecclesia Dei peractum Conclaue quod in palatio sancti Petri in maiori capella factum fuerat intrauerunt, & quilibet eorum intrauit.

ELECTIO PAVLI PAPÆ III.

ANno &c. die martis decima. iii. mensis octobris Reuerendissimus in Christo pater & dominus dominus Alexander Episcopus Ostien. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis de Farnesio vulgariter nuncupatus, Romæ in Conclaui in dicto palatio apostolico apud sanctum Petrũ sito per Reuerendissimos in Christo patres & dominos dominos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, in supradicto palatio Apostolico ac Conclaui pro election. summi pontificis celebranda inibi existen. sancti spiritus infusione afflan. nemine discrepante, nulloq́ contradicente cõcorditer & vnanimiter ad summi apostolatus apicem rite & legitime electus extitit & assumptus. Necnon dominus Paulus Papa tertius diuina prouidentia nuncupatus atque honorifice vt decuit de dicto palatio ad basilicam principis apostolorum de vrbe ductus inibiq́ ad altare maius eiusdem cum cantico, Te deum laudamus maxima cum letitia & solennitate positus & intronisatus, Quare &c.

CORONA-

CORONATIO PAVLI PAPÆ III.

DIe vero martis tertia mensis Nouembris sanctissimus in Christo pater & dominus Paulus diuina ꝓuidentia Papa tertius ad summi apostolatus apicem assumptus, per Reuerendissimos in Christo patres & dominos dominos sacrosanctæ Roman. ecclesiæ Cardinales Romæ in basilica principis apostolorum Sancti Petri de vrbe diuino officio & missæ solennitatibus in talibus fieri solitis & adhibitis fuit cornatus & iniunctus. Deinde in quodam eminenti loco adhoc aptato ante porticum & introitum videlicet supra scalam marmoream dictæ ecclesiæ siue basilicę sancti Petri in quo quidem extiterat factum ac constructum quoddam tabernaculum siue ædificium eleuatum pro dicti domini nostri domini Pauli Papæ tertij coronatione perpetranda & agenda per Reuerendissimum in Christo patrem & dominum dominum Innocentium miseratione diuina sanctæ Mariæ in dominica sacrosanctæ Ro.ec. diaconum Card.de cibo vulgariter nuncupatum in cæterorum dñorum Cardinalium Archiepiscoporum Episcoporum Prælatorum cleriq; atq; populi præsentia extitit honorifice atque solenniter vt decuit ac summo pontifici & spirituali dignitati congruit triplici diademate & corona coronatus.

Aliquando continuabimur sic. Insuper vero statim & incontinenti ante horam prandij eiusdem diei huiusmodi diademate capiti suo imposito solennissime cũ maximis & mirificis triumphis honestate reuerẽtia honoreq; decentibus per Reuerẽdissimos atq; reuerẽdos in Christo patres &dominos sacrosanctæ Ro.ec.Cardinales Patriarchas Archiepiscopos Episcopos Abbates Prothonatorios cum albis mitris pluuialibus:Necnon magnificos generosos & nobiles viros dominos principes comites marchiones milites plerosq; alios nobiles ciues Ro.ac vtriusque sexus homines de dicta ecclesia sancti Petri ad basilicam sancti Ioannis Lateranen. pro nonnullis cerimonijs inibi fieri solitis faciendum laudabiliter extitit associatus.Quare &c.

VISITATIO ECCLESIÆ LATERANEN.

ANno &c.die martis tertia mensis Nouembris post diuinum officiũ in basilica sancti Petri principis Apostolorum peractum ante horã prandij eiusdem diei Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Paulus diuina prouidentia papa tertius diademate pontificali coronatus sollennissime cum maximis & mirificis triumphis vt supra in clausula.Insuper vero & extitit associatus.



MVTATIO ANNI PONTIFICATVS.

DIe.N.tertia mensis nouembris fuit dies anniuersarius põtificatus siue festi coronationis sanctissimi in Christo patris & domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij Quare illa die Annus Pontificatus dicti domini Pauli de anno primo in secundũ mutabatur & mutatus est.

Subdelegatio causæ per Cardinalem.

REuerendisſimus in Chriſto pater dominus Cardinalis iudex & commiſſarius præfatus Romæ in domibus ſolitæ ſuæ reſiden. venerabilem ac circunſpectum virum dominum.N.iudicem commiſſarium & auditorem in cauſa & cauſis huiuſmodi ac omnibus & ſingulis cauſis coram eo indeciſe penden. in ipſius domini Cardinalis abſentia vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiue ſubdelegauit & deputauit,prout & quẽ admodum in quodam ſubdelegationis inſtrumento publico per me præſentis cauſæ notarium atque ſcribam prædictum deſuper in notam recepto & apud acta cauſæ huiuſmodi inferius regiſtrato plenius continetur & habetur. Præſentibus &c.

Subdelegatio ad exequend.literas apoſtolicas & dicend. in eis contenta.

Reuerendus pater dominus.N.Romæ &c.pro tribunali ſedens in præfatorum magiſtrorum.N.&.N. procuratorum hincinde præſentia aſſerens ſe ad præſens diuerſis ſuo Epiſcopatui incumben. & aliis negotiis legitime fore impeditum in tantum quod literarum ſibi ex parte ſanctisſimi domini noſtri Papæ. N. præſentatarum executioni & deciſioni ſine maximis ſuis ac partium prædictarum laboribus & expenſis commode intendere non valeat neque posſit. Idcirco ne propter hoc earundem literarum executio retardetur, ſed partibus ipſis commode ſubueniatur de peritia & circumſpectione necnon legalitate egregij viri.N. in Romana curia reſiden. vt dixit plenarie conſiſus auctoritate dicti domini noſtri Papæ ſibi in hac parte conceſſa quo ad præfatarum literarum apoſtolicarum & in eius contentorum execution. plenarie tenore præſentium commiſit vices ſuas donec eas ad ſe duxerit reuocandas prout hæc & alia in quodam ſub delegation. inſtrumento publico per me præſentis cauſæ &c. Præſentibus &c.

Procur. pręſentauit ſubdelegationem & obtinuit ad videndum reſumi cauſam.

Romæ coram venerabili viro domino.N. huiuſmodi cauſæ commiſſario per Reuerendum patrem D.N.&c. ſpecialiter ſubdelegato in domo habitationis ſuæ hora veſperorum audien. cauſarum conſueta ad iura reddendum & cauſas audiendum pro tribunali ſeden. perſonaliter conſtitutus magiſter. N. procurator &c. procuratorio quaſdam ſubdelegation.literas a dicto domino. N. emanatas ſuperius apud acta præſentis cauſæ regiſtratas eidem domino.N. in præſentia teſtium ſubſcriptorum rite & legitime præſentauit. Quas quidem literas idem dominus.N.ſubdelegatus ad ſe recipiens & onus huiuſmodi ſubdelegationis in ſe reuerenter acceptans mihi præſentis cauſæ notario atque ſcribæ prædicto fideliter dedit regiſtrandum. Præſentibus &c. Quarum quidem literarum ſubdelegationis præſentatione ſic vt præmittitur facta comparuit in eodem iudicio magiſter.N. procurator quo &c. Et partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam ad videndum & audiendum hanc cauſam in eo ſtatu in quo vltimo coram domino. N. auditore remanſerat reſumi per aliquem &c..ad aliquem. Quem ſibi &c.idem dominus Auditor ſubdelegatus &c.conceſſit.Eamq; &c.

Remiſsio cauſæ ad cancellariam apoſtolicam.

Reuerendus pater dominus, N, Auditor præfatus Romæ &c. ſedens

cauſam,

causam & causas huiusmodi in qua ego.N.eiusdem causæ notarius atque scriba prædictus scripseram & ad scribendum deputatus fueram certis de causis animum suum ad hoc mouentibus ad cancellariam domini nostri Papæ remittẽdum duxit & remisit,habuitq; & haberi voluit easdem pro sufficienter remissas. Præsentibus ibidem &c.

Vel sic,Reuerendus pater dominus &c.sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas in quibus ego.N. præsentis causæ notarius &c.remissis excepta causa.N. quam sibi ad cognoscendum decidendendum fineq; debito terminandum reseruauit,præsentibus &c.

Remissio generalis.

Reuerendus pater dominus.N.auditor præfatus Romæ apud &c. sedens causam & causas huiusmodi ac omnes & singulas causas quas quondam dominus. N. coauditor suus per obitum eiusdem vigore generalis commissionis sibi desuper factæ & præsentatæ audiebat & ad audiendũ deputatus fuerat & in quibus ego . N. præsentis causæ notarius scripserã & ad scribendum deputatus fueram &c. vtsupra.

DE COMMISSIONE AD SCRIBENDVM.

DIe &c. Reuerendus pater dominus Nicolaus de Aragonia &c.Auditor mihi.N.clerico.N.diœc.publico apostolica & imperiali auctoritatibus notario vt in omnibus & singulis causis in quibus alias discretus vir magister.N. notarius (vel quondam.N. notarius ante eius obitum) scripserat & ad scribendum deputatus fuerat in eisdem.Necnon in omnibus aliis & singulis causis sibi commissis &committendis & in turno meo distribuendis vlterius scriberem ac in eisdem fideliter continuarem committendum duxit atque commisit. Præsentibus &c.

Vel aliquando sic. Reuerendus pater &c. vtsupra vlterius propter ipsius magistri.N.a Ro.cu.recessum vsque ad ipsius redit. scriberem &c.cõmisit. Præsentibus &c.

Vel sic.Ac quibusdam aliis causis dicto domino auditori quaruncunque commissionum vigore in quibus præfatus magister.N. notarius scribebat in effectu commissis seu committendis vlterius fideliter scriberem & acta earundem causarum registrarem & registrari facerem. Et cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta,partibusq; copiam peten.dum ipsis per dominum Auditorem præfatum decreta fuerit fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem commisit pariter & mandauit. Præsentibus &c.

Mihi.N. publico apostolica auctoritate notario & coram eo scribæ vt in omnibus & singulis causis in quibus dictus magister . N. notarius in mea absentia coram dicto domino Auditore in locum meum surrogatus pro me scripserat,& per eundem dominum Auditorem ad hoc specialiter deputatus fuerat rescriberem &coram eo fideliter continuarem in eisdem committendum duxit atque commisit. Præsentibus &c. [Dñs cõmisit rescribere notario qui erat ĩfirmus.]

Auditor &c. de magistri.N.procuratoris &. N. ex aduerso procuratoris coram eodem domino auditore præsentium de ipsorum hincinde [Auditor de consensu partiũ cõ-]

misit scribere alteri notario.

procuratorum expresso consensu in causa & causis huiusmodi, in quibus discretus vir. N. notarius supradictus coram eodem domino auditore scribebat, & ad scribendum deputatus fuerat mihi. N. publico imperiali auctoritate notario propter eius magistri. N. notarij infirmitatem vsque ad eius conualescentiam fideliter scriberem & continuarem committēdum duxit atque commisit. Præsentibus &c.

Transportatio registri.

Constitutus &c. magister. N. alias præsentis causæ in prima instantia coram domino. N. auditore notarius atque scriba, & registrum in eadem prima instan. coram dicto domino. N. auditore domino suo habitum & factum facto realiter & in scriptis, ex quo huiusmodi causæ acta possunt fideliter examinari vna cum dictis & attestationibus testiū examinatorū in fine dicti registri vt moris est alligatorum exhibuit & præsentauit.

Vel sic. Et registrum in prioribus instan. tam corā domino suo quàm iudice siue auditore primæ instan. habitum & factum transportauit, & mihi præsentis causæ notario atque scribæ prędicto exhibuit & pręsentauit.

Vel sic. Et præsentis causæ dudum in prima instan. coram Reuerendo patre. N. curię causarum camerę apostolicę generali auditore notarius atque scriba & registrum indicta prima instan. corā præfato domino auditore domino suo in huiusmodi causa habitum factum & conscriptum mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto facto realiter & in scriptis, ex quo huiusmodi causæ acta & merita fideliter examinari possint exhibuit, dedit atque præsentauit.

Vel sic, Si ad effectum iurium transportatur registrum. Comparuit &c. magister. N. notarius coram. R. p. d. N. & certum registrum intitulatum N. & coram domino suo prædicto habitum factum & conscriptum ad effectum iurium, videlicet. N. & . N. in eo contentorum ad hanc causam facien. facto realiter & cum effectu mihi præsentis causæ notario atque scribæ prędicto exhibuit consignauit & transportauit cum protestatione, quod postquam iura huiusmodi extracta fuerint & apud acta causæ huiusmodi registrata dictum registrum sibi restituatur.

RECESSVS AVDITORIS.

REuerendus pater dominus. N. Auditor præfatus certis de causis animum suum ad hoc mouentibus versus ciuitatem. N. ad aliquod tempus absentando gressus suos dirigens ab hac alma vrbe abijt & recessit. Vel se in legatia recedit vel examinata publica causa ponitur: Reuerendus pater. N. &c. mouentibus in legatia Sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli Papæ. I I I. versus alemaniam se a Romana Curia &c. recessit.

REGRESSVS AVDITORIS.

REuerendus pater dominus . N. Auditor præfatus de legatia sanctissimi &c, in qua ab eodem domino nostro Papa versus ciuitatem . N.

missus

missus fuerat ab eadem ciuitate.N.reueniens gressus suos ad Romanam Curiam dirigendo negocijs sibi commissis coadiuuante domino debite & legitime expeditis hora.N. sanus & incolumis hanc vrbem remeauit, & intrauit. Vel sic, Reueren.pater dominus.N.&c.a ciuitate.N.ad quā se nuper contulerat reueniens sanus & incolumis hanc vrbem reingressus est.

Ita etiam conficias reditum legati Cardinalis mutatis mutandis.

OBITVS AVDITORIS.

DIe &c.Reuerendus pater dominus.N.Auditor præfatus in Alma vrbe Ro.sicut altissimo placuit persoluendo naturæ debitum, diem vitæ suæ clausit extremum.Vel viam uniuersæ carnis ingressus fuit. Vel de medio sublatus est.

EXITVS LEGATI.

REuerendissimus in Christo pater & dominus dominus.N.miseratione diuina tituli sancti.N.sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Præsbyter Cardinalis, factus Legatus a latere ad Regem.N.post tentum consistorium per reuerendissimos in Christo patres & dominos dominos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardi. Archiepiscopos Episcopos &c.cæterosq; in Rom.cu.associatus gressus suos dirigendo hanc almam vrbem exiit. Quare illa &c.

Dominus contulit se ad loca differentiæ.

Reuerendus pater dominus.N.&c.Memoratus ad supradictorum.N. &.N. hininde principalium instan.ac de consensu & voluntate dictarum partium, vna cum eisdem partibus ad maiorem cautelam & pro veriori certitudine ipsius domini.N.iudicis & commissarij,se vna cum dictis partibus ad locum differentię super quo in huiusmodi causa agitur inter partes principales contulit & se recepit. Qui quidem dominus Episcopus iudex & commissarius prælibatus vna cum prædictis partibus, & pluribus alijs ibidē existentibus loca differentię huiusmodi vt verius posset in causa huiusmodi pronunciare & iustitiam ministrare, bene & diligenter vidit & aspexit.

AVDIENTIA DIE SABBATI.

DIe Sabbati.xxiij.supradicti mensis Decembris fuit tenta audientia causarum apostolica iuxta cōstitutionem fœ.re.domini Martini Papæ quinti continen.quod si aliqua septimana occurrerit in qua diebus iuridicis præfati domini Auditores propter facta palatij nō sederent, quod tunc die sabbati immediate sequen. Romæ apud Sanctum Petrum &c. sedere deberent prout sederunt. Et ibidem discretus vir.N.domini nostri Papæ cursor retulit &c.

Cõparuit procurator & obtinuit cõmitti diligétiã duobus cursoribus de citando N. ex aduerso principalem.

COmparuit magister. N. &c. procurator &c. & eo nomine. Et sibi diligentiam in huiusmodi causa fiendam ad effectum citandi præfatum N. ex aduerso principalem ad dicendum & excipiendum &c. dicere, siue excipere voluerit, necnon ad constituendum procuratorem reperibilem & acceptantem alias videndum decerni processum per affixionem cedulæ citationis ad valuas domus habitationis eiusdem. N. ex aduerso principalis ad primam diem &c. sedere contigerit, duobus domini nostri Papæ cursoribus committi per dominum Auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c. ad dicti domini. N. principalis instan. supradictam diligentiam proxime præpetitam ad prænarratum actum faciendum per duos domini nostri Papæ cursores qui desuper legitime requisiti fuerint fiendam eisdem duobus domini nostri Papæ cursoribus committenndum duxit & mandandum, commisitq; pariter atque mandauit.

Cursores retulerunt in iudicio heri fecisse diligẽtiam de citando dñm. N. ex aduerso principalẽ tam in domo q̃ in plateis & non potuerunt eũ reperire instã. dño N. principali.

Discreti viri. N. &. N. domini nostri Papæ cursores retulerunt Romæ apud sanctum Petrum &c. seden. mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto se de ipsius domini auditoris mandato sibi super hoc vt asseruerunt legitime facto, Et ad supradicti domini. N. principalis instantiam heri fecisse diligentiam de inueniendo & reperiendo dictum dominum. N. ex aduerso principalem tam in domo habitationis suæ quàm per vrbem Romanam in plateis & locis publicis ad effectum eundem citandi ad dicendum & excipiendum, &c. necnon ad constituendum procuratorem reperibilem & acceptantem alias videndum decerni processum in huiusmodi causa per affixionem cedulæ citation. ad valuas domus habitationis eiusdem domini. N. ex aduerso principalis ad primam diem &c. sedere contigerit, & non potuerunt eum reperire prout & quemadmodum ijdem cursores habuerunt & asseruerunt ab eodem domino auditore specialiter: Et expresse in mandatis. Quorum quidem cursorum relation. sic vt præmittitur factis. Comparuit &c. dominus. N. principalis citra &c. reuocationem. Et sibi processum in huiusmodi causa habendum continuandum & obseruandum contra & aduersus præfatum. N. ex aduerso principalem per affixionem cedulæ in valuis domus habitationis eiusdem. N. ex aduerso principalis per duos præfati domini nostri Papæ cursores affigendæ & exequendæ cum præfatus. N. ex aduerso principalis personaliter inueniri non possit decerni & concedi ipsumq;. N. ex aduerso principalem ad dandum & recipiendum dariq; &c. libellum &c. petitionem per affixionem cedulæ in valuis domus habitationis suæ per duos præfati sanctissimi domini nostri Papæ cursores citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi &c. per dominum. N. &c. postulauit &c. Memoratus tunc dominus auditor ad supradicti domini. N. principalis instantiam præfatum processum proxime præpetitum in præsenti causa habendum tenendum & obseruandum per affixionem cedulę ad valuas domus

Comparuit dñs N. principalis citra &c. obtinuit decerni procesũ per affixionẽ cedulæ ad valuas domus. N. ex aduerso principalis exequendæ per duos dñi nostri Papæ cursores & citari eũdem ad libellãdum ad. i. diem per affixionem cedulæ.

Decretus ꝓcessus ad valuas domus.

domus habitationis supradicti. N. ex aduerso principalis per duos ex domini nostri Papæ cursoribus decernendum duxit & concedendum decreuitq́; pariter & concessit. Et nihilominus citationem proxime præpetitam &c. ad primam &c. contigerit per affixionem cedulæ ad ualuas domus habitationis supradicti. N. ex aduerso principalis per duos domini nostri Papæ cursores exequendæ qui desuper legitime requisiti fuerint peremptorie fieri voluit, iussitq́; pariter & mandauit. Eundem etiam terminum &c.

Die &c. discreti viri. N. &. N. domini nostri Papæ cursores retulerunt in iudicio coram domino Auditore præfato Romæ &c. mihi præsentis causæ notario &c. vt asseruerunt legitime facto, & ad supradicti domini N. principalis instantiam heri peremptorie per affixionẽ cedulę ad valuas domus habitationis dicti. N. ex aduerso principalis eundem. N. ex aduerso principalem ad dandum & recipiendum &c. citasse ad primam &c. contigerit prout & quemadmodum in quadam citationis papyri cedula cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. Ac ijdem cursores habuerunt vt asseruerunt ab eodem domino auditore specialiter & expresse in mandatis. Quorum quidem cursorum relatione vt prætermittitur facta comparuit in eodem iudicio &c. magister. N. procurator prædictus &c. Et partis sibi &c. Neque aliquem libellum &c. contumaciam accusauit ipsamq́; contumacem reputari. Et in eius contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo quendam libellum &c. cum protestatione &c. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad ponendum & articulandum &c. in huiusmodi causa per affixionem cedulæ ad valuas domus habitationis præfati. N. ex aduerso principalis per duos domini nostri Papæ curso. exequendæ citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competẽ. quem etiam sibi &c. per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem & in eius contu. citationem proxime præpetitam &c. vt supra in proximo actu videlicet. Et nihilominus &c.

Cursores retulerũt in iudicio heri citasse dñm. n. ex aduerso principalem per affixionẽ cedulæ ad valuas domus ad libellandũ ad .i. diem instante dño. N. prĩcipali. Cõparuit in eodẽ iudicio magr̃. N. procura. & in cõt. satisfaciẽdo termino dedit libellum verbo saluo &c. obtinuit ad articulãd. ad xii. d. per affixionem cedulæ ad valuas domus domini. N. ex aduerso principalis exequẽdæ per .ii. cursores.

Tenor vero citationis ad valuas domus papyri cedulæ vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

In causa Roman. domus.

De mandato Reuerendi patris domini. N. auditoris & ad honorabilis viri domini. N. principalis instantiam Citetur. N. ex aduerso principalis per affixionem præsentis cedulæ ad valuas domus habitationis suæ attento ꝙ non permittit se reperiri ad dandum & recipiendum dariq́; & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem ad primam diem.

Per duos domini nostri Papæ cursores.

Decretum processus ad valuas cancellariæ Apostolicæ & aciem campi flore propter festa pro testibus affuturis.

Romæ in domo domini Auditoris præfati ac coram eo præsens & personaliter constitutus magister. N. procurator &c, & propter continuatio-

Cõstitutus in domo domini corã

eo. N. procur. & propter cōtinuationem festiuitatum palatii obtinuit decerni processum ad valuas cancellariæ ap. & aciem campi flore contra. N. ex aduerso principalem oēsq; &c. ac decerni citationē ad vidēdū iurare testes affuturos &c. ad statim ac dandū interrogatoria per totā illam diē per affixionē citation. p.q.c.

nem plurium festiuitatum audien. causarum apostolicarum impedientiū sibi partiq; suæ processum interea in huiusmodi causa habendum tenendum & obseruandnm contra & aduersus. N. ex aduerso principalem supradictum, omnesq; &c. eorumq; procuratores &c. ad valuas cancellariæ apostolicæ necnon aciem campi flore per affixionem citationis per aliquē domini nostri Papæ cursorem in locis prædictis exęquendę decerni & cōcedi dictumq;. N. ex aduerso principalem ac omnes & singulos supradictos ad videndum & audiendum nonnullos testes affuturos de perhibendo in huiusmodi causa testimonium veritati, tam de & super eorum affuturatione quam tota causa præsenti produci recipi & iurare. Necnon ad dandum & exhibendum interrogatoria si quæ dare iuxta & secundum quę testes affuturos huiusmodi examinari voluerint & interrogari ad aliquos certos perēptorios terminos cōpeten. per affixionem citationis in locis supradictis citari mandari per dñm auditorē pręfatum &c. postulauit.

Quem quidem processum proxime præpetitum in huiusmodi causa habendum tenendum & obseruandum dominus auditor præfatus dicto magistro. N. procuratori instan. & peten. partiq; suæ decreuit atque concessit. Et nihilominus citationem proxime prepetitam ad prænarratum actum faciendum per affixionem citationis in locis supradictis per quencūque domini nostri Papæ cursorem qui desuper legitime requisitus fuerit, peremptorie fieri voluit &c. atque mandauit.

PROCESSVS PER EDICTVM.

Cōparuit. d. N. principalis & reproduxit monitorium speciale alias ad partes decretū dans executionem facto &c. obtinuit decerni processum per edictū publicum &c. necnon Ad dicendū contra easdē literas & ad docendum se illis paruisse primo pro prima dilatione ad diē p.q.c.

COmparuit &c. d. N. principalis citra &c. reuocationem & quasdam literas monitoriales speciales superius vt præmittitur per. d. Auditorē præfatum pro parte sua in huiusmodi causa extra Romanam Curiam & ad partes contra & aduersus quendam. N. diœcesis. N. ex aduerso principalem rectorem parrochialis ecclesiæ. N. ad partes decretas & concessas prout superius apud acta causæ huiusmodi registratas reperiuntur hic repetijt, ipsarumq; literarum monitorialium executionem in eisdem partibus factam & de eis ad Romanam curiam reportatam admodum publici instrumenti per discretum virum magistrum. N. clericum. N. diœcesis publicum apostolica & imperiali auctoritatibus notarium vt prima facie apparebat subscripti & signati facto realiter & inscriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit. Et nihilominus sibi processum in huiusmodi causa habendum continuandum & obseruandum contra dictum dominum. N. ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos sua interesse putantes eorumq; procuratores si qui sint in Romana curia pro eisdem per edictum publicum in valuis cancellariæ apostolicæ & acie campi flore per aliquem domini nostri Papæ cursorem affigendum exequendum publicandum & notificandum propter vacationes generales iam indictas decerni & concedi. Ipsumq;. D. N. ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos præfatos vlterius ad dicendum & excipiendū quicquid verbo vel in scriptis contra supradictas literas monitoriales speciales vt præmittitur ad partes contra eundem dominum. N. ex aduerso

principa-

principalem ad partes decretas & concessas, ac earum executionem in partibus debite factam reportatam & productam dicere siue excipere voluerint, Necnon ad docendum clareq; demonstrandum se eisdem literis monitorialibus vt præmittitur decretis executis & reproductis iuxta & secundum earundem literarum monitorialium formam, continentiam & tenorem realiter & cum effectu paruisse obediuisse & obtemperasse primo pro prima dilatione per supradictum edictum publicum citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum Auditorem &c. postulauit. Quem quidem processum proxime præpetitum in huiusmodi causa habendum tenendum & obseruandum dominus Auditor præfatus ad dicti domini. N. principalis instantiam per edictum publicum in locis prædictis per quencunque domini nostri Papæ cursorem affigendum exequendum & publicandum decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter atque concessit. Et nihilominus citationem proxime præpetitam ad prænarratos actus faciẽdum eidem domino. N. principali instanti & petenti decreuit atque concessit, eamq; prout petita extitit decreta atque concessa ad primam diem &c. Romæ in domo &c. hora vesperorum &c. pro tribunali sedere contigerit per edictum publicum proxime præpetitum peremptorie fieri voluit, iussitq; pariter atque mandauit.

Die vero. N. mensis. N. Comparuit in iudicio coram . R.p.d. auditore cameræ &c. Romæ in domo suæ solitæ residentiæ in qua iura reddi solent hora vesperorum & audientiæ causarum consueta &c. ad iura reddendum & causas audiendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedente magister . N . procurator & eo nomine procuratorio quandam citationis edicti publici papyri cedulã alias ab ipso . R.p.d. auditore eiusq; auditorio siue iudicio emanatam de suisq; mandato & volũtate in valuis & portis cancellariæ apostolicæ ac in acie campi flore (seu valuis curiæ eiusdem domini auditoris) ad instar edictorum publicorum quæ olim in albo prætorio scribebantur cum propter vacationes generales iam indictas citationis huiusmodi papyri cedula in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ legi non possit die . N. mensis. N. per discretum virum maigistrum. N. domini nostri Papæ cursorem affixã & publicatam sigilloq; ipsius. R.p.d. auditoris sigillatam atque munitã vt moris est & per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum subscriptam aliasq; inibi in dictis locis publicæ executam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit.

Comparuit &c. procurator & data cedula citationis edicti publici executa tenoris &c. accusauit contumaciam citatorum nihil dicentium contra literas monitoriales ad partes decretas.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium neque quicquam verbo vel in scriptis contra supra dictas literas monitoriales speciales superius vt præmittitur pro parte ipsius domini . N. principalis extra Romanam curiam & ad partes cõtra & aduersus dictum dominum. N. ex aduerso principalem decretas executas & reproductas ac ipsarum literarum monitorialium executionem in dictis partibus factam & de eisdem ad Romanam Curiam reportatam ac superius vt præmittitur facto realiter & cum effectu datam exhibitam & productam dicere siue excipere curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari per

dominum Auditorem &c.debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor &c.contumaces.

Deinde vero dictus procurator repetiit cedulā citationis per eū datā in cōtumaciam citatorum nō docentium se paruisse literis monitorialibus prædictis primo ꝑ prima dilatione obtinuit ad idem secundo ꝑ secunda dilatione.

Deinde vero dictus magister.N. procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens antedictam citationis dicti publici papyri cedulam superius vt præmittitur per eum in huiusmodi causa datam quoad certam clausulam in ea retentam videlicet ad docendum & clare demonstrandum se literis monitorialibus in huiusmodi causa contra dictum dominum.N.ex aduerso principalem ad partes decretis executis & reproductis iuxta earundem literarum formam, continentiam & tenorem in omnibus & per omnia realiter & cum effectu paruisse & obediuisse primo pro prima dilatione ad primam diem &c. sedere contigerit,prout in eadem citationis cedula latius continetur hic repetiit eam,& de nouo verbo solum & dumtaxat iudicialiter reproduxit citatorumq́ in eadem contentorum non comparentium neque se literis monitorialibus specialibus in huiusmodi causa per dominum auditorem præfatum ad partes decretis executis & reproductis realiter & cum effectu in omnibus & per omnia paruisse obediuisse & obtemperasse primo pro prima dilatione docere seu demonstrare curantium contumaciam accusauit,ipsosq́ contumaces reputari.Et in eorum cōtumaciam eosdem citatos vlterius ad docendum & demonstrandum se literis monitorialibus prædictis iuxta & secundum earundem continentiam formam & tenorem in omnibus & per omnia realiter & cum effectu paruisse obediuisse & obtemperasse secundo & pro secūda dilatione per edictum publicum supradictum citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminū competentem per dominum Auditorem &c.postulauit. Memoratus &c. contumaces & in eorum contumaciam citationem proxime præpetitam &c.ad primam diem &c.decreuit &c.eamq́ &c.contigerit per edictum publicum &c.fieri voluit &c.& mandauit.

Tenor vero citationis edicti publici papyri cedulæ unde supra fit mentio sequitur & est talis.

Citatio edicti publici per.d. ꝑ.partε.d.N.principalis decreta.

Nos Petrus Paulus Parisius iuris vtriusque doctor sanctæ sedis Apostolicæ prothonotarius sanctissimi domini nostri Papæ eiusq́ camerarii necnō curiæ causarum cameræ Apostolicæ generalis auditor Romanęq́ curiæ iudex ordinarius sententiarumq́ & censurarum in eadem Romana curia latarum ac literarum apostolicarum vniuersalis & merus executor tenore præsentium citamus & citari mandamus quendam.N. ex aduerso principalem omnesq́ alios &c. eorumq́ procuratores siqui sint in Romana curia pro eisdem quatenus prima die iuridica proxime futura qua nos Romæ in domo habitationis nostræ hora tertiarum pro tribunali sedere contigerit compareant iudicialiter legitime coram nobis ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis contra literas monitoriales contra dictum. d. N. ex aduerso principalem ad partes decretas executas & reproductas ac earundem executionem in partibus factam & de eisdem reportatam & reproductam . Necnon ad docendum & clare demonstrandum se eisdem literis monitorialibus in omnibus & per omnia iuxta & secundum illarum formam & tenorem paruisse obe-

diuisse & obtemperasse primo pro prima dilatione,vel dicendum &c. in causa & causis vertentibus inter dictos citatos ex vna & honorabilem vi rum dominum.N.principalem de & super quadam annua pensione super fructibus ecclesiæ.N.auctoritate apostolica reseruata &c. rebusq; aliis in actis causæ huiusmodi latius deductis & eorum occasione partibus ex altera alioquin in causa & causis huiusmodi ad vlteriora procedetur dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante:Hanc autem nostram citationem ualuis seu portis cãcellariæ apostolicæ & aciei campi flore ad instar edictorum publicorum quæ olim in albo prætorio scribebantur cum propter vacationes iam indictas citatio huiusmodi in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ legi nõ posset affigi iussimus & fecimus vt per eius inspectionem cunctis fiat manifestum cum non sit verisimile apud ipsos citatos remanere incognitum quod tam patẽter omnibus extitit publicatum: In cuius rei testimonium hanc nostram citationem fieri nostriq; sigilli iussimus impressione muniri,datum & actum Romæ in domo nostræ solitæ residentiæ sub anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo indictione decima die uero tertia mensis septembris Pontificatus.S.d.n.domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertii anno tertio.p.q.c.

Ioannes Iacobus bucca notarius subscripsit.

Anno indictione die mense & pontificatu quibus supra suprascriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in locis supradictis per me Franciscum de crosa cursorem. Subscriptio citationis.

Gulielmus mariglerii magister cursorum.

Die.N.mensis.N.comparuit &c.magister. N. procurator,& quandam citationis &c.vt sup.vsque dedit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium neque se literis monitorialibus specialibus &c. vt supra:reproductis realiter & cum effectu in omnibus & per omnia paruisse & obediuisse secundo pro secunda dilatione iuxta earundem formam & tenorem docere seu demonstrare curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari & in eorum contumaciam eosdem citatos vlterius ad docendum & demonstrandum se eisdem literis monitorialibus iuxta earundem formam,continentiam & tenorem in omnibus & per omnia realiter & cum effectu paruisse obediuisse & obtemperasse tertio pro tertia dilatione per edictum publicum supradictum citari mandari ad aliquem &c.vt supra postulauit memoratus &c.contumaces.Et in eorum cõtumaciam &c.vt supra. Executio citationis edicti publici.

Simili modo extendes alios terminos ad docendum paruisse tertio pro tertia, quarto pro quarta, vt infra in executorialibus mutatis mutandis.

Tenor vero citationis edicti publici papyri cedulæ vnde supra fit mentio sequitur,& est talis.

Nos Petrus Paulus &c.auditor tenore pręsentium citamus & citari mandamus &c.vt supra mutatis mutandis.

Comparuit in iudicio magister. N. procurator & repetiit citationem vna cum inhibitione inserta prout est in actis dans executioné verbo saluo &c. & obtinuit decerni processum per audientiã cõtradictarũ si inquãtũ &c. & ad dicédum contra cõmissionem citationé inhibitionem & earũ executioné ad. i. dié per audientiam contradictarum.

Omparuit &c. nomine quo supra procuratorio. Et citationem supradictam vna cũ inhibitione inserta alias superius vt præmittitur in huiusmodi causa per ipsum dominum Auditorem pro parte sua extra Romanam curiam & ad partes decretam atque concessam, prout superius in actis causæ huiusmodi reperitur registrata hic repetiit ipsamq; citationem & inhibitionem ac earum executionem in eisdem partibus factam & de eis reportatam verbo solum & dumtaxat cum protestation. expressa de dando & producendo executionem eandem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. exhibuit atque produxit. Et nihllominus sibi partiq; suæ processum in huiusmodi causa habendum continuandum & obseruandum contra & aduersus quendam. N. ex aduerso principalem supradictum omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. eorumq; procuratores si qui sint in Roman. Cu. pro eisdem per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ decerni & concedi, ipsumq; N. ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos præfatos vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis contra supradictam ipsi domino auditori sic ut præmittitur factam & præsentatam commissionem citationemq; vna cum inhibitione inserta eiusdem vigore vt præfertur ad partes decretam pariter & concessam ac eiusdem citation. executionem in dictis partibus factam & superius vt præfertur de ipsis partibus reportatam & apud acta causæ huiusmodi verbo solum & dumtaxat exhibitam & productam dicere siue excipere voluerint per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædict. citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen. per dominum &c. postulauit. Quem quidem processum proxime præpetitum in huiusmodi causa habendum tenendum & obseruandum dominus auditor memoratus ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ memorata dummodo ac si & inquantum causa huiusmodi ad eandem Roma. Cu. sit legitime deuoluta decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit. Et nihilominus citationem præpetitam ad prænarratum actum faciendum eidem magistro. N. procuratori instanti & petenti partiq; suæ decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit atque decreta ad primam diem &c. contigerit per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ supradictam peremptorie fieri voluit iussitq; pariter & mandauit.

Decretũ processus per audientiam contradictarum.

Cõparuit magister. N. procurator & repetiit citationé vna cũ inhibition. inserta prout

Et citationem supradictam vna cum inhibition. inserta alias superius vt præmittitur per dominũ auditorem præfatum pro parte sua in huiusmodi causa extra Ro. cu. & ad partes decretam pariter & cõcessam prout superius in actis causæ huiusmodi registrata reperitur hic repetiit ipsiusq; citation. executionem in eisdem partibus factã & de eis ad Ro. cu. reportatam

tatam ad modum publici instrumenti per discretum virum N. clericum N.dioec.publicum apostolica & imperiali auctoritatibus notarium vt pri ma facie apparebat subscriptam & signatam facto realiter & inscriptis infrascripti tenoris exhibuit atque produxit. Et nihilominus &c. vt supra in præcedenti.

Et citationem &c. reperitur vna cum ipsius execution.in eisdem partibus facta & de eis ad Roma.cu.reportata ab extra & a tergo eiusdem citation.ad modum publici instrumenti scripta ac per discretum virum N. clericum N.dioec.publica & imperiali auctoritatibus notarium vt prima facie apparebat subscripta & signata facto &c. Et nihilominus &c. vt sup.

Et nonnulla iura & munimenta pro deuolutione causæ huiusmodi ad Roma.cu.facientia verbo solum & duntaxat cum protestatione expressa de dando & exhibendo eadem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun.exhibuit produxit atque dedit. Et nihilominus sibi partiq; suæ præfatæ processum in huiusmodi causa habendum continuandum & obseruandum cōtra & aduersus quendam N. ex aduerso principalem in supradicta ipsi domino auditori vt præmittitur facta & præsentata commissione ex aduerso principaliter nominatū omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ decerni & concedi per dominum auditorem præfatum debita cum instā.postulauit.

Quem quidem processum proxime præpetitum dominus auditor memoratus dicto magistro N.procuratori instan.& peten.partiq; suæ in præsenti causa habendum tenendum & obseruandum per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam dummodo ac si & inquantum causa huiusmodi ad eandem Romanam curiam legitime sit deuoluta, decernendum duxit & concedendum, decreuitq; pariter & concessit. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N.& N. notariis publicis dictiq; domini auditoris & coram eo scribis clericis N.& N. dioecesi.testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Quo facto idem magister N.procurator ibidem adhuc præsens &c. cōparens præfatum N. ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes supradictos eorumq; procuratores si qui sint in dicta Roma.cu.pro eisdem vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra præfatam ipsi domino auditori factam & præsentatam commissionem. Necnon iura & munimenta prædicta superius vt præfertur pro deuolutione causæ huiusmodi data exhibita & producta dicere siue excipere voluerint per audiētiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam (citationem decerni & concedi.) Vel sic Citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen.per dominum &c. postulauit. Quam quidem citationem proxime præpetitam dominus Auditor memoratus dicto magistro N.procuratori instanti & petenti partiq; suæ decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit & decreta ad primam &c. con

est in actis dans executionē facto & obtinuit decerni processum per audiētiā cōtradictarū & ad dicēdū contra cōmissionē citationē inhibitionem & eius executionē ad i. diē per eādē audien.

Comparuit magister N.procur. & dedit citationē vna cū inhibition.inserta prout superius est in actis vna cū eius execution. a tergo scripta facto & obtinuit vt su.

Comparuit magister N.procur. & dedit iura pro deuolution.causæ verbo saluo &c. obtinuit processum per aud. contradictarum si & in quātum &c. præsentibus &c.

Quo facto idem magister N.procur. obtinuit ad dicendum cōtra iura pro deuolutione causę & cōmissionem ad i. diem per audientiam cōtradictarum.

tingerit per audientiam publicam literarum cōtradictarum antedictam peremptorie fieri voluit iussitq; pariter & mandauit.

Cōparuit in iudicio magister N. procur. & pro deuolutione causæ dedit certa iura facto & obtinuit processum per aud. contradictarū si & inquantū præsentibus &c.

Et nonnulla iura & munimenta pro deuolutione causæ huiusmodi ad Romanam curiam facientia scilicet duo instrumenta publica, vnum videlicet appellationis pro parte sua a quadam præsensa diffinitiua sententia per venerabilem & circunspectum virum dominum N. in partibus vt dicitur lata interposite & interiecte. Aliud vero insinuationis appellation. eiusdē ab extra & a tergo præfati instrumenti appellatio. per discretū virū N. clericū N. diœ. publicū apostolica & imperiali auctoritatibus notarium vt prima facie apparebat subscripta & signata facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit atque dedit. Et nihilominus etc. vtsupra in præcedenti.

Et nihilominus obtinuit ad procedēdum prout de iure primo ꝓ prima dilatione ad j. diē per aud. contradictarum.

Vel sic. Et nihilominus præfatum N. ex aduerso principalem in præfata ipsi domino auditori facta & præsentata commissione principaliter nominatum omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes eorumq; procuratores si qui sint in Rom. cu. pro eisdem vlterius ad procedendum & procedi videndum in huiusmodi causa prout de iure fuerit procedendum. Alioquin ad videndum & audiendum se partemq; suam ab instantia iudicii & obseruatione omnium & singulorum terminorum de more stilo obseruantia & consuetudine Rom. cu. & sacri palatii apostolici obseruari solitorum primo & pro prima dilatione. Vel dicendū etc. allegandum per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam citari mandari ad aliquem etc. per dominū postulauit. Quem etiam etc. Quam quidem citationem &c. atque cōcessit. Eamq; prout petita extitit decreta atque concessa ad primam etc. contigerit per audientiam etc. Eundemq; terminum etc. & assignauit etc.

Cōparuit in iudicio magister N. procu. & data cit. aud. lcā heri. in cōt. nō procedentis prout de iure primo obtinuit ad idem secūdo pro secunda dilatione ad primū diem per audiē. contradictarum.

Comparuit etc. vt infra ad dicendum contra commissionem per totū vsque, Citatorumq; in eadem contentorum non comparen. neque in huiusmodi causa prout de iure fuerit procedendum procedere aut ex aduerso procedi. Nec eundem magistrum N. procuratorem partemq; suam prędictam ab instan. iudicii & obseruation. terminorum omnium & singulorum de more stilo obseruantia & consuetudine Roma. cu. et sacri palatii apostolici seruari solitorum absolui videre seu audire. Neque causam etc. curan. primo & pro prima dilatione contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. eosdem citatos vlterius ad idem secundo (vel tertio vel quarto & ex superabundanti) & pro secunda dilatione per audientiam etc. citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum cōpetētē. Quem etiam sibi partiq; suæ prędicte ad consimilem etc. per dominum etc. postulauit: Memoratus tunc dominus Auditor dictos citatos non comparen. licet tamen etc. contumaces. Et in eorum cōt. citationem proxime præpetitam etc. concessit. Eamq; prout petita etc. ad primam etc. contigerit per audien. etc. pariter & mandauit. Eundem quoque terminum etc. & assignauit.

Cōparuit in iudicio magister N. procu. & data cit.

Citatorumq; in eadem etc. vtsupra absolui videre. Neque aliquam causam etc. curan quarto & pro quarta dilation. & ex superabundanti contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciā

se partemq; suam antedictam ab instan.iudicii & vlteriori processu. Necnon obseruation.omnium & singulorum terminorum huiusmodi absolui per dominum etc.postulauit.Memoratus tũc dominus auditor dictos citatos etc.contumaces.

aud. lcã heri in cõt. nõ procedé. prout de iure quarto et ex superabundanti petiit se et partem suã absolui instãtia iudicii.

Tenor vero citation.audien.pergameni cedulę vnde supra sit mentio sequitur & est talis.

Mandat reuerendus pater dominus Ioannes mohedano sacri palatii apostolici causarum auditor citari,& citat quendam N. assertum clericũ. N.omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. eorumq; procuratores si qui sint in Roma.cu.pro eisdem quatenus prima die iuridica proxime & immediate sequen.qua ipsum dominum auditorẽ ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sedere contigerit. Compareant in iudicio coram eo ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra commissionem ipsi domino auditori præsentatam,appellationemq; & eius intimationem dat.& exhibit. dicere siue excipere voluerint in causa & causis verten.inter dictos citatos ex vna,& venerabilem virum N.& N.de & super quibusdam canonicatu & præben. dictæ ecclesiæ rebusque aliis in actis causæ & causarum huiusmodi latius designat.& eorum occasione partibus ex altera.Alioquin ad vlteriora procedetur dictorum citatorum contumacia siue absentia in aliquo non obstan.Datum Romę in ecclesia sancti N.Anno a natiuitate domini etc.Indiction.etc.Die prima mensis Decembris Pont.etc.

Citatio audien. ad dicendũ contra commissionem et appellationem.

Neque mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto executionem citation.per edictum alias pro parte sua in audientia publica literarũ contradictarum domini nostri Papæ factam,& per quendam N.eiusdem audientię contradictarum notarium in notam sumptam & nuper in quadam nota seu prothocollo ipsius quondam N.notarii alias in huiusmodi causa iudicialiter productam propter dicti quondam N. obitum extrah. & in publicam formam redigi mandari videre seu audire curan. contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari.Et in eius contumaciam mihi notario atque scribæ prædicto executionem citation. huiusmodi in dicta audientia contradictarum vt præmittitur factam de nota seu prothocollo præfati quondam N.notarii extrahi & in publicam formam redigi committi per dominum aud. etc. postulauit. Memoratus etc.contumacem.Et in eius cont.mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto quatenus instrumentum execution. huiusmodi ex nota seu prothocollo ipsius quondam N.notarii audientiæ cõtradictarum propter ipsius obitum extraherem conficerem & in publicam formam redigerem iuxta ipsius notæ vim,formam & tenorem singulas clausulas & abbreuiaturas extendendo,nihil addendo diminuendo vel mutando quod facti substãtiam immutet seu variet intellectum,sed solum & duntaxat prout in talibus est solitum fieri & cõsuetum committendum duxit atque commisit, prout & quemadmodum in quodam publico instrumento per me notarium atque scribam prædictum ex dicta nota seu prothocollo extracto & in publicam formam redacto.Cuius tenor inferius est insertus plenius cõtinetur & habetur.

Procur. in cont. obtinuit cõmitti extractionẽ executio. citationis propter obitum notarii.

Comparuit in iudicio magister N. procur. et data cit. aud. lecta. v. huius in cont. citatorum nihil dicentiū contra cōmissionē citationē et eius executionē obtinuit ad libellandū ad i. diē per audien. contradictarum.

COmparuit in iudicio &c. seden. magister N. procurator &c. Et quandā citation. audientiæ pergameni cedulam alias ab ipso domino auditore eiusq; auditorio siue iudicio emanatam de suisq; voluntate pariter & mandato in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ die N. mensis N. positam atque lectam signoq; ipsius audientię ab intro signatam ac per notarium ipsius audientiæ subscriptam. Necnon sigillo ad huiusmodi citation. sigillandas specialiter deputato a tergo & ab extra vt moris est sigillatam atque munitam aliasq; inibi debite executioni demandatam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparen. neque quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam ipsi domino auditori factam & præsentatam commissionem, citationemq; vna cū inhibitione inserta eiusdem commissionis vigore superius in huiusmodi causa pro parte sua ad partes decretam atque concessam. Necnon eiusdē citationis execution. in dictis partibus factam & de eisdem ad Roman. cu. reportatam ac superius vt præmittitur apud acta causæ huiusmodi verbo solum & duntaxat vel facto realiter & cum effectu datam exhibitam & productam dicere siue excipere curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. &c. vt infra.

In cont. nihil dicentium contra commissionē et iura deuolution. causæ obtinuit ad libellandū ad i. diem per audiē. cōtradictarum.

Aliquando sic. Citatorumq; in eadem contentorum &c. non comparen. &c. Neque quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam ipsi domino auditori factam & præsentatam commissionem. Neque contra iura & munimenta pro deuolutione causæ huiusmodi ad Roma. cu. facientia vltimo superius vt præfertur in huiusmodi causa data exhibita & producta dicere siue excipere curan. contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari.

Petitio præfixionis termini ad idem.

Et in eorum cont. eosdem citatos vlterius ad dandum & recipiendum dariq; & recipi videndum libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam citari mandari ad aliquem certum &c. competē. Quem etiam sibi partiq; suæ ad consimilem actum faciendum præfigi statui & assignari per dominum &c. postulauit. Memoratus tūc dominus auditor dictos citatos non comparen. neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curan. licet tamen sufficienter & vsque ad horam debitam expectatos reputauit merito prout erant quo ad actum & terminum huiusmodi id exigente iustitia contumaces. Et in eorum cont. citationem proxime præpetitam ad prænarratum actum faciendum dicto magistro N. procuratori instan. & peten. partiq; suę decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit & decreta ad octauam vel sextam diem proxime futuram si dies ipsa octaua vel sexta iuridica fuerit. Alioquin ad primam diem iuridicā ex tunc proxime & immediate sequen. qua eundem dominū etc. sedere contigerit per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ memoratam peremptorie fieri voluit iussitq; pariter & mandauit.

Eundemq;

Eundemq; terminum ad cõsimilem actum faciendum eidẽ magistro N.procuratori instan.& peten.partiq; suæ duxit nihilominus præfigendum statuendũ & assignandum,præfixitq; pariter statuit & assignauit.

Prætixio termini ad idem.

Si Episcopus; vel etiam surrogatus.

Tenor vero citationis audien.pergameni cedulæ vnde supra fit mẽtio sequitur & est talis.

Mandat reuerendus in Christo pater & dominus dominus.N.Dei & apostolicę sedis gratia Episcopus.N.vnius ex reuerendis patribus dominis sacri palatij apostolici causarum auditoribus causæq; & causis ac partibus infrascriptis in locum reuerendi patris domini.N.&c.dicti palatij apostolici causarum coauditoris sui a Ro.cu.absentis a sanctissimo domino nostro Papa locumtenens specialiter,vel generaliter deputatus citari in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ & citat quendam.N.assertum clericum.N.diœc.ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos sua cõiter vel diuisim interesse putan.eorumq; procuratores si qui sint in Ro.cu.pro eisdem quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad dicendum contra commissionem citationem inhibitionem insertã illius vigore ad partes decret.& causarum executionem in causa & causis verten.inter dictum citatos ex vna & honorabilem virum dominum.N.clericum.N.diœc.principalem de & super.N.& illius occasione partibus ex altera rebusq; alijs in actis causæ & causarũ hmõi latius deduct.& de ducendis.Alioquin in causa & causis huiusmodi ad vlteriora procedetur eorum absentia seu contumacia non obstan.Dat.Romæ in eadem audientia literarum contradictarum. Sub anno a natiuitate domini.N.Indict.N.die.N.mensis.N Põtificatus sanctissimi dñi.N.d.N.Papæ.N.anno.N. D.Guennyot.

Citatio audiente ad dicendum cõtra commissionem citationem & executionem.

Simili modo fient aliæ citationes mutatis &c.

AD LIBELLANDVM.

ET quandam &c.vt supra usque præsentauit.Citatorumq; in eadẽ contentorum non comparen.Neque aliquem libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem dare aut ex aduerso dare videre seu audire curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont.huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo quendam libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem pro parte sua verbo solum & dumtaxat cum protestatione expressa de dando & exhibendo eundem siue eandem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun.exhibuit obtulit atque dedit. Et nihilominus eosdem citatos vlterius ad ponendum & articulandũ poniq; & articulari videndum in huiusmodi causa per audien.publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competẽ. Quem etiam sibi &c.postulauit. Memoratus tunc &c.contumaces. Et in eorum ad.xii.&c.contigerit per audientiam &c mandauit. Eundem &c.assignauit.

Cõparuit in iudicio magr.N.procura.& data cit. aud.hñã heri i cõtu. non libellãtis satisfaciendo termino dedit libellũ vero saluo &c. obtinuit ad articulãd ad.xij. diẽ per audien. contradictarum.

Tenor vero citation.audientiæ pergameni cedulæ vnde supra &c.

Mandat.R.p.d.N.sacri palatij apostolici &c.vt supra auditor citari &c vt supra quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime corã eo ad libellandum libellariq; videndum in causa &c.vt supra.

Quando est in prophanis.

Cõparuit in iudicio magr̃.N. procur. & data cita. aud. lecta heri in contumaciã non libellantis satisfaciendo termino dedit libellũ articulatũ partis suæ facto tenoris &c. obtinuit ad iurãdũ de calumnia & lit. cõtest. ad.i. diem per aud. cõtradictarum.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium . Neque &c. reputari.Et in eorum contumaciam quendam libellum siue summariam in huiusmodi causa petitionem vna cum eius vera copia debite cum originali collationata & auscultata ad finem & effectum parti aduersæ causa tradendum facto realiter &c.atq; dedit . Et nihilominus dictos citatos vlterius ad respondendum libello pro parte sua sic vt præmittitur oblato litemq; super eodẽ contestandum & ex aduerso cõtestari videndum.Necnõ ad iurandũ & deliberandũ iurariq; & deliberari videndũ de calũnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis tam de & super dicto libello oblato quàm tota causa præsenti primo & pro prima dilatione per audientiam publicam &c. competen. Quem etiam sibi partiq; suæ ad consimiles actus faciendum præterquàm ad respondendum libello huiusmodi præfigi statui & assignari per dominum &c.postulauit. Memoratus &c.mandauit. Eundem etiam terminum quo ad vltimos duos actus prænarratos faciendum eidem magistro .N. &c. assignauit.

Tenores vero citation.audien.pergameni cedulæ, Necnon libelli articulati vnde supra fit mentio sequuntur & sunt tales.

Cõparuit in iudicio magr̃. N.procur.& data. cita. aud.lecta heri in cont.citatorũ nõ r̃ndentiũ libello primo obtinuit ad idem secundo pro secunda dilatione ad.i. diem per audien. contradictarum.

Hic habeas respectũ ad terminos & extracta.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparen, Neque libello pro parte sua superius vt præmittitur in huiusmodi causa dato & oblato respondere, Neque litem super eodem contestare seu ex aduerso contestari, Nec iurare & deliberare iurariq; & deliberari aliquid de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento conten.& comprehensis tam de & super dicto oblato libello quàm tota causa præsenti solitum & cõsuetũ calumniæ iuramentum præstare, aut ex aduerso præstari primo & pro prima dilatione videre seu audire curan.cont.accusauit ipsosq; contumaces reputari.Et in eorum cont.eosdem citatos vlterius ad idem secundo & pro secunda dilatione, Vel tertio & pro tertia dilatione & sub excommunicationis pœna:per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam citari mandari ad aliquem certum &c.Quem etiam &c.postulauit. Memoratus &c.vt supra.

Tenor vero citationis &c.

Cõparuit in iudicio magr̃.N.procu.& da.cit.aud. lcã heri in cont. non r̃ndentis libello.ii.obtinuit ad idẽ quarto & ex superabundã-

Mandat &c.quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad respondendum libello in huiusmodi causa dato. Et litem contestandum & ex aduerso contestari videndum primo & pro prima dilatione. Necnon ad iurandum de calumnia iurari vidẽdum in causa &c.causis &c.

Citatorumq; in eadem contentorum &c.aut ex aduerso præstari tertio & pro tertia dilatione videre seu audire curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont.eosdem vlterius ad

ad idem quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti ad omnem eorum malitiam conuincendam. Alioquin ad videndum & audiendum se ob non responsionem libelli huiusmodi in scriptis excommunicari, excommunicatosq; publice denunciari mandari, literasq; excommunicatorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta decerni & concedi. Vel dicendum & causam &c. allegandum per audientiam publicam literarum contradictarum &c. citari mandari ad aliquē certum peremptorium terminum &c. Quem etiam sibi &c. vt supra.

ti alioquin &c. per aud. contradictarum.

Citatorumq; in eadem &c. aut ex aduerso præstari quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti. Neque se ob non responsionem libelli huiusmodi in scriptis excommunicari & excommunicatos publice denunciari mandari, literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi videre seu audire, Nec aliquam causam &c. allegare curan. contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam eosdem citatos non comparen. ad omnem eorum malitiam conuincendam in scriptis excommunicari excommunicatosq; publice denunciari mandari, literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta sibi partiq; suæ decerni & concedi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus &c. contumaces. Et in eorum contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam eosdem citatos non comparentes præmissorum occasione in scriptis excommunicandum duxit & excommunicauit excommunicatosq; palam & publice denunciari mandauit literasq; excommunicatorias & denunciatorias desuper necessarias & opportun. in forma solita & consueta nihilominus decernendo & concedendo. Easq; prout petitæ extiterant & decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prędictum exinde fieri subscribi & publicari eiusq; sigilli impressione, vel appensione cōmuniri voluit iussitq; pariter & mandauit. Prout & quemadmodum in quibusdam literis excommunicatorijs inferius apud acta causæ huiusmodi registratis plenius continetur & habetur.

Cōparuit in iudicio magr̄. N. procur. & da. cit. aud. lecta heri in cōt. non r̄ndentiū libello quarto obtinuit dictos citatos excōicari in scriptis ob non r̄nsionē libelli & literas decerni p̄sentibus &c.

Præsentibus ibidem discretis &c.

Vel sic. Prout & quemadmodum in quodam literarum excommunicatorialium huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discretis &c.

Tenores vero citation. audien. pergameni cedulæ necnon literarum excommunicatorialium vnde supra fit mentio successiue sequuntur & sunt tales.

AD IVRANDVM DE CALVMNIA.

COmparuit &c. Et quandam &c. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium, Neque aliquod solitum & consuetum in

Cōparuit in iudicio magr̄. N. pro

cura. & data cit. aud. heri lcā ī cō tu. non iurātium de calūnia satisfaciēdo termino admissus p dn̄m iurauit de calumnia in forma obtinuit ad articulandū ad. xii. diē per aud. contradictarum.

huiusmodi causa calumniæ iuramētum cū omnibns & singulis suis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis præstare aut ex aduerso præstari videre seu audire curantis contumaciā accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. huiusmodi diei termino pro se & parte sua satisfaciendo se ad præstandum solitum & consuetum in huiusmodi causa calumniæ iuramentum cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis vt præfertur recipi & admitti per dominum &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces. Et in eorum cont supradictum magistrum. N. procuratorem instan. & peten. ad præstandum solitum & consuetum in huiusmodi causa iuramentum cum dictis suis clausulis & capitulis duxit more solito admittendum & admisit. Qui quidem magister N. procurator dum sic per dominum auditorem fuerat admissus statim & incontinenti ad mandatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia de calumnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & singulis suis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis & comprehensis solitum & consuetum præstitit calumniæ iuramentum. Qui quidem calumniç iuramento sic vt præmittitur per eum præstito dictus magister. N. procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens eosdem citatos vlterius ad ponendum & articulandum poniq; & articulari videndum in huiusmodi causa p audientiam publicam literarū contradictarū domini nostri Papæ prædictum citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen. Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus tūc dominus &c. contumaces. Et in eorum cont. citationem &c. concessis. Eamq; prout petita extitit & decreta ad duodecimam diem proxime futuram si dies ipsa xii. iuridica fuerit. Alioquin ad primam &c. contigerit. Eundem etiam &c. assignauit.

Iuramentum calumniæ.

Tenor vero citation. andientiç pergameni cedulæ vn. supra sit &c.

AD ARTICVLANDVM.

Cōparuit in iudicio magr̄. N. procura. & cit. aud. lecta x. huius in cont. non articulantiū satisfaciēdo termino dedit articulos uerbo saluo &c. obtinēs ad dandum cōtra ad. ii. diem per aud. contratradictarum.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque positiones & articulos in huiusmodi causa dare aut ex aduerso dari videre curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo nonnullos positiones & articulos de iure partis suæ verbo solum & dumtaxat exhibuit produxit atque dedit protestans nihilominus eosdem latius dare velle facto realiter & in scriptis suis loco & tempore cōgruis & opportun. Et nihilominus eosdem citatos vt infra.

Comparuit in iu

Comparuit &c. Et quendam &c. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque aliquos positiones & articulos in huiusmodi causa dare aut ex aduerso dari videre seu audire curantium contumaciā accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnes & singulos position. & articulos

los pro parte sua in prioribus huiusmodi causæ instan.datos exhibitos & productos hic repetijt,illosq; de nouo verbo solum & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit.In quantum tamen pro se parteq; sua & contra dictos citatos faciant seu facere quomodolibet censeantur & nõ alias aliter nec alio modo de quo protestatus fuit & protestabatur:Et insuper nonnullos positiones & articulos de iure partis suæ verbo solum & dumtaxat cum protestatione expressa de dando & exhibendo eosdem latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis exhibuit produxit atque dedit.Et nihilominus &c.vt infra.

Comparuit &c.Et quandam &c.Citatorumq; in eadem contentorum non comparen.Neque aliquos positiones & articulos in huiusmodi causa dare aut ex aduerso dari videre seu audire curan.contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari.Et in eorum cont.huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo omnes & singulos position. & articulos in partibus pro parte sua in huiusmodi causa datos exhibitos & productos.Inquantum tamen pro se & parte sua & contra dictos citatos faciãt seu quolibet facere videantur & non alias aliter nec alio modo hic repetijt illosq; de nouo verbo solum & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit.Et insuper nonnullos alios positiones & articulos de iure partis suę verbo solum & dumtaxat exhibuit produxit atque dedit cum protestatione de dãdo eosdem latius facto realiter & inscriptis &c.& opportunis. Et nihilominus &c.vt infra.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium.Neque aliquos positiones & articulos in huiusmodi causa dare seu ex aduerso dari videre seu audire curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari.Et in eorum cont.huiusmodi diei termino pro se & parte sua satisfaciendo nonnullos positiones & articulos de iure partis suæ facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit.

Et nihilominus dictos citatos vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel inscriptis contra huiusmodi positiones & articulos sit vt præmittitur in huiusmodi causa (repetitos) datos exhibitos & productos dicere siue excipere uoluerint inquantum articuli.Necnon ad respõdendum eisdem inquantum positiones existant siue esse censeantur per audientiam &c.citari mandari ad aliquem certum &c.postulauit. Memoratus tunc &c.ut supra.

Tenor uero citation.&c.

Mandat &c.ut supra quatenus duodecima die proxime futura si dies ipsa duodecima iuridica fuerit alioquin prima die iuridica ex tunc proxime & immediate sequen.compareant legitime coram eo ad articulãdum articularíq; uidendum in causa & causis &c.ut su.

AC DICENDVM CONTRA ARTICVLOS.

Comparuit &c.& quandam &c.Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium.Neque quicquàm uerbo uel inscriptis contra su pradictos positiones & articulos superius ut præmittitur in huiusmodi

dicio magr̃. N. ꝓcur.& data.cit. aud. lcã.ii. mẽsis N.in cont.nõ articulantiũ satisfaciendo termino repetiit articulos in prioribus instan.dat.inquantũ &c.dans alios uerbo saluo &c. obtinuit ad dicẽdum cõtra ad.ii. diẽ per audiẽtiã cõtradictarum.

Cõparuit in iudicio magr̃.N.pro cura.& data cit. aud.lecta heri in cont.citatorũ nõ articulantiũ satisfaciẽdo termino repetiit articulos ĩ partibus datos inquãtũ &c. dãs alios uerbo saluo &c. obtinuit ad dicendũ contra ad.i. diẽ per audien. contradictarum.

Cõparuit in iudicio magr̃.N.pro cur.&da.cit.aud. lecta heri in cõt. satisfaciendo termino dedit articulos partis suæ facto tenoris &c. obtinuit ad dicẽdum cõtra ad.ii. diem per aud.cõtradictarum.

Cõparuit in iudicio magr̃. N.pro cur.& data citat.

aũdiẽtię lcã.iiii. huius cont. citatorũ nihil dñtiũ contra articulos obtinuit ad producẽdũ oĩa ad.ii. diẽ per audien. contradictarum.

causa pro parte sua datos exhibitos & productos dicere siue excipere inquantum articuli. Neque eisdem inquantum positiones existant siue «ic censeantur respondere curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam eosdem citatos vlterius ad exhibendum & producendum exhiberiq; & produci videndum omnia & singula acta actitata literas scripturas processus instrumenta iura & munimenta quæcunque quibus partes hincinde in huiusmodi causa vti & se iurare voluerint per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen. Quem etiam sibi &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces. Et in eorum cont.citationem &c.decreta ad secundum &c. contigerit per audientiam &c. mandauit. Eundem &c. assignauit.

Tenor vero citation. audien.pergameni cedulæ vnde supra &c.

Mandat &c. vt supra quatenus secunda die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad dicendum contra articulos in termino substã tiali dat.in causa & causis &c.

Vel sic, si sunt dati articuli facto.

Mandat &c. quatenus prima die iuridica &c. contigerit. Compareant in iudicio &c.ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra positiones & articulos in huiusmodi causa facto datos dicere siue excipere voluerint. Necnon ad videndum eosdem articulos in eadem curia & extra eam ad probandum admitti. Et postquam admissi fuerint ad videndum iurare testes super recognition.& tota causa. Ac postquam iurauerint ad dandum interrogatoria iuxta quæ eosdem testes examinari voluerint per totam illam & sequen.dies in causa & causis &c.

AD PRODVCENDVM OMNIA.

Cõparuit in iudicio magr̃. N.procura. & data cit. aud.lcã ui huius ĩ cõt.satisfaciẽdo termĩo dedit oĩa uerbo saluo &obtinuit ad dñdum contra.ii. diẽ per aud. contradict.

DIe &c. Comparuit &c. Et quandam &c. Citatorumq; in eadem contentorum non comparen. Neque omnia & singula acta actitata literas scripturas processus & instrumenta iura & munimenta quæcunque quibus partes in huiusmodi causa vti & se iuuare voluerint producere & exhibere aut ex aduerso produci & exhiberi videre seu andire curan. contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo nonnulla iura & munimenta verbo solum & dumtaxat exhibuit produxit atque dedit cum protestatione expressa de dando & exhibendo ea latius facto realiter & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportun. Et nihilominus eosdem citatos &c. vt infra.

Cõparuit in iudicio magr̃. N.procur. & data citat. aud.lecta.heri.x. huius in cõt.non pduct.satisfaciẽ-

Comparuit &c.reputari. Et in eorum contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo nonnulla iura & munimenta videlicet quasdam literas apostolicas fœ.re. Clementis Papæ.vij. gratiæ expectatiuæ præfato domino.N. principali suo per eundem dominum Clementem Papam vij. gratiose fact. unam videlicet gratiosam cum filis sericeis rubei croceiq; coloris, Aliam vero executiuam cum corda canapis veris

ris bullis plumbeis dicti domini Papæ more Ro.cu.impenden.bullatas sanas siquidem & integras non vitiatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio & suspitione carentes. Necnon quendam processum desuper confectum & fulminatum ac signo & subscriptione solit.& consuet. discreti viri.N.clerici.N. diœce.publici apostolica & imperiali auctoritatibus notarij signatum & subscriptum. Ac quodam sigillo oblõgo Episcopi.N.vnius ex executoribus in dictis literis apostolicis deputat.in cera rubea albæ impressa vt prima facie apparebat sigillatum atque munitum. Necnon etiam quoddam mãdatum procuration. dicti domini.N.principalis siue constitution. procuratorum publicum instrumentum ad prosequendum dictam suam gratiam expectatiuam per discretum virum.N.diœc.publicum Imperiali auctoritate notarium. Necnon similiter duo alia instrumenta publica. Vnam videlicet acceptation. & prouision.de parrochiali ecclesia.N. de qua in præsenti causa agitur dicto suo principali & per eum factorum. Aliud vero insinuation.& publication.acceptation. & prouision. prædictorum per discretum virum.N. clericum.N.diœc. publicum imperiali auctoritate notarium vt similiter prima facie apparebat subscripta pariter & signata facto realiter & in scriptis infrascriptorum tenorum exhibuit produxit atque dedit. Vel sic, quasdam literas apostolicas mandari de prouidendo &c.

do termino producit omnia iura partis suæ facto tenoris &c. obtinuit ad dicendũ cõtra ad.ii. diem per aud.contradictarum.

Et nihilominus eosdem citatos vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra huiusmodi iura & munimenta sic vt præmittitur data exhibita & producta dicere siue excipere voluerint per audientiam publicam contradictarum domini nostri Papæ citari mãdari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus &c.vt supra in præcedenti.

Tenor vero citation.&c.

Mandat &c.quatenus facienda die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad producendum omnia in termino substantiali in causa & causis &c.

AD DICENDVM CONTRA PRODVCTA.

Comparuit in iudicio &c.Et quandam &c. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque quicquam verbo vel in scriptis contra iura & munimenta superius vt præmittitur in huiusmodi causa data exhibita & producta dicere siue excipere curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam eosdem citatos ulterius ad declarandum aut ex aduerso declarari uidendum quicquid partes hincinde in huiusmodi causa uerbo uel in scriptis declarare uoluerint necnon ad iurandum & deliberandum iurariq; & deliberari uidendum de calumnia uitanda & ueritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramẽto content.& comprehensis de & super tota causa præsenti per audientiã publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictã citari

Cõparuit in iudicio magr.N.procura. & data cit. aud. lcã. xii. huius in cont. nihil dicentiũ cõtra ꝓducta obtinuit ad declarandum & iurandũ de calũnia ad.i. diẽ per aud. contradict.

mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem. Quem etiam sibi &c. per dominum auditorem &c.postulauit. Memoratus tunc &c.contumaces. Et in eorum contumaciam citationem &c.mandauit. Eundem etiam &c.assignauit.

Tenor vero citationis &c.

Mandat &c.quatenus secunda die iuridica &c.ad dicẽdum contra producta in termino substantiali in causa & causis &c.uel sic mandat &c.quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad dicendum contra ultimo producta & repetita in causa & causis &c.

AD DECLARANDVM.

Cõparuit in iudicio magr̃. N.procur.& data. cita. aud.lecta heri in cont.nihil declarantiũ satisfaciẽdo termino dixit nihil aliud declarare uelle &c. & recessit.

COmparuit in iudicio &c. Et quandam &c.Citatorumq; in eadem contentorum nõ comparen.Neque quicquam uerbo uel in scriptis in huiusmodi causa declarare aut ex aduerso declarari uidere seu audire curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari per dominum Auditorem præfatum debita cum instan. postulauit. Et in eorum contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo se pro præsenti in huiusmodi causa nil aliud quam superius declaratum est uelle declarare allegando dixit & allegauit. Memoratus &c.contumaces.

Idem procur. repetita cit. audiẽ. in cont.cit. nõ iurantium de calũnia per dñm admissus iurauit in forma tact.&c.

Deinde idem magister.N.procurator ibidem adhuc præsens & nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparens antedictam citationis audien.pergameni cedulam superius per eum in huiusmodi causa datam quo ad certam eius clausulam in ea retentam uidelicet ad iurandum & deliberandum iurariq; & deliberari uidendum de calumnia uitanda & ueritate dicenda cum omnibus & singulis clausulis & capitulis in & sub calumniæ iuramento content. & comprehensis hic repetiit eamq; de nouo uerbo solum & dumtaxat iudicialiter reproduxit citatorumq; in eadem contentorum &c. utsupra in termino ad iurandum de calumnia usque præstitit calumniæ iuramentum.

Cõparuit in iudicio magr̃. N.procu.& da.cit.aud. lcã heri in cont. nihil declarãtiũ satisfaciendo termino loco declarationũ repetijt oĩa uerbo inquãtũ &c.& insup allegauit nil aliud declarar̃ uelle obtinuit ad dicẽdũ cõtra ad.i. diem per audien. contradictarum.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparen.neque quicquam uerbo uel in scriptis in huiusmodi causa declarare aut ex aduerso declarari uidere seu audire curan.contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari.Et in eorum contumaciam huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciendo loco declarationum omnes & singulos positiones & articulos.Necnon iura & munimenta quæcunque pro parte sua in huiusmodi causa dat.exhibit. & product. inquantum faciant pro se & dicta parte sua & contra dictos citatos & non alias aliter nec alio modo uerbo solum & dumtaxat reexhibuit atque reproduxit. Et insuper se in huiusmodi causa pro præsenti nihil aliud uelle declarare allegando dixit & allegauit. Et nihilominus eosdem citatos ulterius ad dicendum & excipiendum quicquid uerbo uel inscriptis contra huiusmodi iura & munimenta sic ut præmittitur loco declarationum repetita dataq; exhibita & producta dicere siue excipere uoluerint per publicam audientiam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam citari mandari ad aliquem

certum

certum peremptorium terminum competen. per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc &c. vt supra.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparen. Neque quicquã verbo vel in scriptis in huiusmodi causa declarare aut ex aduerso declarari videre seu audire curan. contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. huiusmodi diei termino pro parte sua satisfaciẽdo se pro præsenti in huiusmodi causa nil plus quã superius declaratũ est velle declarare allegando dixit & allegauit. Et nihilominus eosdem citatos vlterius ad concludendum in huiusmodi causa & ex aduerso cõcludi videndum. Vel dicendum & causam si quam habeant rationabilem quare in huiusmodi causa concludi non debeat allegandum per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen. Quem &c.

Comparuit in iudicio magister. N. procurator & data cit. aud. heri lcã in cõt. nihil declarantium satisfaciẽdo termino dixit se nil declarare velle obtinuit ad conclu dend. ad .i. diem per audien. contradictarum.

Tenor vero citation. audientiæ &c.

Mandat &c. quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad declarandum & iurandum de calumnia in causa & causis &c.

REITERATIO TERMINORVM PER AVdientiam contradictarum.

COmparuit magister. N. procurator &c. Et quandam citationem audientiæ pergameni cedulam &c. atque præsentauit. Citatorumq; &c. Neque omnes & singulos terminos &c. contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cont. se ad reiterationem &c. postulauit. Memoratus &c. dictos citatos non comparen. &c. contumaces. Et in eorum &c. admisit. Qui dum sic admissus fuerat statim & incontinenti ipsum dominum auditorem eiusq; iurisdictionem tanquam iudicem sibi partiq; suæ competen. expresse consentiendum duxit & consensit. Et nihilominus sibi partiq; suæ necnon dictis citatis ad dandum & recipiendũ &c. libellum &c. postulauit. Quem quidem terminum &c. ad statim &c. assignauit. In quo quidem termino idem magister. N. procurator &c. comparens. Et dictam citation. audientiæ pergameni cedulam sic ut præmittitur per eum productam hic repetiit eamq; de nouo verbo solum & dumtaxat reproduxit, Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque aliquem libellum &c. ut supra. in processu per cursorem &c. in contumaciam partis aduersæ mutatis mutandis.

Procurator data citatiõe audien. obtinuit se admitti in cont. ad reiterationẽ terminorum.

De iuramento in supplemen. probation. & dation. cedulæ petitionis vnde supra.

AD CONCLVDENDVM.

COmparuit &c. Et quandam &c. Citatorumq; in eadem contentorum non comparen. Neque in huiusmodi causa concludere aut ex aduerso concludi videre seu audire, Neque aliquam causam si quam habeant

Comparuit in iudicio magister. N. procurator &

da.cit. aud. lecta heri in cont. citatorũ obtinuit cõcludi retenta potestate &c. Præsentibus &c.

rationabilem quare in huiusmodi causa concludi non debeat allegare curantium contumaciam accusauit ipsosq́ contumaces reputari. Et in eorũ contumaciam quantum in eo fuit & erat in huiusmodi causa sponte conclusit secumq́ concludi & pro concluso haberi per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc &c. contumaces & in eorum contumaciam una cum dicto magistro. N. procuratore vt præmittitur concludente & secum in huiusmodi causa concludi & pro concluso haberi peten. & postulan. more solito in huiusmodi causa duxit concludendum & conclusit habuitq́ & habere voluit in eadem pro sufficienter concluso. Retenta sibi nihilominus potestate plenaria eandem conclusionem reuocandi toties quoties sibi in posterum placuerit & videbitur expedire. Præsentibus ibidem &c.

AD CONCVDENDVM ET AVDIENDVM sententiam.

Comparuit in iudicio magister. N. procurator & data cit. aud. heri lecta in cont. citatorũ obtinuit concludi & sentẽtiam ferri prout in cedula quam dñs legit tenoris &c. super quibus præsentibus &c.

COmparuit &c. Et quandam &c. Citatorumq́ in eadem contentorum non comparentium. Neque in causa concludere aut ex aduerso concludi videre. Nec diffinitiuam in præsenti causa ferri & in scriptis promulgari sententiam audire. Neque aliquam causam &c. allegare curantium contumaciam accusauit ipsosq́ contumaces reputari. Et in eorum contumaciam quantum in eo fuit & erat in huiusmodi causa sponte conclusit secumq́ concludi & pro concluso haberi. Nec non diffinitiuam pro se & parte sua & contra dictos citatos iuxta & secundum cuiusdam petitionis sententiæ diffinitiuæ papyri cedulæ quam tunc idem magister. N. procurator ibidem facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit formam continentiam & tenorem in scriptis ferri & promulgari sententiam per dominum &c. postulauit. Memoratus tunc &c. contumaces. Et in eorum contumaciam vna cum dicto magistro. N. procuratore in huiusmodi causa vt præmittitur concludente secumq́ concludi & pro concluso haberi postulan. more solito concludendum duxit & conclusit habuitq́ & habere voluit in eadem pro sufficienter concluso. Et nihilominus visis primitus &c. vt supra.

Comparuit in iudicio magister. N. procurator & data cit. audien. lecta heri in cõt. citatorũ obtinuit sentẽtiã ferri ꝓut in cedula quã dñs legit tenoris &c. super quibus præsentibus &c.

Citatorumq́ in eadem contentorum non comparentium. Neque diffinitiuam in huiusmodi causa in scriptis ferri & promulgari sententiam videre seu audire curan contumaciam accusauit ipsosq́ contumaces reputari. Et in eorum contumaciam in huiusmodi causa pro se & dicta parte sua ac contra dictos citatos siue partim in huiusmodi causa aduersam iuxta & secundum præfatæ desuper productæ pro parte sua superius ut præmittitur in huiusmodi causa datæ & oblatæ petitionis formam continentiam & tenorem in scriptis ferri & promulgari sententiam per dominum auditorem &c. postulauit. Memoratus &c. cont. Et in eorum contumaciam &c. vt supra.

Tenores vero citation. audien. pergameni. Necnon petitionis & pronũciationis diffinitiuæ sententiæ papyri cedularum vnde supra fit mentio sequuntur & sunt tales.

Mandat &c.quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad videndum reiterari terminos in vim bullę. Innocētianę & differri iuramentum in supplementum plenę probationis & iurari. Nec non ad concludendum & audiendum sententiam in causam & causis &c.

Terminus mixtus quando proceditur per audien. & per cursorem.

Comparuit &c.Citatorumq; in eadem contentorum, Necnon partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentium, neque &c. Et in eorum contumaciam dictos citatos per audientiam publicam literarum cōtradictarum domini nostri Papæ prædictam ac dictam partem sibi in huiusmodi causa aduersam per aliquem domini nostri Papæ cursorem vlterius ad dicendum &c.citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competen. Quem etiam sibi &c.per dominum &c.postulauit. Memoratus tūc dominus auditor dictos citatos necnon partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentes, Neque &c.cōtumaces. Et in eorum contumaciam &c.ad primam &c. sedere contigerit per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ, ac quēcunque dñi nři Papæ cursorē qui desuper legitime requisitus fuerit respectiue per emptorie fieri voluit atque mādauit. Eundē ēt terminum &c.assignauit.

DE TAXATIONE EXPENSARVM ET DECRETO literarum executorialium.

Quando proceditur per cursorem.

ET quandam designationis expensarum pro se & parte sua in huiusmodi causa factarum & habitarum papyri cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit, taxans & taxari volens prout & quemadmodum in eadem designationis expensarum papyri cedula. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur & habetur. *Procurator dedit cedulam designation.expensarum facto.*

Et quandam designationis expensarum pro se & parte sua prædicta tā in prima & secunda quam in huiusmodi tertia causæ instantiis factarum & habitarum papyri cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit &c.vt supra in præcedenti. *Procurator dedit cedulam designation.expensarū in prima secūda & tertia instātiis factarum facto &c.*

Tenor vero designationis expensarum papyri cedulæ vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, Neque quicq̄ verbo vel in scriptis contra supradictum ipsi dño auditori vltimo factam & præsentatam commissionem dependen. dicere siue excipere cu rantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam quandam designationis expensarum pro se & parte sua in huiusmodi causa factarum & habitarum papyri cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus eandem partem aduersam vlterius ad videndum & audiendū omnes & singulas expensas pro parte sua in huiusmodi causa habitas *Procur in cont. nō dicētis cōtra cōmissionē depē dē.dedit cedulā designation. expē.facto obtinēs ad vidēdū taxari expen.ad.i. diē p.q.c.*

et factas taxari moderari vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare id fieri non debeat allegandum per aliquem domini nostri Papæ cursorem citari mandari ad aliquem peremptorium terminum competentem per dominum Auditorem præfatum debita per cum instãtia postulauit. Memoratus tunc dominus auditor &c. contumacem.

Et in eius contumaciam &c. concessit. Eamq; &c. concessa ad primam diem &c. contigerit per aliquem &c. mandauit. vt supra in citatione cum contumacia.

Procurator data cedula designation. facto in cont. obtinuit expen. taxari ad xx. duca. Præsentibus &c.

Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparẽtis. Neque omnes et singulas expen. pro se & parte sua in huiusmodi causa habitas et factas taxari et moderari videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam quandam designationis expensarum pro se et parte sua in huiusmodi causa habitarum & factarum papyri cedulam facto realiter et in scriptis infrascripti tenoris exhibuit dedit atque produxit. Et nihilominus expen. pro se et parte sua in hac causa habitas et factas iuxta et secũdum eiusdem designationis expensarum papyri cedulæ vt præmittitur datę oblatæ exhibitę et productæ formam continentiam et tenorem taxari et moderari per dominum auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc dominus &c. vt infra.

Comparuit. N. ꝓcurator in cõt. obtinuit taxari expen. secũdum tenorem cõmissionis depen. & cedulã designation. ad xx. duc.

Et partis &c. neque omnes et singulas expensas in huiusmodi causa pro parte sua habitas et factas taxari et moderari videre seu audire, neque aliquam causam rationabilem quare hoc fieri non debeat allegare curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam expensas pro parte sua in huiusmodi causa sic vt præmittitur habitas et factas iuxta et secundum præfatæ designationis expen. papyri cedulæ alias vt præmittitur per eum seu eius partem datæ et oblatę ac depẽdentis commission. ipsi domino auditori vltimo vt præmittitur desuper factæ et præsentatæ formam continentiam et tenorem taxari et moderari per dominum Auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc dominus auditor dictam partem &c. contumacem. Et in eius contumaciam supradictas expensas pro parte dicti magistri. N. procuratoris in huiusmodi causa coram eo habitas et factas. Vel supradictas expensas pro parte ipsius magistri. N. procuratoris tam in prima et secunda quam in tertia huiusmodi causæ instantiis habitas et factas, et ad xx. floren. auri de camera boni & iusti ponderis dicto domino. N. principali seu eius legitimo procuratori ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti dandum soluendum tradendum ac realiter et cum effectu asignãdum prouida moderation. præuia in scriptis taxandum duxit et moderandum taxauit atque moderauit. Recepto nihilominus ab eodem magistro. N. procuratore et per ipsum ad mãdatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia corporaliter præstito iuramento ꝙ dictus dominus. N. principalis suus tãtum & ultra in & ꝓ prosecution. litis & causę hmõdi expendisset seu necessario expendere & exponere habuisset & haberet. De & super quibus omnibus & singulis dictus magister. N. procurator nomine quo supra ꝓcuratorio a me præsentis causæ notario atque scriba prædicto &c. vt supra.

Compa-

Cōparuit magister N. procurator etc. Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non comparentis, Neque omnes & singulas expensas pro se & parte sua in huiusmodi causa quomodolibet vt præfertur habitas & factas taxari & moderari, Neque literas siue processus executoriales iuxta & secundum vim formam continentiam & tenorem dependentis commissionis vltimo in hac causa desuper factæ & præsentatę decerni & concedi videre seu audire, Neque causam rationabilem &c. allegare curantis contumaciam accusauit ipsamq; contumacem reputari. Et in eius contumaciam quandam designationis expensarum pro se & parte sua in huiusmodi causa vt præmittitur factarum & habitarum papyri cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit produxit atque dedit. Et ipsas expensas iuxta & secundum eiusdem designationem expensarum papyri cedulæ formam continentiam & tenorem taxari & moderari, ac etiam prædictas literas siue processus executoriales in forma solita & consueta sibi, partiq; suæ decerni & concedi iuxta & secundum prænarratæ commissionis dependen. vim, formam, & tenorem per dominū &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem. Et in eius contumaciam supradictas expēsas pro parte dicti magistri N. procuratoris in huiusmodi causa habitas & factas ad decem florenos auri de camera boni & iusti ponderis dicto domino N. principali seu eius legitimo procuratori ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti per prænominatum N. ex aduerso principalem dandos, soluendos, tradendos, ac realiter & cum effectu assignandos prouida moderatione præuia in scriptis duxit taxandum atque taxauit. Recepto nihilominus &c. vt supra vsque habuisset & haberet. Et insuper dominus Auditor præfatus ad dicti magistri N. procuratoris instantiam vlteriorem suam in hac causa superius latam & promulgatam sententiam exequi & executioni debitæ demandari, iuxta prædictæ commissionis tenorem, easdem literas siue processus executoriales extra Romanam curiam, & ad partes in forma solita & cōsueta præfato magistro N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ decreuit atque concessit. Easq; prout petitæ extiterant decretæ atque concessæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq; sigilli appensione communiri voluit atque mandauit, Prout & quemadmodū in quodam publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. De & super &c. Præsentibus ibidem discretis N. & N. notariis publicis, dictiq; domini Auditoris, & coram eo scribis clericis N. N. diœce. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Procur. data cedula designatio. expen. facto in cōt. obtinuit expen. taxari. N. recepto iuramēto &c. & literas execut. decerni præsentibus &c.

Comparuit etc. Neque ad executionem diffinitiuarum in hac causa pro parte sua latarum sententiarum & expensarum in eadem causa pro parte sua factarum taxationem & moderationem procedi, literasq; siue processus executoriales desuper necessarias & opportunas extra Rom. cu. & ad partes in forma solita & consueta iuxta prænarratæ commissionis dependen. vim, formam & tenorem sibi partiq; suæ decerni & concedi, videre seu audire curantis contumaciam accusauit, ipsamq; contumacem

Procur. in cont. obtinuit decerni literas executoriales.

reputari. Et in eius cont. ad præfatarum diffinitiuarum in huiusmodi causa pro parte sua vt præmittitur latarum sententiarum execution. & huiusmodi expensarum taxationem procedi. Necnon literas &c. tenorem sibi partiq; suæ decerni & concedi per dominum Audi. præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc &c. contumacem. Et in eius contumaciam supradictas diffinitiuas latas sententias & expen. taxationem exequi & executioni debitæ demandari iuxta &c. vt supra per totum.

Quando proceditur per audientiam contradictarum.

Procura. dat cit. audiē. accusauit cont. non dicentium contra cōmissionē depen. & dans cedulam designation. expen. facto obtinuit ad videndū illas taxari.

Comparuit &c. Et quandam etc. Citatorumq; in eadem contentorum non comparen. Neque quicquam verbo vel in scriptis contra supra dictā ipsi domino Auditori factam & præsentatam commissionem dependen. dicere siue excipere curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam quandam designationis expensarum pro se & parte sua in huiusmodi causa factarum & habitarum papyri cedulam facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris exhibuit, produxit atque dedit designans, taxans taxariq; volens & petens. Aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum in eadem designation. expensarum papyri cedula. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur. Et nihilominus eosdem citatos vlterius ad videndum & audiendum omnes & singulas expen. pro parte sua in huiusmodi causa habitas & factas taxari & moderari. Vel dicendum & causam etc. allegandum per audientiam etc. citari mandari ad aliquem etc. postulauit. Memoratus etc. vt infra.

Procur. data cedula expē. facto in cont. obtinuit expen. taxari ad duc. N. Recepto iuramento super quibus præsentibus.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque omnes & singulas expen. in huiusmodi causa pro parte sua habitas & factas taxari & moderari, videre seu audire curantium contumaciam accusauit ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam quandam designationis expensarum pro parte sua in huiusmodi causa factarum & habitarum papyri cedulam facto realiter etc. atque dedit. Et nihilominus expen. pro parte sua prædicta vt præmittitur in hac causa habitas & factas iuxta & secundum eiusdem designation. expensarum papyri cedulæ vt præmittitur datæ & oblatæ exhibitæ & productæ formam continētiā & tenorem taxari per dominum etc. postulauit. Memoratus etc. vt infra.

Procur. in cont. obtinuit expen. taxari in prima & secunda instātiis factas.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium, Neque omnes & singulas expen. pro parte sua tam coram Reuerendis patribus dominis N. in prima & N. in secunda sacri palatij Apostolici causarum & huiusmodi causæ auditoribus quàm domino N. Audito, præfato in tertia huiusmodi causæ instantiis habitas & factas taxari & moderari videre seu audire. Neque aliquam causam etc. allegare curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum cōtumaciam supradictas expensas pro parte sua tam coram dictis dominis N. in prima & N. in secunda quàm ipso domino N. auditoribus in tertia huiusmodi causæ instantiis habitas & factas iuxta & secundum præfatæ designation. expensarum papyri cedulæ alias pro parte sua datæ & oblatæ ad ant edictæ dependen. vltimo, ipsi domino auditori desuper vt præmittitur factæ & præsentatæ commissionis vim, formam continentiam & tenorē taxari & moderari per dominum etc. postulauit.

Memoratus tunc dominus Auditor dictos citatos etc. contumaces. Et in eorum contumaciam supradictas expen. coram eo in huiusmodi causa pro parte dicti magistri N. procuratoris habitas & factas ad xxv. flore. auri de camera boni & iusti ponderis dicto domino N. principali suo seu eius legitimo procuratori ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti dandũ soluendum tradendum, ac realiter & cum effectu assignandos prouida moderatione præuia in scriptis taxandum duxit & moderandum, taxauitq; pariter & moderauit. Recepto nihilominus etc. vt infra.

Taxatio expensarum.

Et in eorum contumaciam supradictas expen. pro parte ipsius magistri N. procuratoris tam in prima & secunda quam tertia huiusmodi causæ instan. habitas & factas ad xxx. flo. auri de camera boni & iusti ponderis dicto domino N. principali suo seu eius legitimo procuratori ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti dandum soluendum tradendum realiter & cum effectu assignandum prouida moderatione prēuia in scriptis taxandum duxit & moderauit.

Taxatio expensarum.

Recepto nihilominus ab eodem magistro N. procuratore per ipsum ad mandatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia præstito iuramento quod dominus N. principalis tantum & vltra in & pro prosecutione litis & causæ huiusmodi expendisset & exposuisset seu necessario expendere et exponere habuisset & haberet. De et super quibus omnibus et singulis præmissis dictus magister N. procurator nomine quo supra procuratorio a me præsentis causæ notario atque scriba prædicto vnum vel plura publicum seu publica sibi partiq; suæ prædictæ fieri atque confici petiit instrumentum et instrumenta. Præsentibus etc.

Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque omnes et singulas expensas pro parte ipsius magistri N. procuratoris in huiusmodi causa habitas et factas taxari et moderari nec sequestrum fructuum reddituum, et prouentuum parrochialis ecclesiæ N. seu canonicatus et præben. N. diœce. alias per Reuerendum patrem dominum N. in huiusmodi causa Auditorem appositum, decretum et concessum tolli et relaxari. Nec sententiam diffinitiuam supradictam vt præmittitur in huiusmodi causa latam et expensarum taxationem huiusmodi exequi ac debitę executioni demandari literasq; siue processus executoriales desuper necessarias et opportunas in forma solita et consueta decerni et concedi videre seu audire. Nec aliquam causam rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegare curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam omnes et singulas expensas supradictas pro parte sua in huiusmodi causa habitas et factas iuxta et secundum prædictæ designationis expensarum papyri cedulam taxari et moderari sequestrumq; huiusmodi vt præmittitur appositum decretum et concessum tolli et relaxari. Necnon diffinitiuam sententiam supradictam pro parte sua latam ac expensarum taxationem huiusmodi exequi ac debitę executioni demãdari, literasq; siue processus executoriales desuper necessarias et opportunas in forma solita et consueta iuxta et secundum supradictæ ipsi domino Auditori desuper vltimo

Procur. in cont. obtinuit expen. taxari et sequestrũ alias in huiusmodi causa appositum tolli et relaxari et literas executoriales in forma decerni præsentibus etc.

vt præfertur factæ & præsentate commissionis dependen. vim formam continentiam & tenorem sub suo sigillo decerni & cõcedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc &c.contumaces. Et in eorum contumaciam supradictas expẽsas pro parte dicti magistri N.procuratoris in huiusmodi causa coram eo habitas & factas ad quadraginta florenos auri de camera boni & iusti ponderis dicto domino N.principali etc.vtsupra in præcedenti vsque habuisset & haberet. Necnon sequestrum fructuum, reddituum & prouentuum parrochialis ecclesiæ N.diœc.per R.P.D.N.Auditorem alias vt præmittitur appositum decretum & concessum ad dicti magistri N. procuratoris instantiam relaxandum duxit & relaxauit. Et nihilominus præfatam sententiam diffinitiuam & expensarum taxationem huiusmodi iuxta & secundum præfatæ dependen.ipsi domino Auditori desuper factæ & præsentatæ commissionis vim, formam, continentiam & tenorem exequendum fore declarauit, literasq́ siue processus executoriales desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta suo sigillo decernendo & concedendo. Easq́ prout petitæ extiterãt & decretæ per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi, suiq́ sigilli appensione cõmuniri voluit, iussitq́ pariter & mandauit. Prout et quemadmodum in quodam literarum siue processuum executorialium huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum in notam recepto. Cuiusq́ principii tenor inferius est insertus plenius continetur et habetur. Præsentibus etc.

Prour. in cont. obtinuit literas executoriales decerni per ædictũ publicũ exequendum in Ro. cu. in locis cõsuetis et extra eam in locis N.et N.ecclesiarum valuis etc. in forma præsentis.

Citatorumq́ in eadem contentorum non comparentium. Neque supradictam sententiam diffinitiuam superius vt præmittitur in huiusmodi causa pro parte sua latam ac expensarum taxationem huiusmodi exequi et executioni debitæ demandari literas siue processus executoriales, etiam per edictum publicum, desuper necessarias et opportunas in forma solita et consueta decerni et concedi videre seu audire. Nec aliquam causam quare etc.allegare curantium contumaciam accusauit, ipsosq́ contumaces reputari. Et in eorum contumaciam sententiam diffinitiuam et expensarum taxationem huiusmodi supradictam exequi et executioni debitæ demandari, literasq́ siue processus executoriales desuper necessarias et opportunas ac conuenientes in forma solita et consueta per ædictum publicum in Romana curia in locis solitis et cõsuetis, et extra eam et in partibus in locis circumuicinioribus exequendum et publicandum iuxta et secundum prædictæ ipsi domino Auditori desuper vt præmittitur vltimo factæ et præsentatæ commissionis vim, formam, continentiam, et tenorem suo sub sigillo extra Romanam curiam et ad partes in forma solita et consueta decerni et concedi per dominum Auditorem præfatum debita cum instantia postulauit. Memoratus tunc dominus Auditor etc.contumaces. Et in eorum contumaciam attendens quod parum esset ac prodesset sententias ferri ac expensas taxari nisi debitę executioni demandarentur præfatam sententiam diffinitiuam et expensarum taxationẽ huiusmodi iuxta et secundum dictæ dependentis ipsi domino auditori desuper factæ et præsentate commissionis vim formam continentiam et

tenorem

tenorem per audientiam publicam prænarratam Romæ in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ vt moris est legendum & publicandum. Necnon in basilica principis apostolorum de vrbe & audien.causarum palatij apostolici.Extra dictam vero curiam & in partibus in.N.&.N.parrochialium ecclesiarum valuis seu portis tanquam locis circumuicinis & conuenientibus affigendum & exequendum fore ac debitæ executioni demandandum declarandum duxit & declarauit, literasq; siue processus execu toriales desuper necessarias & opportun extra dictam Roma.cu.& ad partis in forma solita & consueta suo sub sigillo nihilominus decreuit atque concessit.Fasq; prout petitæ extiterant & decretę per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde fieri & subscribi,necnon sui sigilli appensione communiri voluit iussitq; pariter & mandauit. Aliasq; & alia fecit prout & quemadmodum in quodam literarum siue processuum executorialium huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discret.viris magistris .N.&.N. notarijs publicis,dictiq; domini auditoris & coram eo scribis clericis.N.&.N.testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenor uero literarum executorialium per edictum publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

Vniuersis & singulis christi fidelibus & præsertim Italicæ nation. Petrus Vorstius Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus Aquen. For. instr.72.usque ad 79.

Quando literæ executoriales reproducuntur execute.

Comparuit in iudicio &c.seden.magister.N.procurator &c.Et literas executoriales alias per.R.p.d.N.auditorem præfatum extra Ro.cu.& ad partes prout superius in actis causæ registratæ reperiuntur contra & aduersus.N.ex aduerso principalem decretas atque concessas hic repetijt,ipsasq; literas executoriales & earum executionem in dictis partibus contra & aduersus.N.ex aduerso principalem factam & de eisdem partibus ad Ro.cu.reportatam verbo solum & dumtaxat cum protestatione de dando & exhibendo eandem executionem latius facto realiter & inscriptis suis loco & tempore congruis & opportunis exhibuit atque dedit. Et nihilominus eundem.N.ex aduerso principalem omnesq; alios sua communiter vel diuisim interesse putan.eorumq; procuratores si qui sint in Ro. cu pro eisdem vlterius ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra ipsas literas executoriales vt præmittitur ad partes decret.& earum executionem verbo solum & dumtaxat cum protestation. præmissa apud acta causæ huiusmodi reproductas dicere siue excipere voluerit,Necnon ad docendum clareq; demonstrandum se literis executorialibus alias vt præmittitur supradictum.d.N.auditorem pro parte sua in huiusmodi causa decret.execut.ac iudicialiter verba reproduct.iuxta & secundum earundem literarum cōtinentiam & tenorem realiter & cum effectu obediuisse & obtemperasse primo & pro prima dilatione per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ citari mandari ad aliquem certum peremptorium terminum competētem per

Cōparuit in iudicio magr.N. procur. & repetijt literas executoriales prout sunt in act. dans earum executionē uerbo saluo &c.obtinens ad dicendū cōtra literas executoriales &earū executionē ac ad docēdum se illis paruisse primo & pro prima dilation.ad.i. diē per audien.&c.

dominum auditorem &c. postulauit. Memoratus tunc dominus auditor ad dicti magistri N. procuratoris instan. citationem proxime præpetitam ad prænarratos actus faciendum eidem magistro. N. procurator instan. & peten. partiq; suæ decreuit atque concessit. Eamq; prout petita extitit decreta atque concessa ad primam diem iuridicam &c. contigerit per audien. publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ supradictam peremptorie fieri voluit iussitq; pariter & mandauit.

Cōparuit in iudicio magr̄. N. procur. et dat. citat. aud. contradictarū heri lecta accusauit cont. cit. nihil dicentiū contra lr̄as executorales et earū executionem.

Comparuit &c. seden. magister. N. procurator &c. Et quandam citationis audientiæ pergameni cedulam alias ab ipso domino auditore &c. vtsupra exhibuit atque dedit. Citatorumq; in eadem contentorum. Neque quicquam verbo vel in scriptis contra supradictas literas executoriales vt præmittitur per dominum auditorem præfatum decretas atque cōcessas, Necnon earundem executionem vt præmittitur apud acta causæ huiusmodi verbo datam exhibitam productam dicere siue excipere curātium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari per dominum auditorem præfatum &c. postulauit. Memoratus tunc dominus auditor dictos citatos non comparentes &c. contumaces.

Deinde idē procurator repetita cit. aud. contradictarum incont. citatorū non docētiū se paruisse literis executorialibus primo & pro prima dilatione obtinuit ad idē secundo et pro secunda dilatione per audien.

Deinde idem magister. N. procurator ibidem adhuc præsens &c. comparens antedictam citationis &c. productam quo ad certam eius clausulam in ea contentam videlicet ad docendum & demonstrandum se literis executorialibus in huiusmodi causa decretis executis & iudicialiter reproduct. iuxta & secundum earundem literarum continentiam & tenorem in omnibus & per omnia paruisse realiter & cum effectu obediuisse & obtemperasse primo & pro prima dilatione hic repetijt illamq; de nouo &c. reproduxit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque se dictis literis executorialibus in huiusmodi causa per dominum auditorem præfatum decretis & legitime executis & apud acta causæ reproductis realiter & cū effectu in omnibus & per omnia paruisse obediuisse & obtemperasse primo & pro prima dilatione docere seu demōstrare curantium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam eosdem citatos vlterius ad docendum & clare demonstrandum se literis executorialibus prædictis iuxta eorum continentiam & tenorem in omnibus & per omnia realiter & cum effectu paruisse, obediuisse, & obtemperasse, secundo & pro secunda dilatione per audien. publicam literarum contradictarū domini nostri Papæ citari mādari ad aliquem certum peremptorium terminum competentem per dominum auditorem &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces. Et in eorum contumaciam citationem proxime præpetitam &c. ad primam diem &c. contigerit per audien. publicam literarum contradictarum &c. mandauit.

Tenor vero citation. audien. &c.

Mandat &c. quatenus prima die iuridica compareant in iudicio legitime coram eo ad dicendum contra literas executoriales & earum executionem necnon ad docendum se illis in omnibus & per omnia paruisse realiter & cum effectu primo & pro prima dilatione in causa & causis.

Cōparuit. N. procurator data cit,

Comparuit &c, vtsupra, & quandam citationis audien. pergameni cedulam

dulam &c. dedit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium. Neque se literis executorialibus &c. vtsupra obtemperasse secundo & pro secunda dilatione docere seu demonstrare curantium &c. reputari. Et in eorum contumaciam eosdem citatos vlterius ad docendum &c. obtemperasse tertio & pro tertia dilatione &c. citari mandari &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces. Et in eorum contumaciam citationem proxime præpetitam &c. ad primam diem &c. contigerit per audientiam &c. mandauit.

heri lecta in cōt. citatorū non docentiū se paruisse lr̄is executorialibus secundo et ꝓ secunda dilat. obtinuit ad idē tertio et ꝓ tertia dilation. ad. i. diem per audien, etc.

Tenor vero citation. &c.

Mandat &c. quatenus prima die &c. coram eo ad docendum se paruisse literis executorialibus coram eo decretis & legitime executis secundo & pro secunda dilatione in causa & causis &c.

Comparuit &c. Et quandam citationis audientiæ pergameni cedulam &c. dedit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium, Neque se literis executorialibus &c. vtsupra obtemperasse tertio & pro tertia dilatione docere seu demonstrare curantium &c. reputari & in eorum contumaciam eosdem citatos vlterius ad docendum &c. obtemperasse quarto & pro quarta dilatione &c. superabundanti ad omnium illorum malitiam conuincendam citari mandari &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces. Et in eorum contumaciam citationem proxime præpetitam &c. ad primam diem &c. contigerit per audien. publicam &c. mandauit.

Cōparuit in iudicio. N. procur. et data cit. aud. contradictorū heri lecta in cont. citatorum non docentium se paruisse literis executorialibus tertio et pro tertia dilatione obtinuit ad idem quarto et pro quarta dilatione et ex superabundanti.

Tenor vero citation. &c.

Mandat &c. quatenus prima die iuridica &c. coram eo ad docendum se paruisse literis &c. tertio & pro tertia dilatione in causa & causis &c.

Comparuit &c. Et quandam citationis audientiæ pergameni cedulam &c. dedit, citatorumq; &c. Neque se literis executorialibus &c. obtemperasse quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti docere seu demonstrare curantium cōtumaciam &c. reputari per dominum auditorem &c. postulauit. Memoratus &c. contumaces.

Comparuit in iudicio. N. procurator et data citatione heri lecta accusauit cont. citatorum non docentiū se paruisse literis executorialibus quarto et pro quarta dilatione et superabundanti.

Tenor vero citation. &c.

Mandat &c. quatenus prima die iuridica &c. coram eo ad docendum se &c. quarto & pro quarta dilatione & ex superabundanti. In causa & causis &c.

Reiteratio terminorum in negotio declarationis.

Comparuit &c. seden. &c. magister. N. procurator &c. Et quandam citation. audientiæ &c. dedit citatorumq; in eadem contentorum non comparentium neque terminos negotij declarationis de stilo sacri palatij apostolici causarum seruari solitos in huiusmodi causa tentos in huiusmodi negotio declarationis reiterari eosq; de nouo simul & semel &c. vt supra de reiteratione terminorum admitti per dominum &c. postulauit. Memoratus contumaces & in eorum contumaciam &c. admisit.

Comparuit in iudicio magister. N. pro-

cura. & data cit. heri lcã in cõt.citatorũ petiit admitti ad reiterationem quatuor terminorũ negotii declaration. ĩ uim bullæ & admiſſus reiterauit in forma.

Et nihilominus citatorum in eadem contentorum non comparentiũ neque quicquàm verbo vel in ſcriptis contra ſupradictas literas executoriales ut præmittitur per dominum auditorem præfat.decret.atque conceſſas: Necnon earundem executionem apud acta cauſæ huiuſmodi datam exhibitam & productam dicere ſiue excipere curantium contumaciam accuſauit &c.reputari. Et in eorum contumaciam dictos citatos ad docendum clareq; demonſtrandum ſe literis executorialibus huiuſmodi iuxta & ſecundum earundem literarum continentiam & tenorem in omnibus & per omnia paruiſſe obediuiſſe & obtemperaſſe primo & pro prima dilatione aliquem certum peremptorium terminum competentem præfigi ſtatui & aſsignari per dominum &c.poſtulauit. Memoratus &c. contumaces & in eorum contumaciam terminum proxime præpetitum ad prænarratum actum faciendum dictis citatis licet abſentibus ad ſtatim videlicet ad hanc horam audien.cauſarum præſentis diei antequàm eundem dominum auditorem de loco ſuo iudiciali recedere contingat peremptorie præfigendum ſtatuendum duxit & aſsignandum, præfixitq; pariter ſtatuit & aſsignauit.

CONstitutus procurator prædictus nomine quo supra procuratorio prout de suæ procurationis mandato superius vt præmittitur apud acta causæ huiusmodi legitimis constat documentis. Asserens se huiusmodi suæ procurationis mandati ac potestatis & auctoritatis sibi mediante eodem mandato per dictum dominum N. principalem suum traditarum & concessarum vigore vnum vel plures procuratorem seu procuratores loco sui substituendi, eumq; vel eos reuocandi ac onus mandatum seu officium procuration. huiusmodi in se reassumendi toties quoties opus fuerit & sibi visum fuerit expedire inter cætera in eodem mandato suo contenta & expressa a dicto domino N. principali suo potestatem & facultatem habere ac specialiter & expresse in mandatis. Idcirco sponte & ex eius certa scientia omnibus melioribus modo via iure causa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit apud acta causæ huiusmodi loco sui posuit & substituit prouidos viros magistros N. & N. in eadem Romana curia causarum procuratores absentes tanquam præsentes & eorum quemlibet in solidum. Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis neque deterior subsequentis, sed quod per vnum ipsorum inceptum fuerit per alium seu alios eorundem id prosequi continuari mediari terminariq; valeat pariter & finiri cum effectu etc. Si substituuntur plures.

Prouidum virum magistrum N. in eadem Roma. cu. causarum procuratorem præsentem & onus siue mandatum procuration. huiusmodi in se sponte suscipientem solum & in solidum. Vel sic Absentem tanquam præsentem solum & insolidum. Si substituitur vnus.

Ad faciendum dicendum gerendum exercendum & procurandum omnia & singula in causa & causis huiusmodi pro dicto domino N. principali suo quæ ipsemet procurator substitués vigore dicti mandati sui pro eodem dicere facere gerere exercere & procurare posset in causa & causis antedictis coram domino auditore præfato quàm aliis dicti palatii apostolici causarum auditoribus siue iudicibus & commissariis quibuscunque. Transferens etc. Protestans etc. Aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum in quodam substitution. procuratorum apud acta causæ huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium atque scribam prædictum exinde in notam recepto & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. & N. &c.



Tenores vero mandati constitution. & substitution. procuratorũ apud acta publicorum instrumentorum vnde supra fit mētio successiue sequũtur & sunt tales.

Tenor vero substitution. procuratorum apud acta publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur & est talis,

IN nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem domini millesimo quingentesimo trigesimoseptimo, Indictione x. die vero lunæ x. mẽsis Octobris. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertii. Anno tertio. Coram Reuerendo patre D.N. vtriusque iuris doctore sacri palatii Apostolici causarum causæq; & causis ac partibus infrascriptis auditore specialiter deputato. In mei præsentis causæ notarii atque scribæ, testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus prouidus vir magister N. in Roma. cu. causarum & honorabilis viri domini N. principalis procurator prout de suo procuration. mandato superius apud acta causæ huiusmodi legitimis constat documentis. Asserens se nomine quo supra procuratorio huiusmodi siue procuration. mandati ac potestatis & auctoritatis sibi eodem mediante mandato per dictũ dominum N. principalem suum attributarum & concessarum vigore pariter & prætextu vnum vel plures procuratorem seu procuratores loco sui substituendi, eumq; vel eos reuocandi ac onus mandatum siue officiũ procuration. huiusmodi in se reassumendi toties quoties opus fuerit & visum fuerit expedire inter cætera in eodem mandato suo contenta & expressa a dicto domino N. principali suo potestatem habere specialiter & expresse in mandatis. Idcirco sponte ex eius certa scientia omnibus melioribus modo, via, iure causa & forma quibus melius tutius securius & efficacius potuit & debuit apud acta causæ huiusmodi loco sui posuit substituit nominauit deputauit creauit & solenniter ordinauit, videlicet prouidos viros magistros N. & N. in Rom. cu. causarum procuratores absentes tanquam præsentes & eorum quemlibet insolidum: Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod per vnum ipsorum inceptum fuerit id alter eorum prosequi mediare terminareq; valeat & finire cum effectu ad faciendum etc. vt infra.

Si fit in iudicio.

Vel sic, Prouidum virum magistrum N. in eadem Roma. cu. etiã causarum procuratorem ibidem præsentem & onus siue mandatum procuration. huiusmodi in se sponte suscipientem solum & insolidum Vel sic. Absentem tanquam præsentem solum & insolidum.

Ad faciendum dicendum gerendum exercendum & procurandum omnia & singula in causa & causis huiusmodi verten. inter dictum dominum N. principalem ex vna & quendam N. ex aduerso principalem omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. De & super parrochiali ecclesia N. vercellen. diœce. rebusque aliis in actis causæ huiusmodi latius designatis & deducendis & illarum occasione partibus ex altera pro dicto domino principali, & quæ ipsemet dominus substituẽs vigore dicti mandati sui pro eodem facere gerere exercere & procurare posset in causa & causis antedictis tam coram præfato domino auditore quàm aliis dicti palatii apostolici causarum auditoribus siue iudicibus & commissariis quibuscunque.

Clausula translation.

Transferens & transfundens in eosdem suos procuratores substitutos & eorum quemlibet. Vel sic. In eundem magistrum N. suum procuratorem substitutũ totam & omnimodam sibi in causa & causis huiusmodi

præfati mandati sui vigore a dicto suo principali quomodolibet attributā traditam & concessam potestatem,donec & quousque eam ad se expresse duxerit reuocandam. Protestans nihilominus idem dominus substi- tuens quo'd per quemcunque actum siue quamcunque comparitionem quem seu quam ipsum in huiusmodi in causa iudicio vel extra facere con tigerit,non intendit propterea dictos suos procuratores substitutos vel di ctum suū procuratorē substitutum in aliquo reuocare nisi de reuocation. huiusmodi spālem & expressam fecerit mentionē.De & super quibus om- nibus & singulis præmissis dn̄s substituēs antedictus sibi a me præsentis causę notario atque scriba infrascripto fieri atque cōfici petiit vnū vel plu ra publicum seu publica instrumentum & instrumenta Acta etc. vtsupra.

Clausula protestation.

Et ego N.clericus N.diœce.publicus apostolica & imperiali auctoritati bus notarius,dictiq; domini auditoris & huiusmodi causæ coram eo scri- ba prædictus,quia dictorum procuratorum apud acta substitutioni pote- statis translationi & protestationi omnibusq; aliis & singulis præmissis dum sic vt præmittitur coram eodem domino auditore fierent & ageren tur vna cum prænominatis testibus præsens interfui,Eaq; omnia & sin- gula sic fieri vidi & audiui ac in notam sumpsi.Idcirco hoc præsens publi cum instrumentum per me exinde in notam receptum apud acta causæ huiusmodi registrari feci & procuraui,in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Subscriptio notarii.

IN nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem etc. coram R.P. etc.In mei etc.Constitutus prouidus vir magister N.in Roma.cu.causa rum procurator asserens se certarū cōmunitatū vniuersitatū collegiorū & capitulorū ac diuersarū personarū fore procuratorē,seq; in nōnullis cau sis per litis contestationē per iuramentū calumniæ vel alias dominū litis effectū fuisse,Idcirco in omnibus & singulis causis corā dicto domino N. indecisis penden.in quibus vt præmissum est per litis contestationē aut iu ramentū calumniæ vel alias dominus litis effectus extitit, Ratificādo pri mitus & approbando oīa & singula per prouidum virum magistrum N. suū substitutū in causis antedictis præsertim in causa & causis quæ verti- tur etc.inter dominū N.exvna & N.ex aduerso principalē de & super etc. Rebusq; aliis in actis causæ huiusmodi designatis & ipsorū occasione par tibus ex altera acta dicta facta gesta seu quomodolibet procurata omni- bus etc.videlicet quod specialitas generalitati etc.videlicet eundem magi- strū N.absentē tanquā præsentē solū etc.ad agendū & defendēdum etc.

Instrumentū in quo procurator substituit suum substitutum etc. generaliter.

In aliis vero omnibus & singulis causis motis & mouendis inter qua- scunque personas in quibus ipse magister N.procurator cōstitutus extitit & onus procurationis assumpsit & accepit,et nondū dn̄s litis est effectus et in quibus a principalibus suis seu eorū aliquo alium seu alios procurato- rem seu procuratores loco sui substituēdi habeat potestatē,eundem N.ab sentem tāquam præsentem substituit et in locum suum posuit ad omnia & singula faciendum gerendum & procurandum,quæ ipsemet magister N.procurator constitutus auctoritate & vigore suorum procurationum mandatorum huiusmodi facta dicere exercere & procurare posset in hu- iusmodi causis earum prosecutionibus si præsens & personaliter interesset

coram præfato domino etc. Transferens etc. Protestans nihilominus etc.

De ratificatione actorum.

Comparuit N. principalis citra etc. sponte & ex eius certa scientia omnibus melioribus etc. potuit & debuit omnia & singula facta acta gesta & procurata in huiusmodi causa per magistrum N. assertum suum procuratorem ratificandum duxit & approbandum, prout ratificauit & approbauit ac rata & grata habere se dixit promittens etc. De & super quibus etc. idem dominus N. principalis ratificans sibi etc. præsentibus etc.

Tenor vero ratification. actorum apud acta publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur & est talis.

Instrumentũ ratification. actorum.

IN nomine domini amen. Anno Indictione die mense & pontificatus etc. & ex forma præceden. D. N. principalis citra etc. reuocationem sponte & ex eius certa scientia omnibus melioribus modo via iure causa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit ac potest & debet omnia & singula acta pro eodem D. N. principali per prouidum virum magistrum N. in Roma. cu. causarum & suũ assertum procuratorem in causa & causis verten. inter eundem dominum N. principalem ex vna & quendã N. ex aduerso principalem, De & super certis canonicatu & præben. ecclesiæ sancti Ioannis Baptistæ Taurinen. rebusq; aliis in actis causæ & causarum huiusmodi latius deduct. & illorum occasione partibus ex altera coram R. P. D. Raynaldo Petrucio vtriusque iuris doctore domini nostri Papæ capellano & ipsius sacri palatii Apostolici causarum causæq; & causis ac partibus prędictis auditore specialiter deputato, cæterisq; palatii antedicti auditoribus iudicibus & commissariis quibuscunque acta gesta & procurata ratificauit & approbauit promittens nihilominus idem dominus N. ratificans mihi notario infrascripto solenniter stipulanti & recipienti vice & nomine omnium & singulorum quorum interest aut quomodolibet interesse poterit in futurum se acta gesta & procurata huiusmodi ac inde secuta quęcunque velle rata & grata ac firma habere et tenere nec eisdem vllo vnquam tempore de iure vel de facto contrauenire sub hypotheca et obligation. omnium et singulorum bonorum suorum præsentium et futurorũ. De et super quibus etc. idem dominus N. ratificans sibi etc. instrumenta acta fuerunt etc. Præsentibus etc.

Subscriptio notarii.

Et ego N. etc. vt supra quia actorum huiusmodi ratificationi et promissioni omnibusq; aliis etc. vtsupra.

DE REVOCATIONE PROCVRATORVM.

Quando reuocantur omnes procuratores constituti.

ANno Indiction. et pontificatu quibus supra die N. Romæ in domibus solitę residentiæ Reuerendissimi in Christo patris et domini domini Augustini sancti Adriani sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi Cardinalis de Triuultiis vulgariter nuncupati, coram me præsentis causæ notario atque scriba prædicto. Constitutus dñs N. principalis prædictus principaliter pro seipso omnibus modo etc. et debuit ex certa sua scientia

omnes

omnes & ſingulos procuratores actores factores negociorumq́ ſuorum geſtores per eum in præſenti cauſa conſtitutos reuocauit, & pro reuocatis habere voluit poteſtatemq́ & mandatum eis quomodolibet traditam & conceſſam penitus & omnino ab eiſdem procuratoribus abſtulit, & eoſdé euacuauit inhibens eiſdé procuratoribusne de huiuſmodi procurationis officio ſe ammodo intromittant. Prout & quemadmodum in quodam reuocation. procuratorum apud acta cauſæ huiuſmodi publico inſtrumento per me præſentis cauſæ notarium atque ſcribam prædictum exin de confecto, Cuius tenor inferius eſt inſertus plenius continetur & habetur. Præſentibus &c.

Tenor vero reuocation. procuratorum apud acta publici inſtrumenti vnde &c. eſt talis.

Inſtrumentũ reuocation. procuratorum apud acta.

IN nomine domini amen, Anno a natiuitate eiuſdem domini milleſimo quingenteſimo trigeſimoſeptimo, Indictione decima, die vero . N. menſis. N. Pontificatus ſanctisſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertii Anno tertio. In mei notarii publici teſtiumq́ infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir dominus. N. principalis principaliter pro ſeipſo, omnibus melioribus modo &c. debuit ex certa ſua ſcientia omnes & ſingulos ſuos procuratores actores factores negociorumq́ ſuorum geſtores in cauſa & cauſis verten. inter dictam dominum. N. principalem ex vna &. N. ex aduerſo principalem de & ſuper parrochiali eccleſia. N. & eius occaſion. partibus ex altera conſtitutos reuocauit & reuocat per præſentes & pro reuocatis habere voluit poteſtatem & mandatum eius quomodolibet traditam & conceſſam penitus & omnino ab eiſdem procuratoribus auferens & euacuans. Inhibens idem dominus. N. principalis eiſdem ne de procurationis officio huiuſmodi cauſæ ſe de certo non intromittant ſeu intromittere præſumant. Proteſtans nihilominus dictus dominus. N. principalis ꝙ quicũque actus quos dictos procuratores ſuos in huiuſmodi cauſa in poſterum facere contigerit ſint nulli, ipſosq́ pro nullis haberi petiit & voluit. De & ſuper &c. Acta fuerunt hæc Romæ in domibus ſolitæ reſiden. Reuerendisſimi in Chriſto patris &c. Sub anno &c. Præſentibus &c.

Vel ſic.

Generalis reuocatio procuratorum ad quoſcunque actus conſtitutorũ.

Omnes & ſingulos procuratores ſuos per eum ad quoſuis actus ſeu negocia ſub quacunque forma ſeu expresſione verborũ hactenus cõſtitutos deſtituit penitus & reuocauit quamcunque poteſtaté per eum eis datam & attributam ab eis & eorum quolibet abdicando & reuocando ac ad ſe reuocando & reducendo. Inhibens & interdicens expreſſe quantũ potuit & debuit eis & eorum cuilibet tenore præſentis publici inſtrumenti ne de quibuſuis bonis iuribus ration. & actionibus factis, & negociis actibus litibus ſeu cauſis quibuſcunque intromittere vel impedire ſeu de eis diſponere ſeu ordinare quouis modo præſumant ſine ipſius domini ſubſtituentis licentia & mandato expresſis. Proteſtans nihilominus ꝙ quantocius poterit præſentem reuocationem & deſtitutionem dictis procuratoribus deſti

tutis & reuocatis intimabit & notificabit prout intimat & notificat teno re præsentis publici instrumenti. De & super quibus &c.

REVOCATIO PROCVRATORIS SVBSTITVTI.

COmparuit &c. Asserens se eiusdem procurationis mādati vigore vnū vel procuratorem vel procuratores loco sui substituendi eumq; vel eos reuocandum, ac onus mandatum siue officium procurationis huiusmodi in se reassumendi toties quoties sibi placuerit & visum fuerit expedire inter cætera habere in mandatis. Quare omnibus melioribus modo &c. & debuit ex certis rationalibus causis animum suum ad hoc mouenti bus præfatum magistrum. N. procuratorem alias per eum in huiusmodi causa substitutum publice & expresse reuocauit. Auferens ab eo plenam totalem & omninodam potestatem, quam sibi in hac causa prosequendi & defendendi quomodolibet attribuit atque concessit. Volensq; & expresse inhibens dictus magister. N. procurator præfato. N. procuratori sub stituto ne de huiusmodi procurationis officio ammodo se intromittat. Aliasq; & alia faciens prout & quemadmodum hæc & alia in quodam pu blico reuocationis procuratorum apud acta causæ huiusmodi instrumen to per me præsentis causæ notarium &c.

Tenor uero reuocationis procuratoris substituti apud acta publici instrumenti vnde supra &c.

Per hanc formam & præinsertam confice instrumentum desuper.

DEPVTATIO CVRATORIS AD LITES.

Deputatione Curatoris ad lites auctoritate ordinaria.

Cōparuit. d. N. principalis minor petiit & obtinuit sibi ꝓuideri de curatore ad lites.

DIe mercurii. x. mensis Octobris. Comparuit in iudicio coram. R. p. d. N. auditore &c. Romæ in domo suæ solitæ residentiæ &c. pro tribunali sedente &c. d. N. principalis principaliter pro se ipso &c. Minor vt asseruit & ex eius aspectu apparet annorum. xxv. maior tamen. xiiij. asserens se varias & diuersas lites causas & differentias coram eodem domino auditore & diuersis etiam iudicibus variis occasionibus & causis habere & in futurum habiturum esse tam in agendo quam in defendendo. Cumq; ob defectum minoris ætatis quam patitur per se ipsum in iudicio stare nō possit, Ne contingat ob defectum prædictum causas ipsas aut earum aliquam indefensas relinquere & forsan succumbere in eis vnde irreparabile etiam damnum procedere posset, Idcirco sibi de Curatore idoneo ad causas & lites suas huiusmodi tam motas quam mouendas actiue & passiue prouideri. Nominans prouidum virum magistrum Iulium Fanutium in Roma. cu. causarum procuratorem ibidem præsentem quem in Curatorem ad causas & lites huiusmodi deputari, sibiq; de illo prouideri per dominum &c. postulauit. Qui quidem dominus Auditor præmissis auditis attendens postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam, Volensq; indemnitati dicti domini. N. principalis minoris consulere, et

dem.N.principali instanti & petenti de præfato magistro Iulio Fanutio procuratore ibidem præsente & onus huiusmodi curæ in se sponte suscipiente tanquam Curatore, Ad omnes & singulas causas dicti. N.principalis minoris quas de præsenti habet & habiturus est contra & aduersus quamcunque personam tam in agendo quam in defendendo pro idoneo & sufficiēti prouidit: Ipsumq; magistrum Iulium Fanutium Curatorem huiusmodi deputandum duxit & deputauit. Recepto ab eodem magistro Iulio Fanutio Curatore iuramento quod ibidem ad mandatum ipsius domini auditoris & in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia præstitit, quod supradictam curationem siue curæ officium seu mandatum & omnia alia & singula quæ ad officium Curatoris spectant & pertinent iuxta informationem sibi desuper traditam & concessam pro tempore fideliter & legaliter defendet deducet & exercebit vtilia dicti domini. N.principalis sui faciet & dictarum causarum damnosa euitabit. saluo quod semper possit veritate vti, In litibus & causis prædictis pro eodem principali suo aget & comparebit. Ipsumq; & eius iura in omnibus & per omnia defendet omniaq; alia & singula faciet exercebit & procurabit quæ in prædictis causis seu qualibet earum necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna.

Et ad ipsius magistri Iulii Fanutii Curatoris preces & requisitionem ibidem præsens & personaliter constitutus honorabilis vir dominus. N. Ciuis Romanus sciens se ad supra & infrascripta non teneri sed teneri volens sponte &c. promissionibus & obligationibus supradcti magistri Iulii Fanutii Curatoris vt præmittitur fact. vt principalis principaliter & insolidum in omnibus & per omnia meliori modo accessit. Quem dominum. N. idem magister Iulius Fanutius Curator vt præmittitur deputatus promisit releuare indemnem & penitus sine damno. Pro quibus omnibus & singulis sic vt præmittitur tenendis complendis firmiterq; & inuiolabiliter obseruandis præfatus magister Iulius Fanutius Curator & dictus dominus. N. principalis fideiussor & quilibet eorum respectiue sese ipsos eorumq; hæredes & successores, ac sua & suorum successorum omnia bona mobilia & immobilia præsentia & futura vbicunque existentia in ampliori forma cameræ apostolicæ obligarunt, & procuratores constituerunt & tactis scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iurauerunt: Aliasq; & alia dixerunt & fecerunt prout & quemadmodum in quodam deputationis Curatoris ad lites publico instrumento inferius apud acta causæ huiusmodi registrato plenius continetur & habetur. Super quibus omnibus & singulis præmissis tanquam rite legitime factis ac celebratis dominus auditor præfatus vt supra requisitus causa cognita suam officiiq; sui interposuit auctoritatem iudiciariam & ordinariam, pariter & decretum: De & super quibus omnibus & singulis & cæt. præsentibus ibidem discretis viris &c. testibus &c. rogatis.

Cautio curatoris præstita.

Clausula obligationis in forma cameræ.

Interpositio decreti.

Tenor vero deputationis Curatoris ad lites publici instrumenti sequitur, & est talis,

Per hanc formam poteris conficere instrumẽtum desuper & ad unam & ad plures causas mutatis mutandis.

Quando deputatur Curator aduersario non comparenti legitime in contumaciam vigore commissionis præsentatæ.

Comparuit magister. N. procurator & accusauit cõtumaciam partis aduersæ non comparẽtis legitime & nihil dicentis contra cõmissionẽ præsentatam.

Comparuit in iudicio &c. magister. N. procurator & eo nomine procuratorio. Et partis sibi in huiusmodi causa aduersæ non legitime comparẽtis neque cum interuentu curatoris seu tutoris si quem habet quicquam verbo vel in scriptis contra supradictam ipsi domino auditori factã & præsentatam commissionem dicere siue excipere curantis contumaciam accusauit &c. reputari &c. postulauit. Memoratus &c. contumacem.

Deinde vero dictus magister. N. ꝓcurator &c. comparens. Et partis sibi in hmõi causa aduersæ non legitime cõparentis, neque sibi aliquem Curatorem idoneũ ad litẽ & cãm hmõi quatenus minor existat deputari & ordinari videre seu audire curantis contumaciam accusauit ipsamq; cõtumacem reputari. Et in eius contumaciam dicto. N. ex aduerso principali minori legitime non comparenti de aliquo sufficienti & idoneo curatore ad litem & ad causam hmõi iuxta & secundum supradictæ ipsi dño auditori factę & præsentatę commissionis formam continentiam & tenorem deputari & prouideri auctoritatemq; & decretũ dicti dñi. N. auditoris interponi per dñm auditorem præfatũ &c. postulauit. Memoratus tunc dñs auditor &c. reputauit contumacem. Et in eius cõtumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam attendens postulationem hmõi fore iustã & rationi consonam ac volens indemnitati dicti. N. minoris ex aduerso principalis consulere & ne iudicium corruat informatus prius de literarũ scientia ac integritate & prudentia prouidi viri magistri Cæsaris de Raynaldis de firmo in Ro. cu. causarũ procuratoris ibidẽ præsentis eidem. N. ex aduerso principali minori licet absenti & legitime non comparenti eũdem magistrum Cæsarem de Raynaldis de Firmo in Ro. cu. causarũ procuratorem tunc ibidem præsentem & onus hmõi curæ in se sponte acceptantem & suscipientem in Curatorem ad litem & causam hmõi iuxta & secundum supradictæ ipsi dño auditori factæ & præsentatæ commissionis vim, formam continentiam & tenorem deputandum duxit & ordinãdum, prout deputauit & ordinauit dicendo eidem magistro Cæsari Curatori esto curator ad lites & causam hmõi dicti. N. minoris principalis & ꝓ eo vtilia in cã & causis huiusmodi facito & inutilia pretermittito. Qui quidem magister Cæsar Curator dum sic vt præmittitur per dominum auditorem præfatum deputatus fuerat statim & incontinenti huiusmodi curã acceptando præfato domino auditori & mihi præsentis causæ notario atque scribæ prædicto ibidem præsenti stipulanti & recipienti vice & nomine dicti domini. N. minoris ex aduerso principalis absentis ac omnium & singulorum quorũ interest intererit seu quomodolibet in futurũ interesse poterit promisit pro dicto domino. N. minori principali vtilia in causa & causis huiusmodi facere & inutilia prætermittere. Ipsumq; indefensum non relinquere ac omnia alia & singula facere complere & exercere quæ ad supradictam curationem siue curæ officium siue mandatum spectant & pertinent iuxta & secundum informationem sibi desuper traditã

& col-

& collatam nunc & pro tempore fideliter & legaliter defendet deducet & execerbit,& huiusmodi causæ & causarum damnosa euitabit,saluo ꝙ semper possit vti veritate ac in causa & causis huiusmodi pro eodem aget & comparebit,Ipsumq; & eius iura in omnibus & per omnia defendet &c.

Et ad ipsius magistri Cæsaris de Raynaldis de firmo curatoris preces & requisitionem ibidem præsens & personaliter constitutus honorabilis vir dominus.N.principalis qui sciens se &c. vt in proxima deputatione vsque testibus &c. rogatis.

Cautio per curatorem præstita.

Tenor vero &c.vt infra.

CONSTITVTIO ACTORIS AD LITES per Curatorem.

DEinde vero &c. coram supradicto R. P. D. auditore ibidem adhuc vbi supra pro tribunali sedente & in mei præsentis causæ notarij præsentia personaliter constitutus supradictus magister Iulius Fanutius curator supradicti domini.N. minoris principalis ibidem præsentis & consentientis. Non valens circa prosecutionem causarum tam motarum quam mouendarum eiusdem domini.N.principalis sui minoris continue vacare alijs magis arduis præpeditus negotijs. Igitur confisus de prudentia legalitate ac integritate prouidi viri magistri Petri de petris in Ro.cu.causarum procuratoris ibidem præsentis &c.sponte &c.omnibus melioribus &c. fecit constituit creauit & solenniter ordinauit actorem factorem & negotiorum infrascriptorum dicti domini.N.minoris principalis gestorem ac nuncium specialem &c. Ita tamen &c.eundem magistrum Petrum de Petris ibidem præsentem & onus huiusmodi in se sponte suscipientem ad ipsius domini.N.minoris principalis nomine & pro eo generaliter in omnibus & singulis causis litibus quæstionibus controuersiis & differentijs dicti domini.N.minoris principalis motis & mouendis præsentibus & futuris,tam ciuilibus quam criminalibus & seu mixtis & tam ecclesiasticis quam secularibus, quam seu quas ipse dominus N.principalis necnon ipse magister Iulius Fanutius curator habent seu habituri sunt cum quibuscunque personis ecclesiasticis seu secularibus loco communi collegio societate & vniuersitate, Ad agendum causandum & defendendum libellum seu libellos verbo vel in scriptis dandum & recipiendum &c.vt supra in constitutione procuratoris.

Deinde constitutus &c. magister N. curator constituit actoré ad lites &c. præsentibus &c.

Vnum quoque vel plures actores factores &c.Et generaliter &c.vsque expressum.

Qui quidem magister Petrus de Petris actor sponte &c.promisit pro dictis dominis.N .minore principali & magistro Iulio Fanutio curatore vtilia facere & inutilia prætermittere.Ipsosq; indefensos non relinquere & alia quę ad officium actoris spectant & pertinent facere & complere.

Pro quibus omnibus & singulis ac vt præmittitur tenendis complendis & inuiolabiliter obseruandis idem magister Petrus de Petris actor seipsum eiusq; hæredes & bona sua ubicunq; existentia præsentia & futura

in ampliori forma cameræ Apostolicæ obligauit & iurauit ac procuratores constituit. Aliasq; dixit & fecit prout & quemadmodum in quodam &c. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfatus dominus auditor &c. vt supra &c. interposuit auctoritatem pariter & decretum præsentibus ibidem discretis viris. N. &. N. coram eodem domino auditore scribis clericis. N. &. N. respectiue diœce. testibus ad præmissa vocatis atque rogatis.

Per hanc formam poteris conficere instrumentum desuper appositis apponendis & mutatis mutandis.

Tenor vero deputationis curatoris in contumaciam vigore commissionis publici instrumenti vnde supra fit mentio sequitur, & est talis.

IN nomine Domini amen. Vniuersis & singulis hoc præsens publicum deputationis Curatoris instrumentum visuris lecturis pariter & audituris, Nos. N. auditor iudex commissarius a sanctissimo. d. N. PP. specialiter deputatus salutem. Noueritis quod nuper sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Paulus diuina prouidentia Papa tertius quãdam commissionis siue supplicationis dependentis papyri cedulam nobis per certum suum cursorem præsentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore videlicet. Beatissime pater &c. ponatur tota signatura &c. Post cuius quidem commissionis siue supplicationis dependentis papyri cedulæ præsentationem & receptionem nobis & per nos vt premittitur factas. Nos ad prouidi viri magistri. N. in Ro. cu. causarum & honorabilis viri domini. N. principalis in dicta nobis facta & præsentata commissione principaliter nominati procuratoris instantiam, supradictum. N. ex aduerso principalem in eadem nobis facta & præsentata commissione ex aduerso principaliter nominatum ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictum nobis factam & præsentatam commissionem dependentem dicere siue excipere volebat. Necnon ad coram nobis in iudicio legitime cum interuentu curatorem seu procuratorem si quos habebat in causa & causis huiusmodi comparendum & ad iudicium legitime fundãdum alias ad videndum & audiendum eidem. N. exaduerso principali quatenus minor existat per nos de aliquo curatore idoneo ad causam & causas huiusmodi iuxta & secundum supradictæ nobis factæ & præsentatæ commissionis formam & tenorem prouideri, vel dicendum & causam si quam haberet rationabilem quare præmissa fieri non deberent allegãdum per certum domini nostri Papæ cursorem peremptorie citari fecimus & mandauimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus quidem die & hora aduenientibus, Comparuit in iudicio legitime coram nobis dictus magister N. procurator & nomine quo supra procuratorio, Et dicti. N. ex aduerso principalis non legitime comparentis cum interuentu curatoris seu procuratoris si quem habet ad causam huiusmodi deputari neque quicquã verbo vel in scriptis contra supradictam nobis factam & præsentatam commis-

Cõmissio inserta

commis-

commissionem dependentem dicere siue excipere curantis cõtumaciam accusauit, ipsamq́; contumacem reputari. Et in eius contumaciam eidem N. ex aduerso principali minori legitime non comparenti pro huiusmodi iudicij fundatione de aliquo idoneo curatore ad causam & litem huiusmodi prosequendam prouideri & deputari ac super præmissis auctoritatem & decretum nostrum interponi iuxta & secundum supradictæ commissionis vim formam & tenorem per nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc. N. auditor dictum. N. minorem ex aduerso principalem nõ legitime comparentem neque huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantem licet tamen sufficienter & vsque ad horam debitam expectatam reputauimus merito prout erat quo ad actum & terminum huiusmodi id exigente iustitia contumacem. Et in eius contumaciam ad dicti magistri. N. procuratoris instantiam attendentes postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam ac volentes indemnitati dicti N. minoris ex aduerso principalis cõsulere & vt iudicium pro omnibus legitime fundetur, eidem. N. ex aduerso principali legitime non comparenti licet absenti de persona prouidi viri magistri Cæsaris de Raynaldis de firmo in Romana curia causarum procuratoris ibidem tunc præsentis audientis intelligentis & onus dictæ curiæ acceptantis pro idoneo curatore ad litem & causam huiusmodi iuxta & secundum supradictæ nobis factæ & præsentatæ commissionis dependentis vim, formam, continentiam & tenorem deputandum duximus & ordinandum, prout deputauimus & ordinauimus, ac deputamus & ordinamus præsentium per tenorem. Dicendo eidem magistro Cæsari de Raynaldis de firmo curatori præsenti esto curator ad litem & causam huiusmodi dicti. N. minoris ex aduerso principalis & pro eo vtilia in causa & causis huiusmodi facito & inutilia prætermittito. Qui quidem magister Cæsar de Raynaldis de firmo curator dum sic vt præmittitur per nos deputatus fuerat statim & incontinenti nobis & notario nostro infrascripto præsenti stipulanti & recipienti vice & nomine dicti. N. minoris ex aduerso principalis licet absentis ac omnium & singulorum quorum interest intererit seu quomodolibet in futurum interesse poterit promisit pro dicto. N. minori ex aduerso principali vtilia in causa & causis huiusmodi facere & inutilia prætermittere. Ipsumq́; indefensum non relinquere ac omnia alia & singula in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna facere complere & exercere quæ ad supradictam curationem siue curæ & ad curatoris officium siue mandatum spectant & pertinent. Saluo quod semper possit vti veritate & iuxta informationem sibi desuper traditam & collatam nunc & pro tempore fideliter & legaliter exercebit, & huiusmodi causæ damnosa euitabit ac in causa & causis huiusmodi pro eodem ager & comparebit. Ipsumq́; & eius iura in omnibus & per omnia pro suo posse & nosse defendet & defendere procurabit. Et ad eiusdem magistri Cæsaris de firmo curatoris tunc præsentis preces & requisitionem, ibidem coram nobis & notario nostro infrascripto ac testibus infrascriptis præsens & personaliter constitutus honorabilis vir dominus. N. principalis sciens Cautio curatoris

se ad supra & infrascripta non teneri, sed teneri, volens sponte & ex eius certa scientia & animo deliberato omnibus melioribus modo, via, & forma quibus melius potuit & debuit promissionibus & obligationibus supradicti magistri Cæsaris de Raynaldis de firmo curatoris vt præmittitur factis vt principalis principialiter & in solidum in omnibus & per omnia accessit. Quem dominum.N.idem magister Cæsar curator vt præmittitur per nos deputatus promisit releuare indemnem & penitus sine damno. Pro quibus omnibus & singulis præmissis sic vt præmittitur tenendis complendis firmiter & inuiolabiliter obseruandis præfatus magister Cæsar curator & dominus.N.vt fideiussor & principalis & quilibet eorum respectiue sese ipsos & suos successores ac omnia & singula eorum bona mobilia & immobilia præsentia & futura &c.Vt in formulario instrumentorum circa clausulam obligatiouis in forma cameræ cum constitutione procuratorum vsque &c.cautela.Et insuper ipse magister Cæsar de firmo curator & dominus. N. fideiussor & vt principalis & eorum quilibet,per corporalia iuramenta tactis vt præmittitur per eos & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis in manibus nostris de mandato nostro præstita promiserunt & conuenernnt omnia & singula in præsenti publico instrumento contenta facere complere & inuiolabiliter obseruare & obseruari facere,nec contra ea vllo vnquam tempore dicere opponere ire vel venire de iure nec de facto ac absolutione iuraméti per quemlibet eorum præstiti non petere aut impetrare nec ea etiam si motu proprio sibi vel ad alicuius instantiam concessa fuerit vti, nec etiam dictos suos procuratores in aliquo non reuocare donec contenta ipsa fuerint integraliter completa & facta. Super quibus omnibus & singulis præmissis tanquam rite & legitime factis, Nos.N.auditor & commissarius præfatus vt supra requisitus cognita causa nostram auctoritatem iudiciariam pariter & decretum diximus interponendum & interposuimus prout interponimus præsentium per tenorem. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum hoc præsens publicum instrumentum exinde fieri & per notarium publicum & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum subscribi & publicari mandauimus,sigilliq; nostri quo vtimur iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ in domo nostræ solitæ residentiæ ibidem ad iura reddendum hora vesperorum more commissariorum consueta pro tribunali seden. sub anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo,Indictione decima,die vero mercurij decima mensis Octobris. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij Anno tertio. Præsentibus ibidem discretis viris magistris. N. & .N. notarijs publicis clericis.N.&.N.respectiue dioece.coram nobis scribis testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Clausula obligationis in forma cameræ.

Interpositio decreti.

Et ego.N. clericus. N. publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, præfatiq; domini auditoris & huiusmodi causæ coram eo scriba, dictæ deputationi curatoris ac omnibus & singulis præmissis dum

ſic ut præmittitur coram præfato domino auditore agerentur & fierent una cum prænominatis teſtibus præſens interfui. Eaq́ omnia & ſingula ſic fieri uidi & audiui, ac in notam ſumpſi, ex qua hoc præſens publicum inſtrumentum exinde apud acta inſtrumentum extraxi, confeci, & apud acta cauſæ huiuſmodi regiſtrari feci, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

VENETIIS apud Michaelem Tramezinum.
M D L V.



Formul. Procur. ꝛ Ser.

colorchecker CLASSIC






















calibrite

mm